ex parte diebus imparibus diuinas contra paribus medicari. Item aestate minuendis, partibus dextris, et saepe
ribus impares dies critheos esse. ~~ut~~ in contrarijs pares. Quin et locos primario affectos minuendo scripsit, ibi
enim cognitis & parum admirari mechierum et ad signa discernendum faciendumq;, et ad morbum curandum. Y



GALENI OPERVM

TOMVS SECVNDVS

SCRIPTORVM EIVS OMNIVM

CLASSEM SECVNDAM CONTINENS,

quæ totius artis partem minimè postre-
mam complectitur.

LIBRORVM CATALOGVM VERSA
PAGINA DOCEBIT.



BASILEAE, M D XLII

IN HAC SECVNDA CLASSE HAEC CONTINENTVR.

Hippocratis de aere, aquis, & locis libellus, Iano Cornario interprete. Fol. 2
Galeni de alimentorum facultatibus libri tres, Martino Gregorio interprete. Col. 1
De cibis boni & mali succi liber, Ferdinando Balamio Siculo interprete. 101
In librum de salubri diæta commentarius, Hermanno Cruserio Campensi interprete. 123
De attenuante dieta liber, Martino Gregorio interprete. 137
De ptisana liber, Ioanne Polito interprete. 149
De paruæ pilæ exercitio liber, Valerio Centannio Vicentino interprete. 155
De cognoscendis curandisq; animi morbis, quas perturbationes Latini appellant, liber, Bernardo Donato Veronensi interprete. 159
De cuiusque animi peccatorum notitia atq; medela libellus à Iunio Paulo Crasso Patauino conuersus. 181
De assuetudinibus liber, Nicolao Regio Calabro interprete. Græcus desideratur. 197
De sanitate tuenda libri sex, Thoma Linacro Anglo interprete, recogniti. 205
Ars tuendæ sanitatis num ad medicinalem artem spectet, an ad exercitatoriam, liber, Iunio Paulo Crasso Patauino interprete, ex secunda recognitione. 353

HIPPOCRATIS DE AERE AQVIS ET LOCIS LIBELLVS

IANO CORNARIO INTERPRETE.

GALENI COMMENTARIA DESIDERANTVR.

QVicunq; artem medicã integre adsequi uelit, primũ quidem temporũ anni rationem habere debet, quantũ potentia quodlibet eorũ ualeat: nõ enim simile quicq; in illis existit: uerũ differunt inuicẽ propter uarias quæ in eis fiunt mutationes. Deinde uentorũ calidorumq; & frigidorũ, maxime qui ex his omnibus hõibus sunt cõmunes, & mox qui in unaquaq; regione sunt indigenæ & proprij. Necq; uero negligentiorẽ se circa aquarũ facultates cognoscẽdas exhibere cõuenit. Quẽadmodũ enim gustu differunt, & pondere ac statione, sic quoq; uirtute aliæ alijs longe præstant. Quare si quis ad urbem sibi incognitam perueniat, circumspicere oportet eius situm, quo modo scilicet ad uentos, & solis exortum iaceat: non enim æquales uires sunt, ad Septentrionẽ sitæ, & uergentis ad Austrũ, necq; eius quæ solem exorientẽ, & quæ eundem occidentẽ spectat. Hęc itaq; diligenter oportet perscrutari, ac simul quo modo habeãt circa eam aquę: númne palustribus utantur et mollibus, aut duris & ex sublimi loco prolabẽtibus & scaturientibus ex petris, siue salsis, marinis & crudis. Terra etiã consideranda, nudáne sit & aquis carens, aut densa & aquosa, & an cõcaua sit & æstuosa, uel alta & frigida. Hominũ insuper dieta perquirenda, qua maxime capiantur: an bibuli sint & lurcones & ocio diditi, aut exercitijs uarijs utentes, & tolerantes laborum, ciborumq; plus adpetentes q̃ poculorum. Ex his enim singula sunt inuestiganda. Nam qui hæc omnia probe, quantum fieri potest, cognouerit, aut horum plurima, eum non latere possunt cum in urbem etiam ignotã sibi peruenerit, necq; morbi regioni peculiares & patrij, necq; cõmunis regionis natura, quæcunq; tandem ea fuerit, ut non possit in cognoscendis morbis dubius hęrere, aut errare sicubi ad morborũ medicationẽ adhibeatur. Quę ambo illis euenire solent, qui nõ prius prouidi hæc diligenter cognouerũt. Quare qui ea studiose rimatus fuerit, uniuscuiusq; temporis, ac anni futuri cõstitutionem prędicere poterit, qui uidelicet morbi cõmuni adfectione ciuitatem sint inuasuri tum æstate, tum hyeme, & quæcunq; pericula unicuiq; sint timenda ex diætæ ac uictus immutatione: cum enim temporũ mutationes, & astrorũ ortus ac occasus obseruauerit, quemadmodum singula horum eueniant, prænoscet uticq; & de anno, qualis sit futurus. hoc nanq; modo siquis rimatus fuerit ac præcognouerit temporum occasiones, maxime de singulis sciet, ut plurimumq; sanitatem adsequetur, & recta uia procedet, non minima artis suæ gloria. Quòd sicui hęc sublimiora uideãtur, & ab hac sentẽtia dissideat, is nouerit non minimã partem conferre ad rem medicã ipsam Astronomiam, sed omnino plurimã. cum unà cum temporibus & uentriculi in hominibus mutẽtur. Quomodo aũt singula quæ diximus scrutari ac explorare oporteat, deinceps dicã manifeste. Quæcunq; quidẽ ciuitas ad uentos sita est calidos, puto aũt eos qui inter brumalem solis exortũ itidemq; occasum perflant, huic hi uenti sunt peculiares. A septentrionalibus autem uentis tuta ac protecta ea ciuitas existit. Aquæ uero eius multæ & subsalsæ sunt, & necessario non sublimes, æstate quidem calidæ, hyeme frigidæ. † Et intestinorum leuitates & aqua intercus ferè reliquis morbis desinentibus superueniunt, cum non queant facile uentriculi à concepta humiditate exiccari. Si autem æstas pluuiosa sit & austro multum perfletur, similisq; sequatur autumnus, necesse est hyemẽ morbidam esse, & ijs qui pituita abundãt, & qui quadragesimũ annũ excesserunt, febres ardentes fieri uerisimile est: qui uero bile abundant, costarum abscessus & pulmonis. Si uero æstas sicca existat, & austro perfletur, sequens uero autumnus pluuiosus, uentis septentrionalibus uigentibus capitis dolores ad hyemem expectare cõuenit, & cerebri cõcussiones, ampliusq; raucedines, grauedines, & tusses, aliquibus etiam tabes. Quòd si Borealis sit æstas ac sicca, necq; sub caniculã, necq; sub Arcturi occasum pluuiosa, cõfert pituitosis natura, & maxime qui natura sunt humida, & mulieribus. Biliosis autem infestissimum hoc tempus existit. Valde enim exiccantur, accidunt q; eis lippitudines aridę, & febres acutæ, ac diuturnæ, & bilis atra. siquidem quod liquidissimum & aquosissimum in bile est consumitur, densissimum uero & acerrimum relinquitur: quod idem accidit secundum eandem rationem & circa sanguinem, unde repentini hi morbi his accidunt: pituitosis aũt hęc omnia cõmoda sunt. Exiccantur

Hic quædam desunt.

enim & in hyemem perducũtur, ab alijs in alia resiccati. Si uero hyems Borealis sit & sicca, uer autem austrinũ & pluuiosum, æstate lippitudines fient fortes, pueris & mulieribus febres. Hęc igitur si quis mente concipiet & considerabit, is prænoscet plurima omnino quæ ex huiusmodi mutationibus sint futura, Maxime aũt obseruare oportet magnas temporũ mutationes, ut neq; medicinas in illis libentes exhibeamus, neq; uramus quæ circa uentrẽ: neq; secemus, prius q̃ prętereant dies decẽ aut plures, & non pauciores. Periculosissima sunt etiam ambo solstitia, maxime uero æstiuũ. Periculosum etiam æquinoctiũ utrunq;, magis uero autumnale. Oportet aũt & astrorum exortus cõsiderare, præcipue Canis, deinde Arcturi, & Pleiadum occasum. Morbi enim in his maxime diebus iudicantur, alijsq; perimunt, alij uero desinunt, aut in aliam speciem, aliumq; statum transmutantur. Et circa hæc quidem sicut dixi habet, Volo autem & de Asia & Europa demonstrare, quantum differant inter se per omnia, & de gentium formis quid distent, & nihil inuicem simile habeant. Verum de omnibus si quis dicere uelit, in immensum excresceret sermo: quare de maximis, & plurimum differentibus diuersitatibus dicam, quantũ saltem mihi in ea re est cõpertum. Ac dico quidem plurimum differre Asiam ab Europa secũdum naturas omnium ex terra nascentium, itemq; hominum. Longe enim pulchriora & maiora omnia nascuntur in Asia. Estq; regio ipsa, hac nostra multo mansuetior, sunt etiam hominum gentes benigniores & cultiores. Causa uero horum est temporum anni temperata mistura. Siquidem in medio solis exortu sita est ad auroram, à frigiditate omni remota. Incrementum aũt & benignitatem inde proficisci omnibus in confesso est, cum nihil sit præcellens & cogẽs uiolenter, sed per omnia æqualitas uigeat, quanq; non habeant ubiq; per omnem Asiam omnia secundum eundem modum. Quæcunq; enim in ea regio in medio sita est calidiq; & frigidi, ea omniũ fertilissima existit, & arboribus refertissima, & maxime serena, aquisq; utitur & cœlestibus & ex terra promanantibus. Neq; etiam à calore combusta est ualde, neq; à squalore & aquarum inopia exiccatur, neque à frigore oblæditur. Verum austris perflatur, & irrigua est, tum propter imbres multos, tum propter niues. Fructus autem suo tempore maturos, multos in ea nasci par est, siue ex spatsis seminibus hi prouenient, siue terra ipsa per se sponte producat eorum plantas. quarum fructibus utuntur homines, eas ex agrestibus cicures & domesticas facientes, & pro cõmoditate sua transplantantes. Pecora etiam ipsa pleniora proueniunt, quæ & pariunt sæpius, & pulcherrime educantur. Quin & homines habitiores esse, ac specie pulcherrimos, & magnitudinis eximię, minimeq; differẽtes quantum ad formã ac corporum proceritatẽ attinet, constat. Certumq; est hanc regionẽ proxime accedere ad naturam ac temperaturã optimę cõstitutionis, uerum uirilitatẽ, laboris tolerantiã, ac audaciã non uerisimile est huic naturæ innasci, Sicut neq; eiusdẽ neq; diuersi generis cõstantes ac perpetui sunt amatores. Vincit emi in ipsis uoluptas, quę ratio est multiformes generari partus, præcipue in feris. Atq; sic quidẽ de Aegyptijs ac Libycis mihi habere uidetur. De ijs uero qui ad dextrã hyberni ortus solis uisq; ad Męotidẽ paludẽ habitant (Hic est emi Europę & Asiæ terminus) sic habet. Multo maior diuersitas est inter illas ipsas gentes, q̃ de quibus iam dixi, cũ propter uarias temporũ mutationes, tum ob regionis naturã, Habet aũt eodem planè modo, quemadmodũ & circa aliorũ hominũ terras accidit. Vbi enim tẽpora magnas mutationes faciũt & frequentissimas, illic & regio agrestis & maxime inæqualis existit, inueniasq; & montes plurimos & densos, itẽq; campos, & prata, Vbi autem ualde uariant tempora, illic equalissima regio est, quod idem & de hominibus ipsis est intelligendũ. Siquis enim recte consideret, uidebit quorũdam naturã, montanis, syluosis, ac asperis locis similem esse, aliorum uero aquosa ac exilia loca referre: sicut quidam pratorũ ac paludum naturã prę se ferunt, atq; alij quorum planitiebus nudisq; ac siccis terris constitutio similis existit. Tempora enim quæ formarum naturam uariant, sunt diuersa: cum ergo inter sese sint maxime diuersa, uarias & multiplices formas producunt. Porrò quæ parum inter se differunt gentes relinquam, Quæ autem plurimum non natura solum, sed & legibus discrepant, de illis referã quomodo habeant, Ac primũ omniũ de Macrocephalis, cum nulla omnino alia gens sit, quæ similia capita habeat. A principio quidem consuetudo in causa fuit, ut tam longis capitibus essent. Nunc autem natura ipsa cum consuetudine conspirauit, Siquidem generosissimum apud eos putatur caput habere quammaxime longum: cõsuetudinis autem hoc initium fuit. Cum recens infans natus est, caput eius adhuc tenerum ac molle existens quàmcelerrime constringunt manibus, coaptantesq; cogunt in longitudinẽ augeri, quin & uinculis

connectunt

connectunt, ac aptis instrumentis colligant, quo rotunditas capitis prohibeatur, ac longitudo augeatur. Ea consuetudo tantum effecit ut eiusmodi natura capitum existeret. Temporis uero progressu natura quoq; tales produxit, ut non esset necesse cõsuetudine priore cogere. Cum emi semen genitale ab omnibus corporis membris procedat, à sanis quidem sanum, à morbidis morbosum, fiatq; ut ex caluis calui gignantur, ex cæsijs cæsij, & ut plurimũ distortus distortum generet, eademq; ratio sit circa reliquas formas, quid prohiberet ut non ex Macrocephalis Macrocephali gignerẽtur? Nunc aũt non nascuntur ita magnis capitibus quemadmodum prius, cum consuetudo non amplius duret, per incuriam hominum intercepta. Et de his quidem hæc sufficiant. De illis aũt qui Phasim accolunt adijciam. Regio eorum palustris est, calida, aquosa & densa: imbresq; in eam decidunt omnibus temporibus & magni & impetuosi. Homines uero ipsi uitam agunt in paludibus: domosq; ligneas & ex arundinibus in ipsis aquis habent extructas: neq; multum inde prodeunt, ut adeant uel emporia uel urbes, Verum nauiculis ex uno ligno fabrefactis permeant sursum ac deorsum: habent enim fossas ac ductus aquarum plurimos. Bibunt aũt aquas calidas & stagnantes, quæ & à sole sunt putrefactæ, & ab imbrium casu auctæ. Ipseq; fluuius Phasis omnium fluuiorum stagnantissimus est, & qui lentissimo cursu profluat. Fructus aũt qui illic nascuntur omnes insalubres sunt, euirati imperfectiq; præ multitudine aquarum, neq; unquam matureſcunt. Atq; cum multus aer cum aquis regionem occupet, ob hanc ipsam causam, q̃ ad formam adtinet, Phasiani sunt à reliquis hominibus longe diuersi. Sunt emi magnitudine ingenti, ac corpulentia ualde excellenti, neq; iuncturæ eorum ullæ, neq; uenæ cõparent, pallidumq; præ se ferunt semper colorem, quemadmodũ qui regio sunt obnoxij morbo: loquuntur aũt ut si qui alij omnium hominum grauissime, nimirum aere utentes non sereno, sed obscuro, & maxime humectato: sunt insuper ad laborem à natura ipsa segniores. Anniq; tempora non uarias habent, neq; ad æstum, neq; ad frigus permutationes. Venti aũt eis sunt plurimi Austrini omnes, præter unum eius regionis proprium & indigenã, qui aliquando uiolentior ac molestior calidus existens spirat, quem Cenchrona patrio uocabulo adpellant. Verum Boreas non ualde ad eos pertransit, q̃ si aliquando spiret, debilis tamen existit ac ualde lenis. De natura ergo ac diuersitate & forma eorũ qui Asiam & Europam incolunt, ita habet. Quòd aũt timidiores, effœminatiores, ac imbelles præ Europæis Asiani existant, moribusq; mansuetiores, tẽpora ipsa anni in causa sunt, quæ non magnas permutationes faciunt, neq; caloris, neq; frigoris, sed semper æqualia permanẽt, unde neq; mentes stupore percelluntur, neq; corpora fortẽ transmutationem incurrunt. A quibus uerisimile est iram exasperari, cognitionemq; & calorẽ amplius excitari, q̃ si semper in eodem statu quis persistat. Mutationes emi sunt quæ hominis mentem semper excitant, neq; sinunt quiescere. Propter quas sanè causas imbelle uniuersum Asianorum genus existit, atq; adhuc amplius propter leges. Multo maxima emi Asiæ pars sub Regibus est. Vbi aũt non in sua potestate uiuũt homines, neq; sui iuris sunt, sed dominis subiecti, Ibi non multum curiosi sunt quomodo se ad bellum adparẽt, immo magis hoc curant, ut ne bellicosi uideantur. Pericula enim eis non æqualia instant. Nam hi in militiam proficisci, labores q; perferre, ac mortem oppetere pro dominis suis coguntur, relictis interim domi liberis, uxoribus, ac reliquis amicis: atq; siquidem uiriliter & feliciter bellum gesserint, dominis inde commoda accedunt, eorumq; facultates inde augentur. Verum ipsis præter pericula & cædes, nihil demetitur. Proinde neq; horum hominum regionem frequenter habitatam esse necesse est, Immo eam propter inertiam bellicam ac ocium à plerisq; relinqui. Vt enim quisq; maxime à natura uirilis & magnanimus est, ita plurimum eius animus leges auersatur: cuius rei magnum indicium uel inde habere licet, quòd quicunq; in Asia Græci itemq; Barbari dominis non subsunt, sed iure suo degunt, sibijpsisq; omnes labores lucrifaciunt, illi bellicosissimi omnium existunt. Periclitantur enim ipsi sibi, utilitatisq; præmia ipsi reportant, sicut timiditatis ac ignauiæ pœnam luunt pariter. Inuenias aũt & Asianos ipsos inter se plurimum differentes, generosiores alios, alios degeneres, quorum omnium causa ad temporum mutationes est referẽda, quemadmodũ & in præcedentibus dixi. Atq; sic quidẽ habet in Asia. In Europa uero genus hominũ est Scythicum, circa paludẽ habitans Mæotim, quod à reliquis gẽtibus maxime differt. Sauromatę appellãtur. Horũ fœminæ equites sunt, arcubus utũtur, ac sagittas iaculãtur ex equis, cum hostibus cõgredientes, dum uirgines existũt, neq; deuirginantur prius, q̃ hostiũ tres cõfecerint, neq; prius maritis cobabitant, q̃ sacra deo patrio more fecerint. Quòd si qua

ſibi uirum acceperit,ab equitatu libera eſt,niſi neceſsitas cogat cõmuni expeditione omnes exarmati. Dexteram autẽ mammam non habẽt. Nam puellis adhuc infantibus matres æreo inſtrumento in hunc uſum parato,igneq; candefacto eam auferunt,ac exurunt,ne iterũ ſuccreſcere contingat,atq; ut omnis uis ac robur in dextrũ humerũ & brachium deferatur. Cæterũ reliqui Scythę,quod ad formã attinet,ipſi ſibi ſimiles ſunt,alijs diſsimiles. Sicut quoq; Aegyptij ipſi inter ſe, præterquã quòd hi à uehemẽti calore,illi ab intẽſo frigore ſunt compreſsi. Verum ſolitudo quæ Scythica dicitur,in plani/cie ſita eſt,pratis abundãs,ſublimis & mediocriter aquoſa. Sũt enim fluuij in ea magni,in quos aqua ex campis per riuos deducitur. In hac itaq; Scythæ degunt, qui Nomades uocãtur, propterea quòd nullas habeant domos,ſed in curribus habitant. Sunt aũt currus ex quibus minimi quatuor rotis,reli qui ſex circumaguntur. Sunt etiã luto obturati ac inſtar domorũ fabrefacti,aliqui ſimplici, aliqui etiã triplici tabulato, Vnde robur illis ineſt aduerſus omnes iniurias aquarũ, niuis ac uentorum propellen das. Trahunt currus aliquos quidẽ boum paria duo,aliquos tria. atq; hi cornibus carent,cum præ frigore regionis cornua eis non enaſcãtur. In his itaq; curribus degunt mulieres. In equis autẽ uehun/tur uiri. Sequuntur autẽ ſimul oues, boues & equi. Tandiu deinde in uno ſubſiſtunt loco, dum ſuffi/cit ipſis pecoribus pabulum, quo deficiente in aliam regionẽ commigrant. Veſcuntur autẽ ipſi carni/bus coctis,bibuntq; lac equinum, comedunt etiã hippacen,id autẽ eſt caſeus equinus. Hactenus er/go de uictu & moribus diximus,temporibusq; anni ac formis, quæ à reliquis hominib. longiſsime ſunt Scythiæ genti diuerſæ. Ipſa enim ſibi inter ſe gens ſimilis exiſtit,quemadmodũ & gens Aegy/ptiorum. Minime autẽ fœcunda ea gens eſt,regioq; ipſa minimas feras enutrit, neq; numero, neq; ſpecie inſignes. Sub ipſis enim Vrſis Rhiphæiſq; montibus ſita eſt,unde Boreas ſpirat,Solq; ipſe ſu premo æſtiuo ſolſtitio deficiens proxime accedit, ac tum quidẽ exiguo tempore calefacit. Neq; uero uenti à calidis locis ſpirantes ualde ad eam regionem penetrant,niſi parumper & debiles. Verum ab Vrſis uenti procedẽtes ſunt illic perpetui frigidi, à niuibus, glacie,imbribusq; condenſati. Qui nun/quã à montibus decedũt, ut propterea etiã inhabitabiles fiant. Aerq; ipſe totũ ferè diẽ nubilus cam/pos occupat. Ipſi uero in humidis locis degunt. Et ferè perpetua eſt ipſis hyems,æſtas autem pauciſsi mis diebus,atq; illis non ualde multa. Sunt enim planicies eminẽtiores,& nudæ,neq; ullis montibus circumſeptæ,ſed ferè ſub ipſis Vrſis accliues. Neq; ferę naſcuntur illic magnæ,ſed quales poſsibile eſt ſub ipſa terra contegi. Prohibet enim hyems & nuditas terræ,quę & diuerticulis & umbraculis caret, propter temporũ anni mutationes,neq; multas neq; fortes,ſed ſimiles ſemper,uel parum admodum diuariantes. unde & formas corporũ inter ſe ſimiles habent,cum eodẽ utantur uictu & amictu,æſta/tis & hyemis tempore,attrahuntq; aerem aquoſum,condenſatum,aquã inſuper bibentes à niuibus & glacie reſolutã,nullo etiã corporis exercitio accedẽte,cum nõ ueriſimile ſit corpus aut animum ullis exercitationibus apta fieri,ubi non mutationes temporũ fiunt fortes. Propter quas cauſas formæ eo/rum ſunt craſſæ & carnoſæ. Iuncturæ uero humectæ & inefficaces: uentriculiq; humidi omnes, maxi me omniũ tamen inferior aluus, Nequit enim ipſa exſiccari in eiuſmodi cum regionis, tum naturæ & temporis cõſtitutione. Sed pinguedine & nuditate carnis formæ inuicem ſunt ſimiles, maſculorũ ma/ſculis,& fœminarũ fœmellis. Tempora enim cum ſint inter ſe ſimilia, nullas corruptiones, neq; mali/gnitates inferunt in ſeminis genitalis miſturam ac compactionẽ, niſi quiddam aliud fortuito uel caſu cõtingat, aut à morbo. Magnũ autem argumentũ humiditatis corporum Scytharũ hoc exhibebo. Multos enim ipſorũ, præcipue qui Nomades ſunt, reperias exuſtos humeros ac brachia habẽtes ma nuumq; iuncturas, pectora, coxas,& lumbos, nullam ſanè aliã ob cauſam, niſi ob humoris & molli/ciei naturæ detractionẽ. Nam neq; arcus intendere, neq; telum torquere poſſunt præ impotẽtia hu/miditatis humerorũ: cum autẽ uruntur, humor ipſe à iuncturis exoluitur, fiuntq; corpora ipſorũ uali diora, melius nutriuntur, & magis redduntur articulorũ uſu potentia. Fluida uero fiunt ac lata, primũ propterea q, faſcijs non colligantur, quemadmodũ fieri ſolet in Aegypto. Deinde q, nõ adſueſcunt ad equitationẽ, quò equorum inſeſſores fiant. Poſtremum etiã propter deſidiã perpetuam. Maſculi enim eorum antequã potentes fiant equos conſcẽdere, atq; in illis uehi, plurimum temporis deſident in curribus, raroq; prodeunt ut inambulent, propter exilia ac perpetuas circulationes. Muliebrium autem corporum formæ ad miraculum uſq; fluxæ exiſtunt. Porrò Scytharum gens fului ualde co/loris exiſtit propter frigus ingens. Non enim uehemens accedit ad eos ſol, à frigore uero albedo exuritur

exuritur & fit fulua. Neque uero poſsibile eſt fœcundam eſſe eorum naturam, cum uiri minime cu/pidi ſint cum fœminis commiſceri, ob nimiam corporis liquiditatem, uentriſq; mollitiem ac frigidi/tatem, quæ cauſæ adparent minime uiros ad coitum incitari. Accedit his laſsitudo ex continua equi/tatione cõtracta, quæ eos ad cõmiſtionem reddit impotentiores, atq; hæ ſunt cauſæ cur uiri infœcun diores putentur. Mulieres autem pinguedo carnis & humiditas ſteriles facit, præ quibus uteri earum genitale ſemen nequeunt continere. Lunares nanque purgationes eis non eueniunt quemadmodum eſt neceſſe, ſed minus & intẽpeſtiue. Ipſumq; amplius uteri os præ pinguedine cõcluditur, ut nequeat ſemen ſuſcipere. Sunt em̃ ocioſę,& pingues, uentresq; earum frigidi & molles. Vnde neceſſario ſequi tur non multum fœcundam Scytharum gentem eſſe. cuius rei ancillę eius gẽtis indiciũ exhibẽt. Nam hæ uiris miſceri plurimum gaudent, in uteroq; conceptum continent, propter corporis exercitium fre quens, carnisq; gracilitatẽ. Amplius aũt plurimi Scythæ eunuchi fiunt,& muliebria officia ob eũt, in ſtarq; fœminarũ omnia faciunt,& loquuntur, uocanturq; hi effœminati. Et regionis quidem incolæ cauſam ad deum referunt, coluntq; hos ipſos homines & adorant, ſibijpſis timentes nequid tale acci/dat. Mihi uero hi affectus diuini quidem eſſe uidentur, ſicut & reliqui omnes, neque ullum aliquem alio eſſe diuiniorem aut humaniorẽ, ſed diuinos omnes, uerum unus quiſq; eorum ſuam propriam habet naturam, neq; aliquis citra naturam accidit. Quare qũo hic affectus cõtingat, ut mihi uidere ui/deor, narrabo. Ab equitatione ipſa diuturni eos corripiunt dolores: nimirũ propendentibus ſemper ex equis eorum cruribus. Deinde claudi fiunt, cõtrahunturq; uertebræ cum inualuerit morbus. Me/dicantur aũt ſibijpſis hoc modo, A principio morbi utranq; uenã retro aures incidunt, quo facto ſan guine multo promanante, ſomnus eos corripit præ imbecillitate, ſicq; obdormiſcunt: quorũ quidem aliqui depulſo ſomno ſani exurgunt, aliqui uero minime. Atq; mihi ſanè uidentur ea medicatione ſe/ipſos perdere. Venę enim retro aures ſunt, quas ſi quis ſecet, ſterilitatẽ inferat his quibus ſecantur: qua re id etiam ipſis ex earum inciſione accidere certũ eſt. Quando igitur poſtea uxores adeunt, impoten/tesq; ſe factos uident cum illis coire, primũ quidem nihil moleſtius cogitantes quieſcunt, cum aũt bis aut ter, aut amplius fruſtra opus tentarunt, neq; quicquã proficiunt, mox putant ſe deum offendiſſe, in quem culpã reijciunt. Induuntq; ſe ueſte muliebri, palàm ſe euiratos eſſe confitentes, ad mulierũq; contubernia tranſeunt, earum opera tractantes. Hoc itaq; malo ditiſsimi Scytharum afficiuntur, minime uero infimi. Immo qui maxime & genere & potentia præualent, ex nulla alia quàm cõtinuæ equitationis cauſa, hoc perpetiuntur. Pauperes uero minus, cum non multũ equitent. Vnde ſi hæc affe ctio alijs diuinior cenſenda eſſet, nõ nobiliſsimis, non ditiſsimis Scytharũ ferè ſolis accideret: ſed eſſet omnibus æqualiter peculiaris. Immo magis inuaderet pauperes circa cultum deorum negligẽtiores, ſi ſaltem gaudent dij in hominũ admiratione conſtitui, & pro hoc beneficia hominibus retribuunt. Diuites em̃ ſæpius dijs ſacra faciunt, uictimas offerunt, coluntq; cum pecunijs abundẽt: pauperes au tem minus id faciunt, cũ non habeant. Quinetiã aliquando deos deteſtantur, qui eis opes non ſuppe ditent, ut ueriſimilius eſſet, pauperes ac parũ abundantes hoc malo propter crimina ſua puniri, quàm diuites & qui opibus abũdant. Verum ſicut & prius dixi, diuinus quidẽ hic affectus eſt, ſecundumq; naturam accidit ſimiliter ut alij omnes, neq; alia eius cauſa quàm ea quam dixi, Scythis exiſtit. Simili autẽ modo & reliquis hominibus euenit. Vbi enim frequenter & cõtinue homines equitant: ibi pluri mi à diuturnis doloribus uertebrarum maxime & pedũ corripiuntur, ad coitũq; fiunt impotentes, quæ omnia mala Scytharum genti adſunt. Atque propterea Scythæ omnium hominum minime ſunt ad coitum ualentes. Et quòd humoris detractiones ex peruſtione cauteriorum ſemper habent, & plurimum temporis in equis deſides degunt, ut neq; manu tractare pudenda liceat, atq; præ frigo re & dolore, uoluptatis ac iucunditatis coeundi obliuiſcãtur, neq; prius aliud ſibi faciendũ putent, q, ut euirati fiant. Hactenus ergo de Scytharũ gente recenſui. Reliquum aũt in Europa hominũ genus ualde inter ſe diſsimile eſt & diuerſum, tum quod ad magnitudinẽ attinet, tum quod ad formã, atq; id propter temporum mutationes contingit apud eos magnas & frequentes. Sunt enim eis calores uehementes, & hyemes fortes, pluuiæ multæ, rurſumq; ſiccitas diutina, & uenti plurimi, ex quibus multæ & omnimodæ fiunt trãſmutationes. Neq; à uero diſcrepat circa generationem has ipſas mu/tationes ſentiri, inq; ſeminis genitalis coactione aliam, neq; ex eodem etiã eandem, æſtatis pariter ut hyemis, pluuioſo ut ſicco tempore, progigni. Eaq; cauſa eſt, cur putem Europæos magis q, Aſianos

ſecundum corporum formas inter ſe diſcrepare,& magnitudines diuerſiſſimas in ſingulis adeo urbibus prouenire. Plures enim corruptiones contingunt in ſeminis coactione, cum tempora frequenter uariant,quàm ſi eadem ſunt & ſimilia. Eadem aũt morum ratio in utriſq; exiſtit. Feritas, integritas, & audacia à natura Europæis innaſcitur. Frequentes enim mentis perpulſiones feritatem inducunt, manſuetudinem contra & benignitatem extirpant. Quare etiam magnanimos magis eos qui Europam incolunt Aſianis iudico. Siquidẽ ſimilitudo & æqualitas ſegnitiem parit. Mutatio autem & animum & corpus ad exercitationẽ excitat. Augetur itaq; à deſidia & ocio timiditas. Ab exercitio uero & laboribus creſcit uirilitas. Vnde bellicoſiores quoq; Europęi extant, nõ ob hãc ſolum cauſam, ſed & propter leges. Non enim regibus obediunt quẽadmodum Aſiani. Vbi enim ſub regibus uiuitur, ibi neceſſe eſt homines timidiſſimos eſſe,quemadmodum & ſupra oſtẽdi. Seruitute nanq; animi eorum preſſi non libenter,neq; uolentes temere pro alijs ſe periculis exponũt. Europæi autem ſuo iure uiuentes,cum pro ſeipſis pericula belli ſubeãt, magna cupiditate feruntur, uolentesq; ac alacres difficultates omnes adgrediuntur, ipſiq; ſibi ex re bene geſta præmia reportant,ut certum ſit leges pluri/mum ad magnanimitatem conferre. Tota itaq; & uniuerſa res de Europa & Aſia ſic ut retuli, habet. Cæterum Europa ipſa adhuc habet gentes inuicem differentes, non magnitudine & forma ſolum, ſed & magnanimitate. Quæ uero in eis hanc diuerſitatem faciant,in præcedentibus dixi, dicamq; amplius, magis manifeſte. Quicunq; regionem montanam, aſperam, nudam,& aquoſam incolunt, his mutationes temporũ contingunt magnæ & diuerſæ,unde & hominũ formas magnas progigni conuenit,qui & ad laborem & ad uiriliter agendũ à natura præſtent, quibuſq; feritas & immanitas non mediocriter à natura ſint congenita. Qui uero loca concaua,pratenſia, & æſtuoſa habitant,uentosq; calidos plus ſentiunt q̃ frigidos,& aquis utuntur calidis,hi magni quidem eſſe non poſſunt, neq; bene compoſiti & longi, ſed in amplitudinem à natura producti carnoſi ſunt, & capillis nigris. Imò & ipſi toti nigri magis q̃ albi,& qui minus de pituita habeant q̃ de bile. Virilitas aũt & tolerantia laboris non æque ipſis à natura ineſt,niſi conſuetudo accedat,& hæc in eis efficiat. Quòd ſi flumina extẽt in ea regione,quæ ſtagnantes & pluuias aquas euehant, homines ipſi incolumes ac ſplendidi uiuent. Si uero flumina deſint, aquasq; puteorũ ſtagnantes & olentes bibant, neceſſe eſt ab illis ipſis aquis & uentrem lædi & ſplenẽ. Quicunq; aũt altam habitant regionẽ, planã, uentis expoſitam, & aquoſam,eorum formæ magnæ, ac inuicem ſimiles, & erectæ. Animi quoq; eorũ exiſtunt manſuetiores. Qui uero macra,aquis carentia, & nuda loca tenent, & quæ temporũ mutationibus non ſunt permiſta, horum conſtitutiones neceſſe eſt eſſe aſperas,& intentas,flauas magis q̃ nigras,mores etiam eorum rigidi ſunt,pertinaces,& contumaces. Vbi enim mutationes temporũ contingunt frequentes, & plurimũ inter ſe diuerſæ,ibi & formas, & mores,& naturas reperias plurimũ differentes. Temporũ itaq; uarietates potiſſimæ ſunt quæ naturã ipſam permutant. Deinde etiam regio in qua multæ uariationes fiunt. Poſtremũ aũt aquæ. Inuenias enim ferè ſemper & formas hominum & mores regionis naturæ compares. Nam ubi terra craſſa eſt,& mollis,& aquoſa,aquæ aũt ualde ſublimes,ita ut æſtate calidæ ſint, & hyeme frigidæ, & temporũ ratio aliàs probe conueniat, Ibi & homines carnoſi,articulis non adparentibus,humidi,laboris intolerantes, & ut plurimũ maligni naſcuntur. Segnitiesq; & ſomnolentia eis ineſt multa. Suntq; ad artes tractandas craſſi, non acres aut ſubtiles. Vbi autem regio eſt nuda,natura munita,& aſpera,quæq; & à frigore hyberno prematur,& à ſole æſtiuo exuratur,ibi duros, & graciles,& artieulis probe diſtinctis, intentosq;, & hirſutos reperias homines, & in quibus à natura laboris tolerãtia,& uigilãtia inſit. Quiq; mores habeant pertinaces,ad iram procliues, & contumaces,magisq; feritate participantes q̃ manſuetudine. Inſuper ad artes etiam acutiores & plus ſolertes,& ad res bellicas gerendas aptiores. Quin & omnia quæ è terra proueniũt, terræ ipſius naturam reſipiunt & ſequũtur. Atq; hactenus quidem maxime contrarias corporum naturas & formas diximus, è quibus coniectura facta, ſi quoque reliqua conſideraueris, nunquam à uero aberrabis.

FINIS.

CL. GALENI DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER PRIMVS. MARTINO GREGORIO INTERPRETE.

1

E facultatibus quæ alimentis inſunt, pleriq; præſtãtiſſimorũ medicorum, præcipuo ſtudio in eam ſpeculationem conuerſi conſcripſerunt, quòd omniũ quę ſunt in medicina, ea prope modũ ſit utiliſſima. Nam alijs præſidijs non omni tempore utimur: ſine alimento autem ne uiuere quidem, neq; ſecunda neq; aduerſa ualetudine poſſimus. Merito igitur præſtantiſſimorum medicorum plurimi, facultates, quæ ei inſunt, diligẽter magnoq; ſtudio perueſtigarũt. Inter quos alij ſola experientia nobis innotescere contenderũt: alijs rationem quoq; una placuit adiungi: alij denicq; uel primas ipſi tribuerunt. Quòd ſi ut inter Geometras & Arithmeticos, ita inter eos qui de alimẽtis ſcripſerunt, omnino conueniſſet, nihil nũc oporteret nos denuo hanc de ijſdem poſt tot ac tales uiros ſcribendi moleſtiam ſubire: Verum cum mutuis diſſenſionibus ſuſpectos ſeſe reddiderint (fieri enim nequit, ut omnes uera dixerint) quæ ab illis ſunt tradita, à ſeueris iudicib. examinari eſt neceſſe. iniquũ enim fuerit, uni præ alijs abſq; demonſtratione fidem adhibere. Porrò cum demonſtrationum duo genere ſint principia (aut enim à ſenſu, aut à notione euidenti demonſtratio omnis ac fides proficiſcitur) nosq; ad præſentis cõmentationis conſcriptionem neceſſe eſt, aut altero horũ, aut utroq; uti, ratione autem res iudicare nõ omnibus itidem ſit promptũ (nam & natura ſagaces eſſe oportet, & à puero ingeniũ in mathematicis diſciplinis excoluiſſe atq; exercuiſſe) ſatius eſſe duximus ab experientia auſpicari, eoq; maxime, q̃ bona pars medicorũ hac ſola alimentorum facultates inuentas eſſe pronũciarint. Nam empiricos, qui omne ſtudium operamq; eò conferunt, ut quę ratione ſunt inuenta ambitioſis contẽtionibus oppugnẽt, fortaſſe quis cõtemſerit: uerũ Diocle quid facias, qui (tametſi profeſſione eſt dogmaticus) hæc ad Piſtarchũ in primo de ſanitate libro ſcripta reliquit: Qui omnia ſapore eodem, odore, calore, aut alio id genus prædita, uires eaſdem obtinere exiſtimãt, haud recte opinantur: nam multa oſtendere poſſim inter ſe pugnare, etiam ſi, quod ad prædicta attinet, inter ſe conueniant. Non enim ſiquid aluũ, aut urinã mouet, aut aliã quãlibet habet facultatẽ, ideo tale eſſe quodq; eſt putandũ, quòd uel calidum ſit, uel frigidũ, uel ſalſum: quandoquidẽ non dulcia omnia, aut acria, aut ſalſa, aut cętera id genus eaſdem habent facultates: ſed ſiquis actionis cuiuſq; ipſorũ cauſam toti naturæ retulerit acceptam, is minime à ueritate aberrarit. Qui uero ſingulorum cauſas, cur uidelicet nutriant, aut aluum, aut urinã cieant, uel aliud

2

quidpiã eiuſmodi præſtent, reddendas autumant, ignorare uidenẽ, primũ quòd hęc inquirere, haud frequẽter ad uſus ſit neceſſe: deinde, q̃ multa ſint in rerũ natura, quæ principijs quibuſdã ſunt ſimilia, ut nullam cauſæ rationem admittant. Ad hęc, nonnunq; allucinantur, cum incognita,& contraria, neq; admodũ ueriſimilia ſumendo, abunde cauſam ipſam credũt ſe aſſignaſſe. Quocirca neq; ijs qui cauſas eiuſmodi afferunt, neq; ijs qui de omnibus cauſam putãt eſſe reddendã, eſt attendendum: ſed potius ijs, quæ diuturna experientia fuerunt explorata, credendũ. Quorũ autẽ poſſumus, cauſa eſt inquirẽda, quando qd̃ de ipſis dicimus, ſic ſperamus fore notum magis ac credibile. Hęc ſunt Dioclis uerba, ſola experiẽtia alimentorũ facultates nobis notas eſſe arbitrantis, nõ ex indicationibus, quæ cum à † temperamento, tum à ſaporibus ſumũtur. Cum aũt in partibus plantarũ alia adhuc ineſſet indicatio, eius non meminit. Dico aũt partibus plantarũ indicationẽ ineſſe, qua præter alias Mneſitheus eſt uſus. In plãtis enim alias quidem radicibus, alias caulibus facultates ineſſe oſtendens: quemadmodũ certe & foliis, & fructibus, et ſeminibus alias. Quòd uero experientia ut alia pleraq;, ita & qui cibi facile, aut ſecus concoquantur, quæq; ſtomachũ iuuent, aut offendãt, de nicq; quæ aluum laxent, irritent, aut ſiſtant, nos doceat, nemo eſt, cui uel tantillũ eſt mentis, qui ignoret. Cæterũ in ijs ipſis † pleriq; falluntur, qui citra limitationẽ faciunt de rebus periculũ: ut in commentarijs de ſimpliciũ pharmacorũ facultate, atq; in tertio de temperamentis demõſtrauimus. Nec ſanè qui utrobiq; cõmittuntur errores, multũ inter ſe ſunt diſſimiles. Quapropter hoc quoq; loco ad uiuũ, uti illic, limitatiões ſcribere, quibus quis intentus ſingulorũ facultates citra errorem poſſit deprehẽdere, haudquaquã mei eſt inſtituti, qui ſe mel duntaxat de quaq; re ſcribere ſoleam, non eadem in multis cõmentarijs de ijſdem paſſim inculcare. Vt tamen uſitatum mihi morem ne nũc quidem prætermittam, ſummas tantũmodo limitationum, idq; ea breuitate, quam orationis perſpicuitas patietur, ſum cõplexurus. Incipiam autem ab eo quod omnibus eſt in ore, quodq; Eraſiſtratus minus recte ſcripſit, melicratum uidelicet aluum non cuiuis ſubducere, neq; lentem cohibere, ſed quoſdam eſſe, qui præterquã quòd neutrum experiuntur, in contraria etiam incidant: ſiſtatur quidem eis aluus à melicrato, laxetur aũt à lente. Præterea quoſdam inueniri, qui bubulam minori negocio, q̃ piſces ſaxatiles conficiant. Equidem ab iſtis ſemper ſoleo ſciſcitari (nam à poſtremis exordiar) quodnam his ſymptoma accidat, quo iudicent ſe ſaxatiles piſces non coxiſſe, utrũmne pon-

dus quoddã in uentriculo, ut instar plumbi, aut la A
pidis, aut luti quiddam incũbere ipsis uideat (hoc
nempe modo quidã, quem ex huiuscemodi crudi
tatibus sensum percipiunt, interpretantẽ) an mor-
dicationem quandã manifesto in ipso, an flatũ, an
ructũ grauem sentiant. Tum alij nidorulentũ ma-
gis sibi ructum accidere: alij, mordicationẽ: non-
nulli utrunq; responderunt. Horum igitur corpo
ris habitũ diligenter cõtemplatus, deprehendi, bi
lis flauæ copiã in uentriculo, uel ob prauã quam
piam temperiẽ, uel propter peculiarẽ constructio
nem esse aceruatam. Peculiarem aũt dico constru
ctionem, quoniã hominibus quibusdã bilis ex ie
core in intestina defluens, in uentriculum regurgi
tat: Prauã uero temperiẽ, cum calor natura ipsis
ineſt acris ac mordax, & (ut sic dicam) febriculo- B
sus. Proinde par est, ut isti cibos corruptu diffici
les melius q̃ faciles coquãt. Quãdo, quę facile co
quuntur, facile item alterãtur, ac corrumpuntur:
contrà, quæ cõcocta sunt difficilia, non facile quo
que, tum alterantur, tum corrumpuntur. Hæc cer
te si in multũ calorem inciderint, coquuntur ma
gis, q̃ si moderato occurrerint. Atq; hac profecto
ratione accidit, ut nõnulli bubulam facilius, q̃ pi
sces saxatiles conficiant. Lens autẽ quibusdam al
uum mouet magis, q̃ inhibeat, nõ alia ratione, q̃
ut in cõmentarijs quos de simplicium pharmaco
rum facultate conscripsimus, demonstrauimus.
Quemadmodũ enim ex ijs quæ à nobis præparan
tur, nõnulla quæ facultatem ac substantiã habent
contrariã, cõponuntur: ita & natura ipsa, permul- C
ta quæ sensui simplicia apparent, cõmiscuit: quod
in plerisq; alimentis cõperias. Etenim non lens so
la, sed & brassica, atq; adeo marina propemodum
omnia, quibus testa pro cute est, quæ Græci ὀστρα-
κόδερμα appellant, compositã ex pugnantibus fa
cultatibus naturam sunt sortita. Nam solidum cu
iusq; corpus tarde permeat, aluumq; sistit: humor
uero, stimulat ad excretionẽ. Huius porrò rei ex
coctione manifesta sumitur demõstratio: cũ aqua
in qua dictorũ quodq; fuerit decoctũ, aluum sub-
ducat: ipsa uero corpora, inhibeãt. Hinc nõnullos
audias, qui dicant: Si brassicã leuiter coctã, & uni-
uersim ac repente ex lebete in uas aliquod, in quo
sit oleũ ac garum, trãsfusam, ante alios cibos sum-
pseris, aluum subducet. Alios aũt uideas brassicã, D
quæ Græcis disephthos, id est, bis cocta nuncupa
tur, ad uentris cohibitionem hoc modo adparare:
cum ipsam aquæ prius incoxerint, aquã quidem
totam ex lebete effundũt, aliam aũt adfundunt pu
ram & calidam, in qua rursus brassicã secundo co
quunt: ut siquid proprij succi post priorem deco-
ctionem habuit reliquũ, in hac penitus deponat.
Omnibus enim, quæ in humore coquunt, usu ue
nit, ut quiddam ab eius facultate in se deriuent, ac
de sua uicissim portionẽ aliquam ipsi impartiant.
Id quod in ijs, quæ in iure aliquo elixamus, siue le
gumen, siue animãtis pars, siue olus id fuerit, quo
tidie tibi licet discere. Res nanq; elixa, tam gustu,
q̃ olfactu, ipsius iuris: ipsum aũt ius, rei, quæ in se
est elixa, qualitatẽ ac facultatem repræsentat. To
tius porro, qui nunc nobis est propositus, sermo
nis ueritatẽ poteris sic explorare: Lentẽ, aut brassi
cam, aut aliquot marinorũ memoratorum anima
lium decoquito: postea decoctũ † oleo, garo, pipe- † pro sibŷ,
req; conditũ, cui libuerit propinato. idem facito in vaxŵs legen
brassica bis cocta. Videbis enim potione quidem, dũ forte stru
aluũ dilui: solidi aũt corporis esu, constipari. Qua bũcævl, ut sit
re nõ est quòd miremur, si ab huiuscemodi cibis, sensus, post, u
quãdo cum ipsorũ succo solidum corpus sumptũ bi decoctũ cũ
fuerit, tormina interdũ & inflationes oriantur. Pu oleo, &c. per
gna enim quædam inter utrunq; fit, cum solidum colaris, aut
quidẽ corpus hæreat subinde, ac tardet: succus au dysŋúcavti,
tem ad excretionem properet. Quo casu si quod
mordicat, excretũ fuerit, cessat symptoma: sin mo
retur, uentrem torminibus ac flatibus infestari est
necesse: quibus sola pugnantiũ excretio finem im
ponet. At cum nonnullis uenter ad egerendũ [na Vtrum
tura] sit propẽsus: alijs aũt est siccus, & ad egeren
dum difficilis, utriq; pro sua natura symptomatis,
quæ ab huiusmodi cibis fiunt, afficiẽtur: cum uen-
ter alius succi, alius solidi corporis facultati opitu
letur. Duabus nanq; contrarijs causis simul com-
missis, unam superare, alterã succumbere alteri est
necesse. Idipsum aũt propter uẽtris affectus quos-
dã accidit, non natiuos quidẽ illos, sed aliquo tem
pore subortos. Nũc enim pituitosum in eo humo-
rem, nunc bilio sum aceruari cõtingit. Atq; ipsius
pituitosi, alius quidẽ est acidus, alius salsus, alius
dulcis, alius denicq; sensibilis qualitatis est expers.
Rursum alius est liquidus, alius crassus, alius uisci
dus, alius dissipatu facilis. Ad hæc humoris bilio-
si, alius est flauus, alius pallidus, in quorum utro
que maximũ est pro maioris et minoris ratione di
scrimen: ut interim alias eius species prætermittã,
quæ in corporibus † ægrotantibus apparent. Sin- † pro ὑβῖφε
guli igitur memorati humores, cũ aut ad alui ex- ϱομβύας lege
cretionem, aut eiusdem cohibitionẽ plurimũ ha- go ὧν φασιν
beant momenti, postea q̃ integra ciborum memo μβύας ex Ca
ratorum corpora cum suis succis in uentrem per- labro
uenerint, ijs quidem quæ eiusdem secum sunt fa
cultatis, ferunt suppetias: aduersantur aũt ijs quæ
sunt cõtrariæ. Antea quidẽ duas genere causas re
censueramus, propter quas, ijsdem sumptis cibis,
diuersi in uentre effectus sequerent. Iam uero prę
ter naturalem constitutionẽ, & liquidas solidasq;
τὴν ἀνθιομβύων, id est, ciborum partes, tertia quoq;
adinuenta est. nec uero siue ἀνθιέμβυα, siue ἐδέστα,
siue τροφὰς appelles, quicq; interierit. Siquidem
tum ijs nominibus, tum etiam ijs nihilominus, ci-
bos σιτία & βρώματα appellant. Cui rei testis est
Hippocrates, in ope de morbis populariter gra-
santibus scribens ad hunc modũ: τὰ βρώματα, id
est, escas, ac potus experiri oportet, an æque diu
morentẽ. At rursus alio loco: Labor, σιτίον, hoc
est, cibus, potus, somnus, uenus, omnia mediocria.
De nominibus quidẽ certe (quod semper prædi-
camus) nõ oportet nos esse solicitos, nec quo pa-
cto quis ipsis utaẽ, laborare, cum ea præsertim om
nia Græcis sint usitata: sed rerum ipsarũ scientiam
conse-

consectari. Alimenta ergo citi tardiue trãsitus es- A
se comperiuntur, aliàs ob naturalẽ nostram ab ini
tio cõstitutionẽ, aliàs ob uentris dispositionem ac
quisititiam, nonnunquã ob peculiarẽ aliquã escu
lentorum ac poculentorũ substãtiam: quandoqui
dem ex ijs, quædã humida, quædã sicca [duráue]
sunt: ceu alia uiscida, alia friabilia, ac diuisu faci
lia; nonnulla denicq; acrimoniam in se habent, alia
acorem, aut amarorẽ, aut dulcedinem, aut salsugi
nem, aut austeritatẽ, aut acerbitatem, aut alias, ex
tra has, facultates medicamentosas eiusdem gene
ris cum ijs, quę purgantibus medicamẽtis insunt.
Siquidẽ atriplex, blitum, malua, cucurbita, quia
sunt lenta ac perhumida, alijs quæ talia non sunt,
celerius subsidũt: idq; potissimũ in ijs, qui sumptis
illis, in solo leniter obambulãt. Lubricabunt enim B
siquis concutiatur, promptius q̃ si quietus iaceat.
Eodem in genere ponere quis possit, mora, dulcia
cerasia, & ex uinis quę dulcia simul sunt ac crassa.
Pepones quoq;, & quos melopepones uocant, q̃ pepones.
humidi sint ac lenti, uentri subducendo sunt ido-
nei, facultatẽq; mediocriter abstergẽdi habent, &
horum maxime pepones: quam facile, si sordidam
aliquam partem his confricueris, perceperis: pro-
tinus nanq; cernes quicquid in ipsa est sordiũ ab-
stergi, ideoq; inter ea quæ urinã mouent, cõnume
rant. Porrò inter humida corpora & aquosa sunt, pruna
quæ præcocia uocãtur, & persica, & omnino quæ
cunq; nullã gustantibus ea aut olfacientibus, qua
litatem admodũ repræsentant. Quæ, si quidẽ uen
ter ad deijciendũ est propensus, nõ ægre subsidũt: C
sin minus, hærent & ipsa sublimia, nihil ad ipsam
excretionẽ conferẽtia. Etenim huiuscemodi cibo
rum materia medium quodãmodo inter aluum si
stentia & proritantia, locũ sortita, exiguũ quid in
alteram partẽ affert momenti, si in uentrẽ incidat,
nec ad excernendũ ualde socordem, nec ad distri-
butionem alacrem ac robustũ. Interdum enim hęc
quoq; aluum cohibent. Quin & melicratũ, in qui
bus celeriter distribui occupat, nihil aluo ad excre
tionem confert: quin immo cibis secum cõmistis,
ad distributionẽ præit. Quòd si distribui celeriter
nõ anteuertat, excretionẽ non secus ac flaua bilis,
sua acrimonia ac mordacitate irritat. Hoc ergo ci-
bariorum atq; potionũ genus duntaxat mordica-
tione sua uentris, partes ad expulsionẽ exuscitat D
(perspicuũ autem est q̃ etiam intestinorũ substan-
tiam nomine uentris cõplectimur: sic nempe uul-
gus πολυσπλαγχνους & μεγαλοσώλους, id est, uentre
pminulo, & uentricosos appellat.) Alia aũt sunt,
quæ uentrem subducunt, q̃ facultates in se medi-
camentosas habeant commistas, similes ei, quæ in
scammonia, colocynthide, elleboro, & id genus
alijs conspicitur. Horum enim substantia ex cibo
& pharmaco est cõmista, ut si ipse in ptisanæ cre-
morem succi scãmonij paululũ quid inijcias. Qui
succus etiam si sensum quidẽ sic effugerit, sua tam-
en actione minime fallet, sed aluum palam sub-
ducet. Atq; id est quod quibusdã Hippocrates di-
xisse uidetur, cum inquit, In cibo medicamentũ.

Galen

Alij uero non sic modo, sed de illis quoq; cibis in-
telligi posse dictũ eius uoluerunt, qui neq; alendi,
neq; purgãdi animalis ullã habent facultatẽ. Hæc
enim inquiunt, nõ modo ut alimenta, uerũ etiam
ut medicamenta sæpenumero agere, cum manife-
ste nos calfaciãt, refrigerẽt, siccent, aut humectẽt:
ueluti dũ horũ nihil in hominis corpore efficiant,
sed ipsum tantũmodo alant, tum medicamenti ra-
tionẽ haudquaquã habere. Sunt aũt sane pauciss-
ma id genus edulia. Quotquot uero ea fuerint, ali
menti duntaxat rationẽ planè habent, corpus eius
qui sumpsit, in qualitate non immutãtia. Etenim
quod refrigeratũ est aut calfactum, humectatũ, aut
siccatũ, secundũ qualitatem est mutatũ. Quod ue-
ro ex cibo ad molem dissipatæ substantiæ sarcien
dam animal sibi assumpsit, ab illo duntaxat ut ali-
mento iuuatur. Quamobrẽ quę medij sunt tempe
ramenti, nullaq; uincenti qualitate sunt prędita, ea
solũ sunt alimenta, non etiã medicamẽta: uentrẽq;
nec soluũt, nec cohibẽt: stomacho nec robur, nec
imbecillitatẽ inducunt: sicuti sudores urinámue
nec prouocant, nec coercẽt: nec aliã quamuis dis-
positionẽ calidã, frigidam, humidã, aut siccam in
animantis corpore ingenerãt, sed quale animãtis,
quod nutritur, corpus assumpserant, tale prorsus
conseruant. Verum hoc quoq; loco limitatio quę
dam est utilissima, quæ ne ipsa quidẽ à Diocle est
posita, † ut nec aliarũ quęuis, quas hactenus recen † Calaber ta
suimus. Si em̃ hominis corpus medij planè sit tem men uertit, ut
peramenti, per alimẽta medij temperamẽti eo in nec ab alio quo
statu seruabit. Verũ si id frigidius, uel calidius, sic uis, quos mihi
cius, aut humidius fuerit, medij temperamenti ci- adhuc perlegẽ
bum & potũ perperã exhibueris. Quippe huiusce re contigit.
modi corpus, quatenus ab exacte media constitu-
tione recessit, eatenus in diuersum statum traduca
tur est necesse: fiet aũt id per præsentis distẽperan-
tiæ cõtraria. Contraria aũt pari interuallo in utra- Contraria.
que oppositione à medio in utranq; partẽ secedãt
oportet: ut si corpus tribus (uerbi gratia) nume-
ris à temperata ac media constitutione ad calidio-
rem secesserit, totidẽ cibum quoq; à medij tempe-
ramẽti cibo ad frigidiorẽ secedere erit necesse: sin
uero quatuor numeris ad humiditatẽ discesserit,
totidem cibũ mediocri siccioriẽ esse conueniet. At
quę in eo certe permultos est inuenire, qui de ijsdẽ
cibis ex diametro pugnantia pronuncient. Nuper Historia.
enim duo inter se concertabãt, quorum alter salu-
bre, alter insalubre mel esse affirmabat: uterq; ex il
lato sibi à melle affectu coniectans: nondũ illud in
telligentes, q̃ omnes homines non unũ ab initio
habuerunt temperamentũ: neq; si habuissent, im-
mutabile ipsum, ætatis cursu, aut in temporũ anni
ac locorum cõmutationibus, tueri potuissent: ut
nunc omittã, q̃ ijdem homines uitæ institutis, ac
uictus ratione, natiuũ corporis habitũ immutant.
Ne igitur longe abeam, eorũ qui de melle inter se
disceptabant, alter quidẽ erat ætate senex, & natu
ra pituitosior, uitaq; ocio sa, et cum ad alias omnes
actiones, tum aũt ad eas exercitationes, quæ bal-
neum præcedunt, ignauus. ob eamq; causam, mel

ei erat utile. Alter uero, natura erat biliosus, & an A
nos natus triginta, in quotidianisq; operibus mul
tum sese fatigabat. nō abs re igitur in eo mel celeri
ter in bilem uertebat: eaq; ratione sibi erat nocen
tius. Noui aūt & ipse quendā, qui de ore uentricu
li querebat: q; cum aceruata in eo pituita proueni
re, ex ipsius sermone cōiectassem, consuluissemq;,
ut cū sinapi betam & porrū sumeret: eorū ope inci
sam pituitā, largiter per aluū excreuit, omnibusq;
symptomatibus est liberatus. Idem postea cū post
esum ciborū acrium nō coxisset, mordicationēq;
in uentriculo sentiret, sumpto rursus cū beta sina
pi, nō modo à mordicatione non fuit leuatus, ue
rum etiā longe deterius habuit: tum protinus ad
miratus, quid esset, q; ab ijs, quæ ante summopere
iuuissent, nūc grauiter lædereť, causam scisciratu B
rus ad me accessit. Eos porrò, qui rei medicæ sunt
imperiti, in his falli nō est absurdū. Verū medicos,
q pleraq; & eadē utilissima theoremata prætereūt
indistincta, quis ferat? Non enim ipsos simpliciter
pronūciare conuenit, pisces saxatiles pmultis qui
dem cōcoctu esse faciles: nōnullos tamē reperiri,
qui bubulā facilius conficiāt: sed utroslibet distingue
re: quemadmodū de melle nō simpliciter pronun
ciare, sed simul adijcere quibusnā ætatibus, natu
ris, anni temporibus, regionibus, ac uitæ ration
ibus utile sit, aut noxiū: uerbi gratia, q calidis et sic
cis sit aduersissimū: frigidis uero ac humidis utilis
simum, siue ea temperies eis sit naturalis, siue ac
cesserit propter ætatē, siue propter regionem, aut
anni tempus, aut uitæ cōditionem. Itaq; ad presen C
tem speculationē summe necessarium esse uideť,
hominū pariter ac ciborum tēperamenta conside
rasse. Porrò qualianā hominum sint temperamen
ta, & qua ratione ea dignoscere cōueniat, in com
mētarijs, quos de tēperamētis scripsimus, ceu uti
que & de medicamentorū tēperamētis, in ijs quæ
de illorū facultatib. prodidimus, abunde diximus:
in præsentia uero tempus exposcit, ut alimentorū
temperamenta exequamur ea methodo, qua in li
bro de uictus ratione sunt scripta, qui est, ut non
nullis placet, Hippocratis: ut alijs, Philistiōis, aut
Aristonis, aut Euriphontis, aut Philitę, omnium
antiquorū uirorum. Initiū aūt ipsius in nonnullis
quidem exemplaribus est: Ciborum omnium ac
potuum facultates, tum naturales, tum arte acci D
tas sic dignoscere oportet. In alijs autem hoc: Lo
corum aūt omnium situm ac naturā sic oportet di
gnoscere. Cum nāq; seorsum libellus ille circum
fertur, De ratione uictus inscribitur, estq; is secun
da pars, cum opus totū in partes tres sit diuisum.
Cū uero totus unicus & nō diuisus, ex tribus con
flatus inueniť, De natura humana & uictus ratio
ne inscribiť. Secūda igiť pars, in qua agiť de cibis,
nō abs re forte Hippocrate digna putabiť: sed pri
ma quam plurimū ab Hippocratica sentētia rece
dit. Verū id quidem prēter institutū, obiterq; sit di
ctum. Cuiuscunq; aūt memoratorum uirorū fue
rit, omnē in cibis uictus rationem ad uniuersalem
quandā methodum uideť reuocare. Qui cū hor

deum coctū, natura frigidū & humidum esse didi
cerit, sciueritq; corporū temperamenta, tum natu
ralia, tū alicuius affectus occasione acquisita dijū
dicare, is rite nō tantū sanis corporibus, uerum e
tiam ægrotantib. hordeum edendū exhibebit. Prę
terea & cataplasmatibus ex hordeacea farina per
cōmode utetur, qui & corporis, & hordei tempe
ramentū tenuerit. Nec uero satis fuerit principalis
simam ac primā cuiusq; cibi temperiem nouisse,
sed, ut in libris de medicamētis monstratū est, eas
quoq; quæ hāc sequunť [qualitates] callere opor
tet: quæ & ipsæ sunt utilissimæ, multæ quidem (si
nō omnes) in saporibus: quædam aūt, etiā in odo
ribus. Quòd enim unūquod ex tanto calido, frigi
do, humido, et sicco quodāmodo est temperatū, id
circo hoc dulce, illud amarū, salsum, acerbū, auste
rum, acr'eue apparet. ἁλυκὸν aūt, nihil aliud est, q̄
ἁλμυρὸν, id est, salsum: nā utraq; uoce res una de
claratur. Item acerbi & austeri cōmune genus est,
q Græci σύφον, nos adstringens appellamus. Cæ
terum in quarto libro de simpliciū medicamento
rum facultate, de oīi saporū genere copiosissime
disseruimus. Quē certe librū necesse omino est eū
perlegisse, qui ea quæ in præsentia à nobis dicun
tur, est assecuturus: ut ne q̄ semel de ijs dicta sunt,
in hisce libris identidē repetere cogamur. Ergo ci
borum nōnulli quidē, quemadmodū haud ita pri
dem cōmemorauimus, siquis eos gustauerit, aut
olfecerit, nullā insignem ac manifestā qualitatem
præ se ferunt: quos sanè ἀχύμους & ὑδατώδεις, id
est, qualitatis expertes, & aquosos nominant: alij
aūt manifestissimam habent astrictionē, aut conge
nitā dulcedinē: aut acrimoniā, sicut nonnulli quo
que salsiores, aut amaritudinis quidpiam habere,
pspicue cernunť. Quare perspicuū est, cibos eius
modi eandem cum ijs medicamētis habere faculta
tem, quibus cū sapore cōueniunt. Cæterū in com
mentarijs de medicamentis, causam explicuimus,
quāobrem adstringentia quædā non eadem cum
alijs adstringentib. [in corporibus] agant, ut aloe,
æs ustum, atramentū sutoriū, flos æris, squamaq;,
& chalcitis. Etenim q in quoq; istorū adstringen
ti facultati ac substantiæ, alia quæpiā sit admista,
euenit ut opera quæ sigillatim ædūt, sint diuersa,
perinde ac si malo cydonio scāmoniam intus mi
scueris: quod utiq; interdū facimus, partes mali,
quæ circū semen sunt exculpentes, deinde cauita
tem scāmonia implentes, deinde affigentes ac as
santes, atq; ita malū mandendū exhibētes. Quod
nanq; hunc in modū pręparatū est, absq; stomachi
subuersione aluū subducit. Facultate nimirū pur
gatrice, quam malū ipsum à scāmonia acquisiuit,
in ipso uincente, propria aūt ipsius mali manente.
Alioqui nec iucundū, nec adstringens, nec stoma
cho esset utile. Ad eum igitur modū cibaria quæ
dam facultatē quampiā habent in seipsis admistā,
cui aut purgare, aut aliud quippiā agere sit natura
le. In quibus nō est dubitandū, quin saporū facul
tates actionē suam, quam à natura habent, efficiāt.
In quo enim qualitas ineſt adstringens, ipsa, quan
tum in

tum in seipsa est, uicina corpora cogit, cōstringit, A
ac refrigerat. Idem aūt corpus nonnunq; alias sui
partes calfacientes, alias refrigerantes habere po
test, ut in libris de simpliciū pharmacorū faculta
tibus demonstrauimus: natura scilicet eas ita per
miscēte, ut medici quidā frigido cuipiā pyrethrū,
aut piper interdum cōmiscent: hæc certe, uti dixi
mus, in cōmentarijs de medicamentis copiosissi
me pertractata, his quæ nūc à me docenť, sunt uti
lissima. Nā qui hæc ante didicerit, modū reperiet,
quo cibos omnes sigillatim apparare queat. Nam
nos quoq; τὸ τριτολφακλῶ, id est, ex beta & lēte edu
lium nōnunquā damus: atq; ante nos Heraclides
Tarentinus multis non tantū inculpata ualetudi
ne fruentibus, uerū etiam malo aliquo affectis sæ B
pe exhibebat. Primū ergo betarum copiā: deinde
cum cōdimus, aut salis plusculum, aut dulcem ga
rum, ei injicimus: sic nempe aluū magis subducit.
Sin minus uis subducere, lentem excorticatā bis
decoquito, aqua uidelicet priore effusa: dein salis,
aut gari portiuncula addita, aliquod eorū quæ al
uum modice sistunt, injicito, puta acetū, ea mensu
ra, ut gustum non offendat. Ita enim pharmacū iu
cundissimum atq; utilissimū effeceris, & cibū non
paucis eorū, qui diuturna diarrhœa conflictantur.
Porrò dixi nō paucis, nō omnes cōplecti uolens.
Nam hic quoq; limitationū est usus, per quas, eo
rum qui diarrhœa iampridē laborant, affectus in
uenienť. Omnino enim nullius rei uires experien C
tia cōmode explorabis, nisi prius per rationem ad
unguem cōpertum habueris affectū, cui applica
tur quod exploras, siue id sit cibus, siue potus, si
ue medicamētū. Quippe affectuū cognitio, est ma
teria remediorū, non ipsorū remediorū cognitio.
At quoniā fieri nō potest, ut, nisi quis materiarū,
qbus utimur, facultates exacte calleat, illarū ope
egentib. succurrat, necesse est ut alibi de pharma
corū, ita hoc quoq; loco de alimentorū facultatib.
disseramus. Cognitio aūt horum uix tandē longo
tempore recta nobis accedit, quā consequimur cū
ex certa definitaq; experiētia, tum ex halituū sapo
rumq; natura (quæ duo rebus, quas examinamus
insunt) ad hæc, ex consistentia quā habent secun
dū lentorē, [aut friabilitatē,] aut laxitatē, & den D
sitatem: aut leuitatē, & grauitatē. Hæc enim oīnia
ad ipsarū inuentionem adeo conferunt, ut cum in
peregrinā regionē peruenerīs, siquid esculēti nun
quam prius tibi cōspecti offenderis, permultas sis
occasiones atq; adiumenta ad eius facultatē per
noscendā habiturus. Cæterū quæ Mnesitheus de
radicibus, caulibus, foliis, fructibus, seminibusq;
prodidit, non certā ualde habent dignotionē, si ex
perientia definita ipsa exploraris: quod ex ijs quæ
sequentur, fiet manifestū. Statui enim de cibis sin
gulis seorsum pertractare. Quòd si tractatus ipse
lōgior erit, poterimus ipsum postea alio quodam
minore libello perstringere, qui ijs qui artē callent
utilis erit: quando quidē exercitatio sola ac doctri
na, quæ per diffusam enarrationē traditur, nos ar
tifices reddit. Ideoq; nō inscite illud mihi uulgo di

ci uidetur, optimā esse doctrinā, quę uiua uoce tra
ditur. neq; em quenquā ex libro nauclerū, aut al
terius artis artificem euadere. Libri enim sunt ijs,
qui ante eruditi fuerunt, monimenta, nō rudium
& indoctorū doctrina perfecta. Quòd siqui sint,
qui præceptoribus careant, uelintq; ijs, quę plane
ac copiose sunt scripta (q nobis scribendi mos est)
diligenter incūbere, magnum ij fructum capient,
potissimū si ea relegere identidem non grauentur.

De tritico.

HAud iniuria medicorū plurimi præsentē do
ctrinā à tritico mihi uidenť auspicati: quan
do cum apud Græcos omnes, tum barbarorū plu
rimos, semen hoc & frequētissime & summa cum
utilitate usurpatur. Inter tritica aūt plurimum ha
bent alimenti, quæ densa sunt, totāq; substantiam
habent adeo compactam, ut dentibus uix diuidi
queāt. Talia enim exigua mole, corpora plurimū
nutriunt: quæ uero ijs sunt contraria, quæq; denti
bus quidem facile frāguntur, fractaq; rara ac laxa
apparent, magna mole exiguū reddunt alimentū.
Quòd si utrorūq; parem modū pendere libuerit,
quę densa sunt, multo grauiora esse cōperies. Hęc
autē sunt, colore etiā laxis flauiora. Explorare au
tem horum naturā non simpliciter oportet, super
ficiem externā duntaxat contemplando, sed diui
dendo quoq;, ut diximus, ac frangendo: multa e
nim quę extrinsecus flaua ac densa fuerunt uisa, ra
ra intus ac laxa albaq; apparuerunt. Quæ sanè fur
furis habent plurimū: & siquis posteaquā molita
sunt, tenuissima farina excussa, ex reliquo panes,
quos πιτυείας, id est, furfuraceos appellant, fece
rit, parum quidē ipsos alere, uentrem uero multis
excremētis implere experietur: ob eamq; causam
facile etiam subsidere. Præterea q furfur nonnihil
facultatis habet detersoriæ, merito intestinis irrita
tis celeris eorum fit deiectio. Iis aūt contrarij qui
dem sunt panes purissimi, plurimum ponderis exi
gua mole habentes: omnium uero panum tardissi
me deijciuntur. Videbis sanè illorum massam ad
modum lentam, ita ut q̄ longissime indiuulsa tra
hatur. quod corporis lenti est propriū. Merito igi
tur ij quidē & fermento copiosiore indigent, om
niumq; maxime subigere eos oportet: nec statim
post fermentū & subactionem assare. Furfuraceis
uero paucum fermentū, & lenis subactio, breueq;
interuallum sufficit. Pari modo qui puri sunt, assa
tionem diuturniorem: furfuracei, breuiorem po
stulāt. Porrò nō pauca est inter purissimos, ac sor
didissimos, minoris maiorisq; ratione latitudo, cū
alios quidem puros, alios sordidos & uocemus, et
reuerā sint. Est autem & alia panum species inter
hos planè media, quos ὠτοπύρους appellant: me
dici autem ueteres ipsos nominabant συγκομιστούς.
Cæterum quòd hi fiant ex farina à furfure non se
parata, & furfure à pura farina non separato, omni
bus id est perspicuum: illinc enim nomina ipsis in
diderunt: ὠτοπύροις quidem, quòd ὅλος ὠτὸς ὁ
πυρὸς, id est totum ipsum triticum, nulla sui par
te adempta in panificium cedat: συγκομιστοὺς aut

tem, ꝙ ad ipſos conficiendos tota farina nuſquam A
à furfure ſeiuncta συγκομίζηται, hoc eſt, compor
tetur. Verũ & inter hos ipſos, qui ad unguem me
dij inter furfuraceos & ꝙ puriſſimos panes eſſe ui
dentur, nõ paruã eſt pro tritici natura differentia.
Siquidem ex denſo ac graui tritico, prẽſtantiores:
ex laxo autem ac leui, panes ſunt deteriores. Et a
pud Romanos quidem ut & apud alios propemo
dum omnes, quibus ipſi imperant, panis quidem
puriſſimus σιλιγνίτης, id eſt, ſiligineus: qui autẽ
huic eſt ꝓximus, σεμιδαλίτης, id eſt, ſimilaceus,
nuncupatur. uerum σεμίδαλις quidẽ græcum no
men eſt & antiquũ: σίλιγνις uero nec�sp græcũ eſt,
neque ipſam aliter poſſum exprimere. Inter panes
igitur, ſiligineus plurimũ alimentum prẽſtat: poſt
ipſum autẽ, ſimilaceus: tertio loco, medius qui & B
σιγκομιστὸς & αὐτόπυρος dicitur: quartũ poſt hũc
eſt ſordidorũ genus: in quibus furfuraceus eſt po
ſtremus, minimumꝙ omnium nutrit, & omnium
maxime per aluum ſubſidet. Concoctu autẽ inter
panes ſunt faciliimi, qui plurimũ ſunt fermentati,
& pulcherrime ſubacti, quiꝙ in clibano igne mo
derato fuerunt aſſati. Nam ignis ardentior primo
ſtatim occurſu ſuperficiẽ externam circumurens
in teſtę modum indurat, accidítꝙ duplici nomine
prauum panem fieri: priori quidem, quòd partem
internam habeat crudam atꝙ illaboratã: poſterio
ri uero, quòd externam ſiccam habeat, ac præaſſa
tam ac teſtaceã. Porrò ignis moderato remiſſior,
panẽ minus belle elaborat, ſed ipſum crudiorem
relinquit, & maxime partem omnem eius inter C
nam. Qui autem in igne moderato, longiore ſpa
tio p totos ſeipſos æquabiliter aſſati fuerint, ij tum
belliſſime in uentriculo cõcoquentur, tum ad cæ
teras actiones, quæ coctionẽ conſequuntur, erunt
accõmodatiſſimi. Peſſimi autem panes ij ſunt ha
bendi, quibus nihil memoratorũ ante, adeſt. Cum
autẽ iam fines probitatis & prauitatis in panibus
conſtituerimus, nemo iam eſt, qui non uel tacenti
bus nobis facile intelligat, alios eſſe panes, qui aut
optimis, aut deterrimis ſint propinqui: alios por
rò ab illis diſcedere, tum alios quoſdã inter utroſ
que hos locum mediũ obtinere. Proinde quemad
modum prius de melle admonuimus, non ſimpli
citer eſſe pronunciandũ, ipſum ſalubre eſſe aut in
ſalubre, ſed pituitoſæ quidem naturæ, hoc eſt, hu D
midiori ac frigidiori ꝙ temperata, ipſum eſſe ſalu
bre, nec minus etiam ſi ea natura tãtum fuerit fri
gidior ſine multa humiditate, aut humidior ſine
multa frigiditate: calidis autem temperamẽtis, ac
his etiam multo magis calidis ac ſiccis, haudqua
quam ipſum conuenire: ita panum quoꝙ is athle
tæ quidem eſt accõmodus, qui necꝙ belliſſime eſt
aſſatus, necꝙ multũ habet fermenti: priuato autem
& ſeni, qui belliſſime quidẽ in clibano eſt aſſatus,
fermenti autẽ habet multum. Porrò qui fermento
omnino caret, nemini prorſus eſt accommodus.
Quòd ſi caſei aliquid inſuper addatur (ut ruſtici
apud nos feſtis diebus ſolẽt apparare, eoſꝙ panes
ipſi uocant ἀζύμους, id eſt fermẽti expertes) eiuſ
modi prompte omnes lædunt, etiam ſiqui fortiſſi
mo ſint corporis habitu: cuiuſmodi ſunt meſſorũ,
ac foſſorum robuſtiſſimi. Ab his nãq; facilius con
fici uideas panes ἀζύμους, ut bubulã etiam ac hir
cinam, ꝙ à grauibus athletis. Quid iam loquar de
ouilla aut caprina? cum in Alexãdria aſinina quo
que ueſcant: ſunt qui & camelina. Ad ipſarũ enim
coctionem nõnihil confert tum conſuetudo, tum
uero earum carnium, quæ ſumuntur, parſimonia:
ac denicꝙ ipſa totius corporis inanitio, quę illis ne
ceſſario accidit, qui toto die in priuatis operibus
ſeſe conficiunt. Carnes em̃ inanitę rapiunt ex uen
tre ſuccum non modo ſemicoctũ, ſed nonnunquã
etiam omnino crudum atꝙ incoctum, cum cibo
ſumpto operib. ſeſe reddiderint: ob eamꝙ cauſam
ij grauiſſimis morbis poſtea prehenduntur, & an B
te ſenectam intereunt. Quæ cum uulgus ignoret,
illos ob corporis robur beatos prædicat, cum ea
eſſe & cõcoquere ipſos uideat, quæ nemo noſtrũ,
necꝙ edere queat, necꝙ coquere. Quòd autem eo
rum plericꝙ qui laboribus ſeſe confecerunt, à pra
uis cibis minus lædantur, in cauſa eſt, quòd ijs ſo
mni ſint profundiores, quæ res ad coctiones mul
tum ipſis adfert momenti. Quòd ſi ipſos plures or
dine noctes inſomnes ducere coegeris, morbo ſta
tim corripientur. Illi igitur unicum hoc ad prauos
cibos coquendos habent cõmodum: Athletæ uero
alimentis utuntur nõ optimi ſucci, ſed craſſi ac
uiſcoſi, illi quidẽ qui inter ipſos ſunt graues. quo
nomine paleſtritæ potiſſimũ appellantur: nunc ue
ro & pancratiaſtæ & pugiles ita appellãtur. Cum
enim id ſolum eis ſit propoſitum, ut ad certamina
ſeſe comparent, in quibus interdum totum diem,
aut luctari, aut παγκρατιάζειν cogũtur, idcirco ci
bo indigẽt corruptu ac euaporatu difficili: talis au
tem eſt, qui ſuccũ habet craſſum ac uiſcoſum, cu
iuſmodi potiſſimũ eſt cibus ex carnibus ſuillis &
panibus, ut diximus, adparatis: quibus ſoli uere
athletæ ueſcuntur. Quòd ſiquis priuatus, & ab e
xercitatione alienus, eodẽ cibo uti uoluerit, celer
rime in morbum plenitudinis incurret, Græci uo
cant πληθωρικὸν: quemadmodũ ſi homo utens e
xercitationibus, oleribus, ac ptiſanæ ſucco alere
tur, totũ ſuũ corpus celeriter labefactarit, ac confe
cerit. Porrò ſiquis noſtrũ panibus illis utatur, qui
bus dixi athletas uti, ſuccus ex eis abũdabit craſ
ſus ac frigidus, qualem proprie crudum ſuccũ no
minare cõſueuimus. Eſt ſanè & pituitę ſuccus cru
dus & frigidus, non tamen craſſus, ut qui humidi
tatem multam habeat, & ſpiritum flatulentũ. Cru
dus autẽ ſuccus proprie nuncupatus, talis eſt, qua
le id apparet, quod in urinis ſubſidet, puri quando
que adſimile: uerũ pus & graueolens eſt & lentũ:
crudus uero ſuccus, craſſitie & colore illi dũtaxat
eſt ſimilis, ut qui necꝙ graueolens eſt, necꝙ lentus.
Non tamen febricitãtibus quidem ex crudorum
humorum copia ſolis in urinis ſubſidet, cuiuſmo
di dixi: ſed & ſanis, qui poſt multos exanclatos la
bores, cibos duros ac confectu difficiles eſitant.
Verũ de alijs quidem poſtea tractabimus. Nunc,
uero

uero, quoniã de panibus primo ſtatuimus diſſere A
re, ijs quæ à nobis dicta iam fuerunt, hæc adijcia
mus. Omniũ quidẽ optimi ſunt clibanitæ, ad eũ
quẽ præſcripſi modũ, tũ aſſati, tũ ad aſſationẽ præ
parati. Proximi autẽ ipſis ſunt, qui in minori fur
no aſſantur ἰπνίται nũcupati, eodẽ uidelicet quo
prædicti, modo præparati: ſed quia in profundo
nõ ſimiliter aſſantur, ob id ab ipſis relinquũtur.
At qui ſuper craticulã, aut cineres calidos, aut fo
ci pauimentũ ceu clibanũ aſſant, prauí omes ſũt,
ut qui inæqualiter ſe habeant. Nam partes ipſorũ
extimæ ſupra modũ ſunt aſſatæ: intimæ autẽ cru
dæ. Cæterũ ijs, quos propterea ꝙ cineribus tecti
aſſantur, ſubcinericios nũcupant, cineres ipſi pra
uitatẽ aliquã aſpergunt: quapropter omniũ panũ
hos (ſi ipſis cætera omnia ante pariter adfuerint) B
quod ad aſſandi ſaltẽ modũ attinet, propemodũ
dixerim eſſe deterrimos. Oportet em̃ ſemper ea
de quibus agitur, ita accipere, ut quæ inter ſe cõ
parantur, in illis duntaxat de quibus agit̃, mutuo
diſſideãt. Quãdoquidẽ ſi quę plurib⁹ inter ſe mo
dis diſcrepãt, cõtuleris: q̃ de ſingulis ipſis mẽbra
tim & ſeorſum dixeris, ea omnia collecta habebũt.
De panũ igitur differẽtia abunde dictum eſt.

De placẽtis, quæ ex farina triticea fiunt,
Græci πέμματα uocant.

DE alijs autem placentis quæ ex triticea fari
na parantur, dicere nũc fuerit oportunum.
Ergo quos Attici quidem πυγανίτας: nos autẽ
Græci, qui Aſiam colimus, τηγανίτας appella
mus: parantur autẽ ex ſolo oleo. Oleum autẽ ſo C
lum in ſartaginem, igni ſumi experti impoſitam,
injicitur: quod ubi incaluerit, triticea farina mul
ta aqua imbuta, ei adfunditur: quæ celeriter dum
cũ ipſo oleo coquitur, cogitur ac denſatur, inſtar
caſei teneri in calatho concreſcentis. tunc autem
iam ipſam uertunt, ſuperficiem quidem ipſius ſu
periorem infra conſtituentes, ut ipſa ſartaginem
etiã tangat. quod uero prius erat inferius, quodꝙ
abunde iam eſt coctum, ſurſum in ſublime tollen
tes, ut iam ſit in ſuperficie, & cũ iam quod modo
infra eſt, concreuerit, poſtea uertunt ipſam bis for
te aut ter, quoad tota placẽta æqualiter ipſis cocta
uideatur. Perſpicuum ſanè eſt, quòd ipſa quidem
craſſi eſt ſucci, quodꝙ uẽtrem cohibet, & ſuccos
crudos gignit: quapropter & à quibuſdam mellis D
quidpiam ei admiſcetur: ſunt qui & ſalem marinũ
miſcent. Fuerit autem iam id quidem placẽtæ ge
nus quoddam aut ſpecies, aut quocũꝙ modo ap
pellari libeat, quẽadmodum & alias quaſdam pla
centarum ſpecies, tum ruſtici homines, tum urba
norum pauperrimi ex tempore componunt. Itaq;
quæ πέμματα ἄζυμα in clibano aſſant, atꝙ mox
quàm extracta ſunt, in mel calidum, ut id in tota
ſeſe recipiant, injiciunt, placentæ etiam ſunt ge
nus quoddam: præterea, omnia quæ cum melle
ex itrijs apparantur.

De uaria itriorum compoſitione.

DVplex autem eſt itriorum ſpecies. præſtan
tior quidẽ, quam rhyemata: deterior uero,

quam lagana appellant. Quæ ſanè ex his ac ſimi
lagine cõponuntur, craſſi ſunt ſucci, & tarde ſub
ſident, iecoriſꝙ meatus per quos fertur alimentũ,
obſtruunt, lienis imbecillitatẽ augent, calculos de
nicꝙ in renibus gignunt. Quòd ſi cocta belle fue
rint, atꝙ in ſanguinẽ mutata, admodum nutrient.
Quæ uero cum melle parantur, miſtam habẽt fa
cultatem. Cum enim mel ipſum ſuccũ habeat te
nuem, & ea quibus cum miſcetur, tenuet: factum
merito eſt, ut quæ mel copioſius, dum parãtur, aſ
ſumpſerint, quæꝙ diutius cocta fuerint, minus
tarde ſubducãtur, ſuccumꝙ ex tenui & craſſo mi
ſtum generent: iecori uero, renibus, & lieni, in re
cte quidem habentibus, magis ꝙ ea quæ ſine mel
le parata ſunt, conducant: In ijs uero qui obſtru
ctionis principium habẽt, aut inflammatione, aut
ſcirrho ſunt obſeſſi, nihil minus, ꝙ illa nocent, nõ
nunquam etiam longe grauius: & multo omniũ
maxime, quorũ farina fuerit admodũ lenta. Suc
cus nanꝙ qui ex ijs proueniet, nõ modo propter
craſſitiem ferri prorſum inhibetur, uerũetiam in
trinſecus anguſtis uaſorũ finibus circũfixus adeo
impingitur, ut haud facile ſoluí queat: atꝙ ita uí
ſcus læſum, ijs qui ita ſunt affecti, ſenſum ponde
ris exhibet, ciborum ac potuum tenuantium ope
indigens. Scripſimus autem alibi uno libro de ui
ctu attenuante. Nihil tamen eorum, quæ ita ſunt
parata, necꝙ thoracem, necꝙ pulmonem offendũt.
Verũ de edulijs quidem, quæ craſſum ac lentum
ſuccũ generãt, alio loco poſtea diſſeremus. Sermo
autẽ, qui nunc in manibus eſt, poſtulat, ut cum a
lia quæ adhuc expoſuimus, memoria teneas, &
omniũ potiſſimũ, panum facultatẽ, ꝙ eis aſſidue
utamur. Nec ſanè obfuerit, quæ de ipſis diximus,
ſummatim repetere. Optimus certe panis ac ſalu
berrimus fuerit homini necꝙ iuueni, necꝙ exercita
tionibus dedito, qui tũ ſalis, tũ fermenti habeat plu
rimũ, quicꝙ plurimũ ab artifice ante ꝙ formetur,
& aſſetur, ſit ſubactus, & (ut ſupra diximus) in cli
bano mediocriter calido aſſatus. Modũ uero fer
menti ac ſalis, guſtu iudicato: quod nãq; in largio
ri horũ miſtura iam offendit, prauum. Quatenus
igitur guſtus nullum adhuc ſenſum triſtem ex ea
miſtura percipit, eatenus ipſorum copiam augere
præſtiterit.

De pane loto.

PORrò, qui panis abluẽdi rationem excogita
runt, minoris ſanè alimẽti cibum, ſed qui ab
obſtructionis noxa abſit quoad licet longiſſime,
inuenerunt. Siquidẽ panis hic ſuccũ habet mini
mũ craſſum ac lentũ, ut qui ex terreſtri aereus ſit
factus. Eius porrò leuitas apparet, cũ per ſtaterã,
tum ꝙ in aqua non ſubmergatur, ſed inſtar ſube
ris ſupernatet. Cæterum id edulium quod ruri a
pud nos coquũt, quod ex multa triticea farina la
cti miſta conſtat, ſcito ex ijs eſſe, q̃ intus obſtruũt.
Vt igitur cibi ij omnes boni ſunt ſucci, & multi
alimenti, ita eos qui ipſis aſſidue utuntur, lędunt,
obſtructiones in hepate parientes, & in renibus
calculos gignentes. Cum enim humor crudus lẽ
torem aſſumpſit, & tranſitus per renes quibuſ
dam na

dam natura sunt anguſti: ibi quod craſſiſſimũ eſt, ac maxime lentum, diutius moratum, πῶρον, id eſt, tophum prompte gignit: cuiuſmodi in uaſis in quibus aquam calfacimus adcreſcit, aut ad ſaxa adfigitur in pleriſq; aquis calidis ſponte naſcẽtibus. Confert autem ad id maxime renum ipſorũ tẽperamentum, quãdo ipſorum calor acris fuerit ac ueluti igneus. Ex eo autem genere ſunt & ψώροι, qui in arthriticis generantur. Fluit enim ſemper quod in corpore redundat, in partes imbecilli mas, pro ſuaq; ipſius natura, in ipſis affectum excitat. Cæterum cũ poſtea de lacte agemus, de omni ipſius uſu trademus, quẽadmodum certe & de cibis incraſſantibus: quandoquidem & alia quędã ſunt, quæ eã habent facultatẽ. De alica.

ALICA.

ALica ex genere eſt tritici, ualenterq; nutrit, B ſuccumq; lentum habet, ſiue in aqua duntaxat coctam cum mulſo, aut uino dulci, aut etiã adſtringente (nam horũ quoq; ſuo proprio tẽpore utimur) ſiue cũ oleo ſaleq; frixã ſumas. Nonnunquã autem & acetũ illi inijcitur. Atq; præparatã eo modo alicã, medici ptiſanæ confectionẽ fuiſſe dicitãt: quidã autẽ dicunt ex alicæ ptiſana, ægrorũ fuiſſe cibatũ. Veterũ uero nõnulli, ut Diocles & Philotimus, ptiſanã triticeam, alicã hoc modo ſtructã appellitant. Quapropter eius nomẽ apud antiquos eſt rarũ, quẽadmodum & ſitanij: ipſum enim communi nomine, triticũ nuncupant. Dictum porrò eſt in libro Hippocratis de ratione uictus, panes ex alica factos, plurimi eſſe alimenti, ſed minus ſubſidere: præterea ſimilaginem & alicã coctam ualentis ac multi eſſe alimenti. Proinde uſum huius multũ uitare conuenit, idq; potiſſimũ quibus iecur obſtruitus, aut renes calculis gignendis ſunt appoſiti. Maxime præterea intẽtos eſſe conuenit ijs ſorbitionibus, quæ ex alica lota nuncupata parantur. Succus nãq; ipſius hic eſt aquæ cõmiſtus, qui cũ coctionẽ poſtulet plurimã, præparãtibus quidẽ ipſum, quaſi ſatis coctus ſit, imponit. Aegrotus uero, quibus ipſum parant, lædit non minimũ. Celeriter enim, quod inſtar glutinis ſit lentus, concreſcit ac denſatur. Oportet igitur ipſum multa aqua admiſtum, ſuper carbones coquere, plurimũ mouẽdo, quoad exacte coctus fuerit: tum uero ſalis quidpiam etiã inijcere. Oleũ autem etiam ſi initio ſtatim immiſcueris, nihil ſuerit incõmodi. Sed id quidem obiter ſit dictum: ad medendi enim rationẽ, non ad præſens inſtitutũ, pertinet. Quòd ſiquando ſani ob uehementẽ uentris mordicationem, ſiue ob bilioſi humoris multi tranſitum, ſiue ob aliud id genus, ſorbitione eguerint: ijs alicam plurimum coctam, uſque dum extabuerit, deinde colatam, atque ita comparatam, ut ptiſanæ ſucco colato ſit perſimilis, ſorbendam tunc exhibeto. Eadem autem lotæ alicæ parandæ eſt ratio.

De tritico in aqua elixo.

NIſi ipſe aliquando triticum in aqua elixũ comediſſem, nunq; aliquẽ eius uſum in cibo eſſe credidiſſem. Neq; eñ fame graſſante ad hunc utendi modum quis acceſſerit, cum ſuppetẽte tritico, panem ex eo facere poſſit. In cœna uero quẽadmodum elixum frixumue cicer, & alia quædã ſemina ſimiliter parata, pro tragematibus, quę uocant, ſumuntur: ita triticũ elixum à nemine ſumitur. Ob eas ſane cauſas nunquã credidiſſem quẽpiam triticum elixum eſitaſſe. Cum autem & ipſe aliquando rus procul ab urbe cum duobus adulescentibus meis æqualibus profectus, ruſticos iam cœnatos deprehendiſſem, & mulieres ſeſe, ut panem facerẽt, accingere (pane eñ carebãt) unusq; ex ipſis repente triticum in ollam coniectum coxiſſet, deinde ſale mediocri cõditũ, ut ederemus, eſſet hortatus (cogebamur autẽ id facere, ut par eſt, qui nimirum iter confeceramus atq; eſuriebamus) abunde certe comedimus, pondus tamẽ in uentriculo ſenſimus, ut lutum ipſi incumbere uideretur. Et cum poſtero die nõ coxiſſemus, totũ diem cibum ita faſtidiuimus, ut nihil edere potuerimus: præterea flatulento ſpiritu eramus pleni, caputq; dolebat, & oculi caligabant. Neq; eñ per aluum quidquam excreueramus, quod unicũ in cruditatibus eſt remedium. Rogabam igitur ruſticos, num & ipſi aliquãdo elixũ triticum ediſſent, tum quonam pacto fuiſſent ab illo affecti. Illi uero & eſitaſſe ſe frequenter, eadem qua nos neceſſitate compulſos, reſponderunt, triticumq; ita præparatum graue & concoctu difficile eſſe edulium: quod ſane uel citra experimentũ colligi facile poterat. Quãdo eñ ne ipſius quidem ſumpta farina, ut ante retulimus, concoctu ſit facilis, niſi per ſalem, fermentum, miſturam, triturationem, clibanumq; elaborata fuerit: quis non intelligat illaboratum triticum eſſe contumaciſſimum? Vires tamen triticum habet magnas, ſi ſic ſumptum, concoquatur, nutritq; ualide corpus: ac robur inſigneijs, qui ipſo uſi fuerint, conciliat.

De amylo.

AMylum ex tritico conficitur, partes exaſperatas leuigandi tum obtinens: quæ ſubſtantijs omnibus conſiſtentia ſiccis eſt cõmunis, quæ neq; aſtrictionẽ, neq; acrimoniã, neq; aliã quãuis facultatem habent inſignẽ, quas ſubſtantias iure ἀποίους, id eſt, qualitatis, q̃ ſenſu deprehẽdi queat, expertes, appellant: qualis inter humidas ſubſtantias eſt aqua. Cæterum amylũ ſimilem panibus lotis habet facultatẽ: nã ut illi, minus, q̃ panes non loti, corpori præbet alimentũ, & nõ calefacit, cũ cæteri panes calefaciant. Quod uero ad triticũ in aqua elixũ attinet, cũ eo amylum ne cõferendum quidẽ eſt, cũ palàm, id tũ calfaciat, tũ ualenter nutriat, ſi cõcoctũ fuerit: id quod factu (ut diximus) eſt difficile. De hordeo.

HOc ſemẽ in uſu frequẽti apud homines eſt, quod non eandem cum tritico habet facultatẽ. ſiquidem hoc palàm calefacit, illud uero nõ modo nõ calefacit (quomodo nõnulla, quę in medio ſunt calefacientiũ & refrigerantium, ut amylum, & panis lotus) ſed quoquo modo ipſo utare, ſiue panes ex ipſo feceris, ſiue ptiſanã coxeris, ſiue

ſiue ἄλφιτα, id eſt polentã feceris, uim quandam A refrigerandi habere cernitur. Diſſidet præterea à tritici natura, ſucci ſpecie, quam utrunq; ipſorum gignere cõſueuit. Siquidem triticum, craſſum ac lentum: hordeũ autẽ, tenuem & nonnihil deterſorium ſuccũ in nobis gignit. Quoquo igitur modo hordeũ paraueris, nunq; corpus calfacit: ſed uarie pro modo præparatiõis humectat ac ſiccat. Quãdoquidẽ polẽta, quæ ex frixo hordeo eſt facta, ſiccare perſpicue cernitur: ptiſana autẽ humectat, cũ ſaltẽ, ut decet, fuerit parata, hoc eſt cũ in coctione q̃ plurimũ intumuerit, poſtea igne lento per multũ ociũ in chylũ fuerit redacta. Acetũ autẽ ei tũc admiſcetur, cũ planè intumuerit. Cum uero cocta exacte fuerit, ſub edendi tẽpus ſalẽ tenuẽ inijcere oportet. Oleum autẽ ſi initio ſtatim inieceris, co- B ctioni nil nocueris. Aliud tamen nihil eſt miſcendũ, niſi uelis anethi aut porri quidpiã, idq; initio ſtatim, immiſcere. Video autẽ à cocis omnibus ptiſanã peſſime cõparari. In mortario nanq; crudam ipſam tundentes, nõ ad ignẽ coquẽtes, diſſoluũt. Sunt qui amylum etiam inijciant, ut per coctionẽ in chylum copioſum uideatur eſſe redacta. Talis certe ptiſana merito maxime eſt flatulenta, & cõcoctu admodum difficilis. Quæ uero in ptiſana recte comparanda, prætermiſi, ea adijcere oportet. Crudam ptiſanã aliquandiu in aqua præmacerãt, deinde in mortariũ iniectã manibus terere conuenit, aſperam quãpiam rem in ſe habentibus, cuiuſmodi eſt quod uocant ſpartũ, ex quo iumentis ſoleæ nectuntur: uſq; eò autẽ terendũ, dum prępo- C ſitus ac qui in ſuperficie eſt, cortex ſit abiectus. is eñ, quo ueſtitur ceu tenui tunica, non totus inter pinſendũ abijcitur. Quapropter & præmaceratur, & in mortario tunditur. Quòd ſi nõ quicquid eſt aceris, deciderit, elixa ptiſana magis quidẽ deterget, nullam autem aliam noxam accipit. Peſſima eſt autem ptiſanę præparatio, cũ ubi coci crudam ipſam in mortario cũ aqua cõtuderint, deinde parumper coxerint, ἐνφυμα καὶ σίκεον, id eſt, ſapã inijciunt. Quidam autẽ cũ his mel quoq; & cuminũ inijciunt, cinnũ quendã uerius q̃ ptiſanam cõparantes. Verum quæ probe parata fuerit, utilitates, quas memorat Hippocrates, tũ ſanis, tũ ægrotis hominibus præſtabit. ſiquidem lentor eius, ut inquit, leuis, & cõtinuus, & blãdus eſt, & lubricus, D & humidus moderate, ſitimq; arcet, & ad abluendum, ſiquid opus erit, eſt idoneus: neq; adſtrictionem habet, neq; tormina gignit, denicq; in uentriculo non exturgeſcit. ſi quidem inter coquẽdum intumuit, quantum plurimum intumeſcere poterat. Hæc certe nobis in præſentia de ptiſanæ facultate ſuffecerint, non medendi rationem tradentibus, ſed alimentorum duntaxat uires explicantibus: quanquam in ſermonis tranſcurſu ipſorum uſum quoq; attingimus.

De panibus hordeaceis.

NVnc certe ad hordeaceos panes trãſire fuerit tempeſtiuum, quos homines eodẽ, quo triticeos, modo parant: ſunt autẽ non modo triticeis, uerumetiam olyrinis, & multo adhuc magis typhinis friabiliores, nihil in ſe lentoris, ut illi, habentes. Ex quo perſpicuum eſt, q̃ exiguũ corpori præbent alimentũ, & potiſſimũ ſi facti ex peiore hordeo fuerint, ex quo Hippocrates ne ptiſanã quidem fieri uoluit. neq; enim, dum coquitur, ſuccum copioſum ex ſeipſo emittit. Laudatiſſimũ autem eſt, quod candidum, ubi pinſitũ eſt, apparet, nõnihilq; dẽſitatis ac põderis (quantũ hordeo datum eſt) habet. Porrò quod totũ plenũ eſt, & circunſcriptionẽ externam habet tenſam, melius eo eſt, quod gracile eſt ac rugoſum. Verum id quidẽ ſeminum omnium cõmune tibi eſto indiciũ: niſi forte aliquãdo molem multo q̃ pro ſua natura habeant maiorẽ, ſintq; molliora ac laxiora: ſcito eñ ea humiditatem habere ſuperfluam, prædictiſq; eſſe deteriora. Ob eamq; cauſam non cõuenit ijs poſt collectionẽ uti, ſed ubi ea in locis ſiccis repoſueris, diu ab eis abſtinere, quò interea pars quidem humoris ſuperflui exhalet, pars autẽ etiã coquatur, quoad ſiccata mediocriter contrahantur. Defluit eñ à plantis ſeminib. & fructibus, poſtq; collecta fuerint ac repoſita, primũ quidem quidquid in ipſis aquoſum eſt ac tenue, poſt autem & nonnihil humidi naturalis. Cum eñ ſubſtantiam habẽt iuſto ſicciorẽ, ſunt ijs deteriora, quę ad ſummũ bonæ habitudinis peruenerũt, non tamẽ iam omnino ſunt praua. Quinimo ijs affectibus, quos ſiccando corrigere oportet, ſunt utiliora. Quæ autem diutiſſime fuerunt repoſita, uires habent imbecilliores. Huius porrò terminus ſit, cũ ab ipſis diuiſis puluis quidã tenuis excidit. Hæc itaq; ſemel nunc dicta, in omnibus memoria teneto. Non enim libenter de ijſdẽ ſæpe eadẽ repeto, niſi quando neceſſe uidetur, nudũ dũtaxat caput memoriæ cauſa repetere. Ad panes autẽ hordeaceos, de quibus dicere inſtitueramus, reuerſi dicamus, in ijs quoq; quaſdã eſſe differentias, illis, quas paulo ante in triticeis recẽſuimus, reſpõdẽtes. Omnes nãq; triticeis multo minus alũt, qui tamẽ ex præſtãtiſſimo hordeo cõficiũtur, minus à triticeis in eo ſuperanť: qui uero ex laxo ac leui, panibus furfuraceis reſpõdent. Panes autẽ ex hordeo eiuſmodi citiſſime per aluũ ſubducũtur, qd̃ reliquis nõ minimũ accidit, ſi triticeis eos conferas. Quæ porrò inter hos mediæ panũ hordeaceorũ ſunt præparationes, ſimiles ſunt ijs, quas in triticeis retulimus.

De polenta, quæ Græce ἄλφιτον dicitur.

EX recẽti hordeo mediocriter frixo, laudatiſſima fit polẽta: cuius ſi copia non ſit, nõnunq; & ex alijs ipſam cõficimus. Cum autẽ polenta omnis, quæ recte ſit facta, boni ſit odoris, ea eſt ſua ueolentiſſima, quæ ex optimo ac recenti hordeo, & qd̃ ariſtam non admodũ habeat ſiccam, eſt cõfecta. Compluribus autẽ per ſanitatẽ mos eſt, eã ſapa & uino dulci mulſoq; cõmiſtis, nonnunq; ſola etiã aqua cõſperſam, eſtate duabus tribus ue ante balneũ horis bibere, aiuntq; ſentire ſe hoc potu ſiti liberari. Si tamẽ cũ uino auſtero fuerit epota, uentrẽ deſiccat. Polenta autẽ gentes quædã pro

pane

pane utuntur: quod ego ruſticos in Cypro facere A ſum cõſpicatus, tametſi ij frumenti plurimũ metant. Veteres autem militibus etiam polentã præbebant. Romani tamen milites ipſius imbecillitatem damnantes, ea non amplius nunc utũtur. Exiguum enim corpori alimentum dat, priuatis quidem & omni exercitatiõe abſtinẽtibus, ſatis multum: ijs autem qui quoquo modo exercentur, minus cẽſ ſat eſt. Porrò ex his humidis frixis fiũt mazæ, de quibus deinceps diſſeremus. Præſertim cum Philotimus in primo libro de Alimentis de ipſis copioſius diſputans, quod in eis tamen erat utiliſſimum indeterminatum reliquerit.

MAZA.

De maza.

CViuſcẽ eduliorum uires potes, uel ante certam experientiam ex ipſius natura cõiicere. B Etenim perſpicacis ingenij uiro farina, quę planè tenuis eſt, & alba, & ab omni furfurea ſubſtantia pura, ſatis intelligetur, in uentriculo quoq; citius ac magis alterari, eoq; pbius cõcoqui, & facilius in corpus diſtribui, prõptiuſq; nutrire, ut quæ tota corporibus alẽdis aſſimiletur, atq; apponatur. Quod autẽ in ipſa furfureũ eſt, ac durũ, ut extrinſecus in aqua diſſolui non cernitur, eadẽ ratione ne in uentriculo quidem madefactũ diſſoluiẽ, ſed totũ, ut ſumptũ fuerat, indiuiduum permanet atq; inconfectũ. Hoc igitur non poteſt nec probe concoqui, nec diſtribui, propterea quòd uenarum orificijs, quæ ad uẽtriculũ & inteſtina pertinẽt, nihil prorſus cõgruit, neq; illabitur: quas res neceſſario ſequitur, tum ut maior ſter coris uis ex ipſo acertue C tur, tum ut citius ſubfideat, partim propter ipſius copiæ pondus, partim etiã quòd furfureũ omne qualitatẽ habet deterſoriã. Quæ omnia ſiquis reputet, intelliget, tantũ mazam in alendo corpore ab hordeaceis panibus relinqui, quantũ hi à triticeis relinquuntur: quippe cũ hordeum initiò ſuapte natura furfurẽ habeat non paucũ, frixum iam cum ipſum habet, tum ſiccioręẽ, tum fractu ac cõminutu difficiliorem: ſiccius autẽ eſt id, quod hoc eſt præſtantius, ex quo corpus ſumebat alimentũ. Quo fit, ut maza panibus hordaceis ægrius coquatur, magiſq; uentriculum flatu impleat, in quo etiam, ſi diutius manſerit, turbationẽ excitat. Citius autem ſubducitur, ſi cõmiſta diutius fuerit, ac ſubacta. Quòd ſi mel quoq; addatur, citius etiam D ob id uentrem ad excretionem incitabit. Cæterũ quod Philotimus opinatur, ſuccum craſſum, glutinoſum, ac frigidũ ex omni maza generari (quẽ ipſe cũ pceptore ſuo Praxagora uitreũ appellat) ſecus profecto habet: cum polenta neq; lentorem habeat, quod alicæ ineſt maximè, nec multum nutriat. At illũ ſefellit maza copioſior, ac diutius in uino dulci & ſapa macerata: quam ipſe, quẽadmodum Atheniẽſes πτισσω, id eſt, tritã appellauit. quod eũ in ea triticæ maſſæ reſpõdet, ductile eſt, ac glutinoſum, cũ ob diuturnam macerationem, tum ob humoris polentę cõmiſti craſſitiem. Quẽadmodũ autem tritura multa eum craſſo liquore, facit, ut trita farina, lenta apparear, etiã ſi ea ex milio ſit: ad eundem modum ſuccus ptiſa neq; apparet lentus: tametſi nihil in ſeſe habeat gluti noſum, neque emplaſticum, ſed contra deterſorium, atq; inciſoriũ: quod in cute noſtra indicat, ipſius ſordes eluens. Quòd ſi paulo poſtquam cuipiam ſorbendam ipſam exhibueris, uomere ipſam feceris, pituitam quæ in uentriculo continebatur, detergebit, & omnia uomitu ſimul cum ea eijciet.

De typha, olyra, & zeia.

MNeſitheus quidem typhas tertio loco poſt triticũ & hordeum numerat: Diocles autẽ de ipſis tradit diligentius, compendioſum ſcribẽdi genus diffuſæ accuratæq; explanationi præponens. Eodẽ certe cõpendio de tritico, hordeo, aliſq; multis tradidit. Paulo autẽ de his Praxagoras, ac Mneſitheus copioſius ſcripſerũt: attamen ne ipſi quidẽ ſatisfaciũt. Philotimus uero de quibuſdã admodũ copioſe, de alijs autẽ egit leiune: ſunt & quorũ ne meminit quidẽ, quẽadmodum nec zeiæ, perſpicuum autẽ eſt, q nec præceptor eius Praxagoras. Quandoquidẽ nec Philotimus non modo eorũ quæ ille ſcripſiſſet, nihil prętermiſit, ſed pleraq; etiam perpoliuit, atq; adiũxit. Illud uero mirũ uideri debet, q ne is quidẽ, qui librum de ratione uictus compoſuit (qui Hippocrati eſt adſcriptus) quiſquis is uir antiquus fuerit, nominis zeiæ mentionẽ unquã fecerit. Quòd ſi typhas à nõnullis putabat appellari zeias, id ipſum ſignificaſſe oportuit: uerũ ſatius forte fuerit ipſorũ uerba adſcripſiſſe. Diocles ergo in primo libro de ſanitate ad Pliſtarchum (in quo ciborum facultates explicat) ſic ſcribit, Poſt hordeum autem ac triticum, facultatibus ſequuntur omniũ maxime olyræ, typhæ, zeiæ, panicum, milium. In quibuſdam autem exemplaribus zeiæ nomẽ omnino nõ eſt. Quin & in quibuſdam, non facultatibus, ſed utilitatibus ſcriptum eſt, hoc modo: Poſt hordeum ac triticum utilitatibus ſequũtur omnium maxime olyræ, typhæ, panicum, & milium, perinde ac ſi olyra ſemẽ eſſet à typha diuerſum. Mneſitheus autem uno ſemine, duo nomina ait cõtineri, ſcribẽs ad hunc modum, Ex ſeminibus ad nutritionem ſunt appoſitiſſima triticum & hordeum: quod autem hæc deinceps ſequitur, duplici quidem nomine nuncupatur: eadem tameñ res eſt, aliꝰ enim typham, aliꝰ olyram nominant. deinceps iſta adiungit, Poſt hæc autem ſunt zeia, milium, & panicũ. Diocli certe ea de typha et olyra ſcribere, quę modo adſcripſi, ſatis uiſum fuit. Mneſitheus uero particulatim quoq; de ijs poſtea tractauit, primũ quidem de tritico & hordeo, mox de typhis, ſcribẽs his uerbis, Reliquorum uero ſeminum typha quidem eſt optima. nam & nutrit admodum, neq; magno negotio conficitur. Panem autem ex zeia nemo affatim citra ſanitatis diſpendiũ mãdit. Quòd ſiquis ei pani non aſſuerit, etiam ſi minimũ ſumpſerit, ægrotabit: eſt enim grauis & concoctu difficilis. Qui uero regionem colunt uehementer frigidam, eo ſemine coguntur nutriri, ipſumq; ſerere, q frigoribus perſtrenue reſiſtat. Atq; hi principio

cipio quidẽ paulatim edere aſſueſcunt, tũ quia in A zeia ſcilicet & typha tritico ſimillima. Hęc quidẽ de zeia Theophraſtus: Herodotus autem libro ſecundo ad uerbũ hæc ſcribit: Tritico hordeoq; plerique uictitant. Apud Aegyptios uero his in uictu uti, ſummũ dedecus putatur: utũtur autẽ olyris, quas aliꝰ zeias cũ z nominant. Dioſcorides quoque in ſecundo de medica materia, hæc ſcribit: Zeiæ duplex eſt genus, quorũ alterũ ſimplex, alterum Διϰοκκον nominatur, quòd ſemen duabus mẽbranis concluſum gerat: nutrit autem hordeo ualẽtius, tũ ſtomachũ iuuat. Panis ex ea fit, qui minus tritico nutrit. Crimnon autẽ quod ex zeia & tritico fit, ratiõe trituræ farina eſt craſſius, ex quo fit puls: nutrit abunde, & facile conficitur. Quod uero ex zeia fit, uentrẽ magis cohibet, potiſſimũ B ſi torrefacta prius fuerit. Præterea olyra eiuſdẽ cũ zeia eſt generis, ſed minus aliquanto nutrit: panis quoq; ex hac fit, & crimnon. Athera autem fit ex zeia trita tenuiter ſub mola: ſorbetur autẽ non ſecus ac liquida pultícula, pleriſq; eſt accõmoda: in cataplaſmatiſq; ea utimur. Tragi ſemen, alicę eſt quidẽ ſimile, nutrit autẽ multo minus cẽſ zeia, qđ multum aceris habeat, ob id & concoctu eſt difficilior, & aluum magis mollit. De zeia igitur hæc ſufficiant. Mneſitheum profecto iure quis demiretur, q diſcrimen inter olyram ac typham non nouerit. Vtrunq; enim in Aſia eſt frequens, & potiſſimũ in regione, quæ eſt ſupra Pergamũ, adeo ut ruſtici ipſi panibus ex ipſis factis ſemper utantur, propterea q triticum omne in oppida cõportent. C Olyrini ſanè, ſi modo ex bona olyra fiant, poſt triticeos ſaltẽ ſunt præſtantiſſimi: ſecundi autem ab his ſunt typhini. Quòd ſi olyrini ex uitioſo ſemine ſint facti, typhini non erunt eis inferiores. Calidi uero panes ex laudatiſſima typha facti, olyrinis longe ſunt præſtantiores: aſſeruati uero deteriores ſeipſis euadunt. Cum enim maſſa illorũ ſit tenax ac ductilis, denſatur maiorem in modum, & maxime cum negligẽter parati fuerint, adeo ut qui panẽ huiuſcemodi, poſt unum aut duos dies, ac multo magis ſequentes aliquot, comederit, puturus ſit lutum uentriculo ſuo ineſſe. At calidus adhuc cũ eſt, ab ipſis etiã urbanis expetiẽ, ipſũq; cũ caſeo quodã mandũt, quem uernaculo nomine oxygalactinon appellãt. Porrò hunc quoq; tenerũ eſſe oportet, & ipſum panẽ calorẽ clibani ad huc retinere. Qui certe in hunc modũ eſt aſſatus, nõ ruſticis modo, ſed urbanis quoq; hominibus in delicijs habetur. Qui uero triũ quatuórue dierũ eſt, uel ipſis ruſticis mandiẽ inſuauius. Præterea concoctu eſt difficilior, ac tardius per aluũ ſubducitur: quæ calido minime accidunt: qui tãetſi hordeaceo, quod ad deiectionem pertinet, multũ relinquitur, non tamen in eo adeo, ut miliaceus eſt uituperandus. Quinetiam corpus admodum, dũ calidus eſt, nutrit, ut penè triticeo ſyncomiſto par ſit. Habet autem typhę ſemẽ extrinſecus corticem ueluti olyra, & hordeum. uerum decorticatum, in panes congeritur, omninoq; uſui accõmodatur. Nam & ex aqua manditur elixum, haud aliter

AVENA.

aliter ac uocatus à ruſticis apothermus, ſapa, quã A aliꝭ ζύμιον, nos ἔνζυμα uocamus, iniecta: nõnunquam etiam cũ ſale (quo modo me ipſum triticũ retuli comediſſe) eſitatur. Ex nobiliſſima autẽ olyra, cum ut decet, fuerit decorticata, nominatũ tragum conficiunt: quo plerique utũtur primum in aqua decoquentes, deinde ea effuſa, ſapam, aut uinum dulce, aut mulſum infundẽtes, ſuperiniꝭciũt & pineas nuces aqua præmaceratas, donec plurimum intumuerint. Quidam autem ſemẽ hoc, genere quidem, non tamen ſpecie cum olyris idem eſſe affirmant. Sunt autem & alia permulta ſemina prædictis quidẽ adſimilia, nõ tamẽ eadẽ penitus ſpecie: quæ partim in hordei ac typhæ, partim in typhæ olyræq;, aut olyræ & tritici medio ſunt loco: quædam uero ad olyræ, alia ad hordei aut B typhæ, alia ad tritici: ceu alia ad panici, alia ad miliꝭ naturam proxime accedunt. quæ nomina habent alia ſimplicia, ut in Italia ex quo alicã faciũt: alia compoſita, ut in Cappadocia quod uocatur γυμνόκεθρον, id eſt, hordeum nudũ ac corticis expers, in Bithynia autem zeopyron. Verum ſatius fuerit ciuſmodi nominũ ac ſeminum diſquiſitione omiſſa, de omnibus communi quodam ſermone tractare. Quæ igitur parua mole multam reddunt ſubſtantiã, eamq; craſſam ac uiſcidam, optimi ſunt ſucci, ac multi alimenti: non tamen facile per aluum ſecedunt. Quæ uero his ſunt cõtraria, mollem quidem ac laxam habent ſubſtãtiam: partes autem ipſorum furfureæ, citius quidem ſubducuntur, ſed alunt minus. In ꝭs ipſis quæ grauC lentia ſunt, & guſtum quendam habent iniucundum, perſpicuum eſt, quòd omnia & prauꝭ ſucci ſunt, & coctu difficilia. Quòd autem exiguæ moli permultum inſit ſubſtantiæ, tum ex põdere cum in ſtatera appenduntur, tum ex farinæ copia cognoſces. ea nanq; copioſa in ꝭs quæ cõpacta denſaq; ſunt ſubſtantia, ab exigua mole redditur. Porrò caliditatis & frigiditatis diſcrimẽ ante quidem quàm edantur atq; intrò in corpus ſumãtur, cum ex colore & guſtu facile tibi erit colligere, tum etiam ex uſu, quem nobis foris applicata, adferunt. Poſtea autem quàm eſitata atq; intrò in corpus ſumpta fuerint, exactam ſui dignotionem ac ſenſum, dum in uentre ſunt, ꝭs qui ſumpſerint, adferunt, quòd calfaciant aut refrigerent, aut neu D trum horum manifeſte efficiãt. Quòd uero ad colorem naturalem attinet, in hordeis quidem & olyris eſt albus, in triticis autem ſubflauus: typhę autem uel triticis ſunt flauiores. Quin & harũ corpus coactum eſt ac denſum: quod fortaſſis ad ſeminis paruitatem nonnihil adfert momenti. eſt enim id tritico longe exilius. quanquam non deſint, qui ipſum quoque in tritici numero ponant: uelintq; id ſemẽ eſſe, cuius Homerus meminit, cũ Hectorẽ equos ſuos alloquẽtem facit his uerbis: Triticum enim uobis primũ prædulce ferebã. Aiunt enim typham paruum triticum eſſe, eamq; equos ſine noxa mãdere: uerum autem triticum, non ſine noxa. Nec abſurde certe typham quis triticum exile uocauerit, cum ei & colore & denſitate & caliditate ſit adſimilis.

De auena quæ bromus dicitur.

HOc ſemen in Aſia eſt frequentiſſimum, & potiſſimum in Myſia, quæ eſt ſupra Pergamum, ubi & typhæ & olyræ uberrimus eſt prouentus: iumentorum autem eſt alimentum, non hominum, niſi utiq; aliquando extrema fame ad panes ex eo quoq; ſemine conficiendos, compellantur. Citra famem autem, coctum ex aqua manditur cum uino dulci, aut ſapa, aut mulſo, non aliter quàm typha. Calidum autẽ eſt admodum, nõ ſecus ac illa: quanquam non æque eſt durum: ex quo minus quoq; corpus nutrit, & panis qui ex eo fit, alioqui eſt inſuauis, non tamen aluum aut ſiſtit aut proritat, ſed, quod ad id ſaltem pertinet, medium locum obtinet.

De milio & panico, quod elymon & milinem uocant.

HIs item in pane nonnunquã utuntur, urgente dictarum frugũ penuria: panis tamen qui ex eis fit, exigui eſt alimenti, ac frigidus. Perſpicuumq; eſt, quòd præaridus eſt ac friabilis. nihil enim in ſe habet neq; lẽtoris, neque pinguedinis. iure ergo aluum humẽtem deſiccat. Agricolæ autem horum farinam coquentes, deinde adipẽ ſuillum aut oleum miſcẽtes eſitant. porrò milium ad omnia panico eſt præſtantius, ſuauiusq; editur, facile concoquitur, uentrem minus ſiſtit, magis nutrit. Nonnunquam autem ruſtici farinã ipſorum lacti incoctam mandunt, non aliter quàm tritici: unde liquet, quòd id edulium, ipſum per ſe ſumptum, tanto eſt præſtantius, quanto lac utriuſq; ſeminis naturæ ad boni ſucci procreationem, aliaq; omnia excellit. Dico autẽ alia omnia, concoctionem, uentris ſubductionẽ, diſtributionẽ, & ipſam in edendo dulcedinem ac uoluptatem. Nihil eñ ſuauitatis ſeminibus ꝭs ineſt, præſertim panico, quod ſaltem in noſtra Aſia naſcitur. nã apud alias gentes, ut in Italia, multo melius prouenit.

De leguminibus.

LEgumina appellãt, ea cerealia ſemina, ex quibus panis non fit, ut puta fabas, piſa, cicera, lentes, lupinos, oryzam, eruũ, cicerculas, aracos, eruilia, phaſelos, fœnum græcum, lentẽ, & ſiqua ſunt ſimilia. De quorum omnium facultate deinceps tractabimus, ut cũ ea nota fuerint, uſus ipſorum minus ſit noxius.

De oryza.

SEmine hoc omnes in ſiſtenda aluo utuntur, ipſum eodem modo, quo alicam, coquentes. difficilius tamen quam alica conficitur, & minus alit, ceu utique & in edendi ſuauitate ab ea quam plurimum relinquitur.

De lentibus.

NEmo ex his panem facit: aridæ enim ſunt, ac friabiles: corticemq; habẽt adſtringentẽ: & quæ ipſorũ eſt uelut caro, craſſi eſt ſucci ac terrei, auſteram qualitatem habens exiguam, cuius cortex multæ eſt particeps. Succus porrò in ipſis eſt, ut

eſt, ut ante retulimus, adſtringẽti cõtrarius. Quo- A circa, ſiquis in aqua ipſas coxerit, & deinde aquã ſale, aut garo, aut cũ ipſis oleo condiens ſumpſerit, potus is aluum deijcit. At ex his decoctis lentibus, ad eum modum quem retulimus, lens apparata, facultatẽ habet ſucco contrariam, ut quæ uẽtris fluxus ſiccet, ſtomachum, inteſtina, & totum deniq; uentrem corroboret. Quamobrem cœliacis & dyſentericis, cibus eſt accommodus. Lens uero decorticata, ut illam adſtringendi uehementiam, & ea quę ipſam cõſequuntur, amittit: ita magis nutrit, quàm quæ cortice ſpoliata non eſt, ſuccum craſſum prauumq; gignit, tardeq; commeat, non tamen alui fluxus deſiccat, uti ea cui cortex nõ eſt ademptus. Iure igitur, qui largius hoc edulio utuntur, elephantiaſim, quam uocant, & can- B cros incurrunt. Siquidẽ craſſa ſiccaq; cibaria ſucco melancholico generando ſunt idonea. Quare ijs duntaxat, quibus aquea in carnibus eſt κάχεξία, lens in cibo utiliter præbeẽ: ceu aridis & ſqualentibus, admodum damnoſe. Eandem ob cauſam uiſum integrum & inculpatũ hebetat, ipſum immoderate exiccans: ei uero, qui contrario modo ſe habet, confert. Menſtruis autem purgationibus non eſt accommoda. craſſum enim & tardi fluum ſanguinem reddit: at muliebri nuncupato profluuio eſt utiliſſima. Cum autem ptiſana in eo ſaltem contrariam ipſi habeat facultatem, ex amborum miſtione præſtantiſſimum edulium componitur, quod homines noſtrates phacoptiſanã nuncupant, utrunq; haud æquali portione miſcẽ- C tes, ſed ptiſanæ minus iniꝭcientes, ut quæ in ſuccum uertatur, & in molem magnã attollatur: lens autem cocta, exiguum quendam tumorem aſciſcat. Hoc tamen edulium eodem quo ptiſana modo comparatur, præterquã quòd ſatureia, aut pulegium adijcitur: quò fit ut ſuauius ſimul & concoctu facilius reddatur, cum ptiſana illis minime gaudeat, ſed ſolo anetho, porroq; ſit cõtenta. Peſſime autem coci diuitibus lentem ſapa adparant: quãdoquidem lens haudquaquam incraſſantium miſtionem poſtulat, ſed humidorũ potius, & quæ ſuam ipſius craſſitiem incidant. Cui uero ſapa cõmiſcetur, iecoris obſtructiones ſolet gignere, uiſceriſq; huius ac lienis inflammationes inauget, niſi melle addito, melior fiat. Perſpicuum autem D eſt, quòd & ſcirroſos uiſceris utriuſque affectus, exacerbat. Quòd ſi ſuillam ſimul libeat coquere, ptiſanæ quidem recẽtem, lenti autem ſale iam diu conditam reperies accommodam: ceu utiq; quæ inter eas eſt media, quam νεαλῆ, id eſt, nuper ſalſam appellant, phacoptiſanæ eſt accommoda, tũ ſi ſuauitatem, tũ etiam ſi coctionem ſpectes. Magis tamen lens cum ſalſis carnibus eſitata, craſſos humores augebit. Nam hæ quoq; ſanguinẽ craſſiorem & melancholicum magis generant. Quapropter non eſt his copioſius utendum, & maxime ſi cui corpus ſit aut melancholicum: aut craſſo, aut (ut omnia complectar) prauo ſucco abundet. Hæc eadem & de regionibus, anni temporibus, & aeris conſtitutionibus, in quoq; edulio intelligere oportet, ac autumno quidem melancholicis cibis ac ſiccãtibus abſtinere, hyeme uero eis uti. Quemadmodum ſanè æſtate humectantibus & refrigerãtibus: uere autem quòd mediꝭ ſit temperamenti, mediæ facultatis cibos edere. Eſt porrò mediorum non una ſpecies: quædã enim ſunt huiuſmodi, quòd extremorũ omnino ſint expertia: quædam autem, ex amborum æque pollentiũ miſtione mediocritatem ſunt adepta: quod paulo ante dixi, cum quis ptiſanam lẽte commiſcuerit. Sic & teutlophacem, quæ ex beta & lente miſtis, ita nominat, Heraclides Tarẽtinus nõ ſanis modo, uerumetiam ægrotantibus exhibebat. Eſt eñ id edulium medium ex pugnantibus compoſitũ, in quo beta quidem minus ſubſidet: lens autẽ magis ſubducitur. Perſpicuum autem eſt, q̃ ſuccus teutlophaces, qui in corpus diſtribuitur, ex amborũ facultate, lentis uidelicet ac betæ, eſt miſtus.

De fabis.

FAbarum quoq; uſus eſt multiplex. quippe ex ijs conficitur & liquida in ollis puls (Græci ἔτυμον uocãt) & ſpiſſa in patinis. Tertius præterea ipſam præparandi eſt modus, qui fit cum ptiſana. Plurimo ſanè hoc edulio gladiatores quotidie apud nos utuntur, corporis habitum carne nõ denſa nec conſtricta (cuiuſmodi eſt ſuilla) implentes, ſed quodammodo fungoſiore. Flatulentus eſt is cibus, etiam ſi coctus diutiſſime fuerit, ac quouis modo paratus, cum tamen ptiſana tempore quo coquitur, flatum omnẽ deponat. Qui autem animum attẽdunt, eosq; affectus, qui cibos ſingulos manent, animo adſequuntur, ſentiunt in toto corpore uelut à ſpiritu flatulento tenſionem quandã, potiſſimum ſi quis huic cibo non eſt aſſuetus, aut ipſum non belle percoctum ſumpſerit. Habent autem fabæ ſubſtantiam, non denſam nec grauem, ſed fungoſam ac leuẽ: quæ uim quãdam, quomodo ptiſana, habet detergendi. Apparet eñ perſpicue ipſarũ farina, ſordes à cute detergere: qd̃ mangones ac mulieres intelligentes, in balneis quotidie fabarum farina utũtur, quemadmodum aliꝭ nitro, atq; aphronitro, & in ſumma detergentibus. Hac præterea & faciem inungunt, quemadmodum ptiſana. tollit enim lentes, quæ in ſumma cute apparent, & quam uocãt ἐφηλίδα. Ob quam ſanè facultatem uentrem non cunctanter permeat, ut quæ craſſi ſunt ſucci ac lenti, quæq; nullam detergendi habent facultatem, cuiuſmodi eſſe diximus alicam, tragum, ſimilaginẽ, & amylum. Cũ autem fabarũ puls ſit flatulenta, multo adhuc magis erunt flatulentæ, ſiquis integris ipſis coctis utatur. Si tamen frixæ fuerint (quidã enim hoc modo tragematum uice utuntur) flatum quidem deponunt, ſed cõ coctu ſunt difficillimæ, tardeq; præ tereunt, & craſſi ſucci alimentum corpori exhibent. Quòd ſi uirides, prius quàm maturæ ſint, atque exiccatæ, edantur: idem eis accidet, quod fructibus omnibus, quos ante perfectam maturitatem mandimus, humidius ſcilicet alimentum cor

pori præbebũt: ob idq; excremẽtosius, nõ in inte A stinis modo, sed in toto etiã habitu. Merito igit fabæ eiusmodi minus quidẽ nutriũt, sed promptius deijciunt. Plericp autẽ hominũ nõ crudas modo fabas uirides comedũt, uerũ etiã cũ fuilla eas coquũt, ueluti olera: ruri uero, cũ caprina & ouilla. Alij fabas inflare sentiẽtes, cepas admiscent, cum pultẽ in patinis ex ipsis struunt. Sunt q cepas crudas nec simul elixas cũ ipsa mandant. Quicquid eñ oñibus cibarijs inest flatulentum: id per calfacietia & tenuatia corrigitur. De faba ægyptia.

FAba Aegyptia, sicuti nostrã magnitudine lõge superat, ita et naturã habet humidiorẽ, magisq; excremẽtitiã. Quòd si memoria tenes, q̃ de eiusdẽ generis quidẽ leguminib. uerũ tẽperamento humidioribus, et ob id magis q̃ prędicta, in cõ B coctiõe, excretiõe, distributiõe, et nutritiõe excremẽtosis, nõ est q̃ plura nũc de hac faba audire desideres. cũ possis ex ijs, q̃ de ea quæ apud nos est, didicisti, ad illam transire. De pisis.

PIsa tota substãtia cũ fabis quãdã habẽt similitudinẽ, eodẽq; cũ fabis modo sumuntur. His duabus tamẽ rebus ab eis discrepãt, tũ quòd non æque ac fabæ sunt flatulẽta, tũ etiã quòd detergẽdi facultatẽ nõ habent: ideoq; segnius q̃ illæ per aluum secedunt. De ciceribus.

NOn admodũ cõsuetũ est urbanis hominib. ex cicerib. pultẽ cõficere: à rusticis uero nõ nunq; uidi parari: quẽadmodũ & ipsorũ farinã cũ lacte elixari. Nõ eñ ut fabę & pisa, possunt cõminui, ut ex ipso fracto pulmentũ, qd' ἐρυγμὸς dicit, C fiat. Apud multas autẽ gentes mos est cicera in aqua elixa mãdere: nõnulli uero nuda ipsa sola, alij sale modico cõdiẽtes esitãt: nostrates uero ex siccis caseis quiddã farinæ simile faciẽtes, id ipsis aspergunt. Est autẽ cicer eduliũ nõ minus q̃ faba flatulentũ, sed ualẽtius nutrit q̃ illa. Ad ueterem autẽ incitat: creditũq; etiã est semẽ generare: unde quidã equis admissarijs ipsum exhibẽt. Inest prętea cicerib. facultas abstergendi maior, q̃ fabis: adeo ut quidã ex ipsis, calculos in renib. cõstantes, manifeste cõminuãt. nigra aũt sũt ea atq; exigua, in Bithynia maxime, ꝓueniẽtia, arietinaq; ipsa nũ cupant. Satius autẽ est succũ ipsorũ in aqua coctũ bibere. Vtunt autẽ homines & cicerib. adhuc uirentib. anteq; sint matura, quomodo & fabis. Nu D per autẽ, cũ de fabis ageremus, sermonẽ fecimus, oñibus immaturis fructibus cõmunẽ. Eadẽ porrò & de frixis ciceribus audiuisse existima, quędę fabis frixis dixímus. Quando quidẽ frixa omnia, flatũ quidẽ deponũt: uerũ difficilius coquũtur, & uẽtrẽ magis sistũt, crassiorisq; succi alimentũ corpori exhibent. De lupinis.

HOc quoq; semẽ πολύχρηστον, id est, frequẽtis usus esse nouimus, secundũ alteram eius uocabuli πολυχρήστου significationẽ: quãdoquidẽ rem aliquã ita appellãt, tũ quæ multis corporis affectibus cõuenit, tũ quę oñibus, aut plurimis hominibus est in usu: etiã si utẽdi ipsa omnibus unica sit necessitas. Secundũ igit hanc secũdã significatio nẽ, lupinus legumẽ est multi usus. Elixus eñ, deinde in aqua dulci maceratus tãtisper, donec in ea omnẽ sibi ingenitã exuerit insuauitatẽ, ita demũ mãditur cum garo, ac oxygaro, uel etiã sine his, sale mediocri cõditus, nõ quo modo hordeũ, et alia q̃ uarie apparant. Lupini dura ac terrestris est substãtia, quocirca ipse cõcoctu sit difficilis, succũq; crassũ gignat est necesse: ex quo nõ ꝓbe in uenis cõfecto, crudus, ꝓprie appellatus succus aceruat. Cæterũ cũ inter parandũ quicquid habuit amaritudinis, deponat, τοῖς ἀπυίοις, id ẽ, qualitatis, q̃ sensu deprehẽdat, expertibus similis euadit. Par igit est, ipsũ neq; ad deiectionẽ, neq; ut adstringentia, ad fluẽtis uentris cohibitionẽ esse accõmodũ, sed tarde descẽdere, & difficulter deijci, ac pertrãsire. Quãdoquidẽ medici cibos eius generis sic appellãt, qui nullã eminentẽ habẽt qualitatẽ, q̃ aluũ ad excernẽdũ incitet, aut ipsũ excernere ꝓhibeat. Illæ quidẽ qualitates alimẽtis insũt, nõ tanq; alimẽtis, sed tanq; medicamẽtis. Quæ uero nullã eiusmodi qualitatẽ habẽt manifestã, à medicis quidẽ iure ἄπυια appellant: secundũ autẽ differẽtiã, quæ in humiditate [& siccitate, crassitie] ac lẽtore spectat, accidit ipsis, ut tarde aut celeriter trãseãt, aut medio modo inter hęc duo se habeãt: humidis q̃dẽ ac lubricis, ut celeriter: duris aũt & siccis, uelut lupino, tarde trãseãt. Quę uero in memoratis differẽtijs mediũ inter hęc locũ obtinent, nec celerita tẽ insignẽ, nec tarditatẽ in deijciẽdo efficiũt. Hæc ergo quẽadmodũ de oñibus cõmuniter, & hæc nosse oportet, q̃ oĩa scilicet, q̃ cõsistẽtia sũt humidiora, exiguũ corpori dãt alimẽtũ, qd' celeriter in halit⁹ exhauriũ ac digeriũ: ut rursus alio nõ multo post sit opus. Cõtra dura & terrestria, ꝓdurabile, copiosũ, & qd' ęgre digerat, corpori dãt alimẽtũ. Quòd si glutinis q̃q; nõnihil habeant, multo hęc oĩa euidẽtius efficiẽt. Cõstat itẽ hæc nõ facile cõcoqui, ceu utiq; nõ facile in sanguinẽ uerti, nec solidis aĩalis partib. assimilari: qd' si ita est, nec celeriter nutriẽt, cũ tamẽ uicta fuerint, alimentũ corpori dant copiosum. De fœno græco.

SEmen hoc nõ τῦλις modo, sed & βόκερας, i. bouis cornu, à nõnullis autẽ ἀιγίκερας, i. capræ cornu appellat. Inter manifesto calfaciẽtia cẽsẽt, eundẽq; hominib. in cibo usũ ꝑstat, quẽ lupini. † Sumit eñ ipsũ cũ garo, alui subducẽdę gratia: estq; huic rei multo q̃ lupini accõmodatius, cũ nihil ex ꝓpria substãtia habeat, qd' trãsitũ remoreẽ. Mandit aũt & cũ aceto & garo, sicut lupini. Multi prętera & fœnũ græcũ & lupinos, ex uino, garo, & oleo sumũt: alĩ etiã panẽ addũt, eoq; obsonio sunt cõtenti, quod ut uentrẽ minus subducat, caput certe (ceu nõnullis fœnũ græcũ ex garo, facere solet) nõ ferit. Prætereа stomachũ nõ subuertit: nã id q̃q; fœnum græcũ in quibusdã efficit. Ad eundẽ aũt modũ quidã phaselis & eruialis in cibo utunt, de quibus mox cõmunem omniũ eiusmodi sermonẽ adscribã. Vescuntur autem nonnulli fœno græco prius q̃ planta ipsius, semẽ produxerit, aceto ac garo intingentes: quidam autẽ oleum

adfunden-

† Legendum forte præsumitur

adfundentes, eo obsonij uice cum pane utuntur: A sunt qui cũ aceto quoq; & garo ipsum mandunt. Caput autem, hoc quoq; sumptum copiosius, ferit: quod faciet impensius, siquis ipsum sine pane sumpserit: quibusdam item stomachum subuertit. Succus autẽ elixi fœni græci cũ melle sumptus, ad omnes prauos humores, qui in intestinis habẽtur, subducendos est accommodus: suo quidem lentore leniens, calore autem dolorem mitigans. Quòd autem absterforiæ facultatis quoq; sit particeps, intestina etiam ad excretionẽ instigat: sed parcius mel ei est admiscẽdũ, ne mordacitas exuperet. In diuturnis uero thoracis citra febrẽ affectibus, pingues cum eo palmulas elixare quidem oportet: ubi autem succum ipsum expressum, copioso melli miscueris, ac rursum super carbones B ad mediocrem crassitiem coxeris, tum demũ longe ante cibum uti.

De phaselis & eruiala, quam ὄχρον appellãt.

HÆc quoq; semina homines, quo modo & fœnum græcum, prius in aqua, quoad radicem produxerint, macerantes, uentris subducẽdi gratia mandunt ante alios cibos, garo intingẽtes. Succum autẽ, cũ coctus est, atq; in corpus distributus, habent copiosioris alimenti, q̃ fœnũ græcum. Atq; in Alexandria iuuenẽ quendã noui arti medicæ deditum, qui per annos quatuor singulis diebus solis his pro obsonio utebat, phaselos dico, fœnum græcum, eruialam, & lupinos. Attigit autem interdũ & oliuas ex Memphide, & olera, & paucos fructus, eos, qui citra coctionẽ man C duntur. Propositum enim ei erat, ignem nunquã accendere. Omnibus certe illis annis sanus fuit, nec ulla in re habitu corporis fuit deteriore, q̃ ab initio. Mandebat autem fructus huiuscemodi cũ garo scilicet, oleum aliquãdo solum ei adijciens, nonnunquã etiam uinũ, aliàs acetum, interdũ uero salem tantum, sicut & lupinos. At de salubris quidem uictus ratione in libris de tuenda sanitate copiose tractauimus: tractabimus aũt postea etiã summatim in hoc opere. Nunc autem ijs quæ de eruialis ac phaselis dicta sunt, id quoq; addat: hæc edulia medium quodãmodo locũ obtinere inter ea, quæ succum bonum & prauum generãt, inter cõcoctu facilia & difficilia, tarde & celeriter trãseuntia, flatulenta & flatus expertia, parum & mul- D tum nutrientia. Nullam enim effectricem habent qualitatem instar quorundam, quæ acres, aut austeros [aut acerbos] aut salsos, aut amaros, aut dulces sabent sapores.

De cicercula.

CIcercula substantia quidem eruialis & phaselis est adsimilis. Vtuntur autem his plurimum in nostra Asia rustici, & potissimũ in Mysia & Phrygia, non modo quemadmodũ in Alexandria & alijs plerisq; urbibus eruialis & phaselis, sed etiã ut pha coptissanam parãtes. Succũ autem habent phaselis & eruialis, facultatibus quidẽ cõsimilem, sed cõsistentia crassiorẽ. ob eamq; ipsam causam plus aliquanto, quàm illa nutriunt.

De aracis.

POstremam nominis aracorum syllabam scriptã per c in Aristophanis Holcadibus inuenimus, ubi inquit, Aracos, triticum, ptissanã, alicam, zeiam, lolium, similaginẽ. Semen hoc cicerculæ semini est adsimile, fueruntq; nõnulli qui putarunt ipsum non esse generis à cicercula diuersi, quãdoquidem & usus ipsius omnis & facultas cicerculę facultati est adsimilis, nisi quòd aracі sunt duriores, minusq; facile elixantur. quæ causa etiam est, cur cicerculis cõcoctu sint difficiliores. Apud nos autem syluestre quoddam rotundũ ac durum, eruoq; exilius, in fructibus cerealibus repertum, quod arachum nominant, non per c, sed per ch ultimam syllabam proferentes, proijciunt, ipsum, uti & semen securidacæ, seligentes.

De dolichis.

DOlichorũ nomen à Diocle quidem scriptũ est, unà cum aliorũ quoq; seminũ hos alentium nominibus. Scriptum autẽ etiã est in libro Hippocratis de ratiõe uictus, cuius etiã libri antea abunde memini. Existimo autem ipsos sic appellare semen plantæ hortensis, quam nũc uulgo numero multitudinis bifariam nominãt: quidam enim λοβοὺς, id est, siliquas, alij φασόλους nuncupant, uocem ipsam quatuor syllabis proferentes, eoq; modo nomẽ diuersum ab eo quod tribus syllabis pronunciatur φασόλια scilicet, efficientes. Sunt qui phaselum eundem cum cicercula esse dicant: alij ipsius speciem. Quòd tamẽ ad dolichos attinet, coniectare quis possit, eos nominari plantas has hortẽses, uel ex ijs, quæ Theophrastus in octauo de plantarum historia scripsit ad hunc modum: Et alijs quidem caulis est erectus, ut tritico, hordeo, & omnino frumentaceis atq; æstiuis: alijs autem tendens in latus potius, ut ciceri, eruo, lenti: alijs humi procidẽs, ut eruialæ, piso, cicerculæ. Dolichus uero, si ligna longa adfixeris, ascendet & frugifer fiet, alioqui uitiosus atque æruginosus reddetur. Ex eo autẽ, quòd ligna longa iubet adfigi, affirmatq; nisi id fiat, æruginosos ipsos reddi, possit quis coniectare ipsum uerba facere de ijs quos nunc phaseolos, seu siliquas appellant. Ipse autem siliquas id appellat, quod semen eorũ legumínum, cuiusmodi est lens, eruum, pisum, faba, ac lupinus, continet. Quemadmodum enim frumẽtacea semina, spicis; ita memorata iam, siliquis cõtinentur: atq; ipsos quidem dolichos, siliquæ continent; ob eamq; opinor causam, fructum totum uulgo, nunc siliquas nominant: quo modo totos frumentaceos fructus, spicas. Non me fugit alia quoq; multa esse, quibus homines multum utuntur, quæ generis totius nomen sibi adsumpserint, ut calamus quo scribimus, & atramentũ. In libro autem de ratione uictus, Hippocrates scriptũ sic reliquit, Pisa minus quidem inflãt, sed magis per aluum secedunt: eruolæ autem & dolichi ijs qui dem secedunt celerius: uerũ minus sunt flatulenti, & nutriunt affluentius. Cum enim Hippocrates his uerbis pisa fabis comparet, quarum prius

ut cibi flatulenti meminerat: deinde eruulas & dolichos ascribat: in eo significat, dolichon eiusdem esse generis cũ prædictis seminibus, & potissimũ cum eruulis. Verum cum nullam prorsus cicerculę, aut phaseli mentionem fecerit, suspicari quo dammodo possumus, illorum seminũ quoddam licere appellare dolichon. Quòd siquis phaselos quoq; in cicercularũ genere reponat: negare sanem non poterit, quin cicerculæ in prædicta oratione dolichi appellari queant. Nam & Diocles in leguminũ catalogo, ut fabas primas recensuit, mox pisa, deinceps ad uerbum sic scribit, Dolichi uero non minus quàm pisa nutriunt: præterea flatu similiter carent: quod uero ad suauitatem pertinet, ac deiectionem, uincuntur. Verum is quoq; deinceps eruilalæ quidem, & lentis, & ciceris, & orobi mentionem faciens, cicerculę autẽ nomen prætermittens, eandem præbet dubitationem. Dicere tamen quis possit, omnia hæc eruialas, cicerulas, phaselos, unum esse genus, uerum pluribus nominibus appellari, ut λιονὰ ὴ σύλον [nã utrũq; nomen columnam significat:] fortasse autem propter quasdam differentias, quæ in ipsis apparent. Veruntamen quod dolichi non minus pisis nutriãt, tum quòd æque ac pisa flatu careãt, indicio esse debet, Dioclẽ dolichos appellasse, quos nũc phaseolos nominant. Siquidem cicercula nõ magis quàm pisa flatu carent, quẽadmodum nec eruialæ, nec phaselus: siue hæc, ut dixi, unũ genus: siue unius generis sint differẽtiæ. Philotimus autem & Praxagoras nullius ciborũ huiusmodi meminerunt, nisi fabarum duntaxat, & pisorũ: quãobrem nihil ex illis, quidnam dolichorum nomine significetur, possumus colligere. Itaque uocet quisq;, quo libeat nomine, quos nunc uulgo phaseolos & siliquas appellant, dũ sciat ea talem obtinere facultatem cuiusmodi Diocles dolichis attribuit. Ad cuius sentẽtiam Hippocrates in libro de ratione uictus propè accedit, cum inquit eruilalas & dolichos facilius deijci quàm pisa, ac minus inflare: præterea alere ipsos testatur. nam ita res habet, nisi quòd integros & etiamnum uirides unà cum suis siliquis ex oleo & garo, ut plurimũ homines mandunt, nonnulli autem uinũ etiam adijciunt. Sed eos, ut pisa non reponunt, propter humiditatem copiosiorẽ: cuius occasione solent corrumpi. Quòd si quis eos quoq; secure uelit reponere, sicuti pater meus factitabat, siccare ipsos penitus, oportet. Sic enim hyeme tota manẽt imputres & incorrupti, eundem nobis usum, quem pisa præstantes. Quidam meorum amicorum Romæ agẽs, mihi narrauit in Caria in patria sua quã Ceramum appellabat, in agris dolichos nõ aliter quàm alia legumina seri, figuramq; eos habere cicerculis longiorem.

A

B

C

D

De orobo, id est eruo.

BOues tũ apud nos, tũ apud alias pleraſq; gentes, eruum prius in aqua dulcoratũ pascuntur: homines uero ab hoc semine prorsus abstinent. Est enim insuauissimum, & praui succi. In magna tamen fame, quẽadmodum & Hippocrates quoq; scripsit, necessitate coacti, ad ipsum nõnunq; accedũt. Nos uero ad eundem modũ quo lupinos præparantes, orobis cũ melle utimur ceu medicamẽtis crassas thoracis ac pulmonis humores expurgantibus. Porrò inter orobos, albi minus sunt medicamẽtosi ijs, qui ad flauitiẽ aut pallorem recedunt. Qui uero cocti bis fuerint & in aqua identidem dulcorati, insuauitatẽ quidem deponunt, sed unà etiã cum ea abstergendi & incidendi facultatẽ, ut sola in eo relinquatur terrestris substantia. quæ substantia alimentum fit, quod citra insignem amarorẽ desiccandi uim habet.

De sesamo & erisimo.

SEsami semen pingue est, ideoq; repositum celerrime fit oleosum: quamobrem eos, qui ipso uescuntur, celeriter implet: stomachumq; subuertit, ac tarde cõcoquitur, pingueq; corpori præbet alimentum. Liquet ergo quòd uẽtriculi partibus uigorẽ ac robur addere nequit, quẽadmodũ neq; aliud quoduis pingue. Est autẽ crassi succi, ideoq; non propere peruadit. Ipso autem solo non admodum uescũtur, sed cum melle crudo, quas uulgo σησαμίδας uocant, effingentes. Panibus etiam inspergitur. porrò quemadmodum milio panicum (quod etiam μελινῶ diximus appellari) adsimile quidem quodammodo est, uerum undequaq; deterius: ad eundem modum & sesamo erysimũ corporis substantia quodam pacto est affine, sed in cibo est insuauius, corporiq; alimentũ parcius exhibet, prædictoq; omnino est deterius. Cæterum utrunq; temperamento est calidum, ob eamq; causam sitim etiam excitant.

De papaueris semine.

SAtiui papaueris semẽ panibus utiliter ceu cõdimentũ inspergitur, non secus ac sesamum: uerum album nigro præstat. Refrigerandi autem habet facultatẽ, ideoq; somniferũ etiã est. Quòd si sumptum liberalius fuerit, nõ somnum modo, sed soporẽ etiam (quem Græci cataphoran nominant) inducet, ægreq; concoquetur. Inhibet præterea, quæ ex thorace ac pulmone tussi expuuntur. Confert uero ijs, qui catarrhis fluxu tenui à capite defluentibus infestantur. Corpori autẽ nullum commemorabile præstat alimentum.

De lini semine, quod etiam composito nomine linospermon dicitur.

NOnnulli frixo quidẽ ipso ut obsonio cũ garo, nõ secus ac factitio sale utunt: utũtur autẽ & melli permiscẽtes: quidã panibus quoq; ipsũ aspergunt. Stomacho autẽ noxiũ est, & coctu difficile, exiguũq; alimentũ corpori exhibet. Quod uero ad uẽtris deiectionẽ pertinet, ipsum nec prohaueris, nec uituperaueris: exiguã tamen mouendæ urinæ habet facultatem, quæ magis apparet, cũ frixum sumitur. Tunc autem aluum quoq; magis sistit. Rustici autem homines eo utuntur sæpe numero, frixo tusoq; mel admiscentes.

De ormino.

HOc quoq; frixo utuntur, deinde eatenus læuigant,

uigant, ut farina euadat, mel quoq; ei admiscent. Parũ in seipso habet alimenti, ut quod mediæ inter erysimum & cuminum sit naturæ.

De cannabis semine.

NOn quẽadmodum planta ipsa cannabis, uitici quodammodo est similis, ita semen seminis facultate est simile, sed plurimũ ab eo dissidet, ut quod concoctu est difficile, stomachoq; ac capiti noceat, paruiq; sit succi. Sunt tamẽ, qui eo quoque frixo cũ alijs tragematibus uescantur. Tragemata autem uoco ea, quę post cœnam, uoluptatis inter bibendũ excitandæ gratia manduntur. Multum autem calefacit, ideoq; sumptum paulo largius, caput ferit, uaporẽ sursum ad ipsum mittens calidum simul ac medicamentosum.

De uiticis semine.

ID semen etiam ipsum per se frixum manditur, creditur q; appetitus uenereos inhibere: alimentum autem corpori præbet exiguum, idq; siccans ac refrigerans: flatus autem ualde dissipat, quorũ omnium occasione, ijs, qui à uenere puros se seruare uolunt, est accommodum: unde & nomen casti aiunt ipsi fuisse impositum. Cæterum caput non ferit, quo modo cannabis.

De aphace & uicia.

HOrum seminum figura non est rotunda, uel luti fabarum, sed aliquanto latior, quo modo lentium. Hæc quoq; cũ ipsis siliquis atq; integra planta rustici reponunt, ut brutis pecudibus sint pabulo. Per famem tamẽ, quosdam noui, qui hæc quoq; comederint, potissimũ uere, cũ etiam num uirent, quẽadmodum fabas, & cicera esitare consueuerunt. Sunt autem nõ insuauia modo, sed concoctu etiam difficilia, aluumq; inhibent. Perspicuum ergo est, q; cum natura sint eiusmodi, alimentũ, quod ex ipsis distribuitẽ, habent haudquaquã boni succi, sed crassum, atq; ad succũ melancholicum gignendum, idoneũ: ceu prius de lente diximus. Verum illi quidẽ multa bona insunt, his autẽ nihil bonorum illius adest. Cæterũ uiciæ nomen apud nos quidem est tritũ, eoq; solo nominatur: Attici uero σάρακον aut fabã appellant.

De seminibus alienigenis, quæ in quoq; genere permista reperiuntur.

IN tritico quidem frequens lolium sæpe inuenitur: in hordeis uero reperitur, sed paucum: quã autem ægilopem appellant, ea in hordeis frequẽs inuenitur, cum prima generatio uel incrementũ ipsis non recte successerit. Porrò pater meus ætate iam declinante cũ agricultura delectaretur, triticum, ac hordeũ aliquando seminauit, omnibus diuersi generis seminibus, quæ ipsis erãt admista, diligenter selectis, quo certo cognosceret, nũ ex ipsorum mutatione lolium & ægylops nascerentur, an propriam hæc quoq; semina naturã haberent. Cum autẽ forte unà cum puris seminibus in tritico quidem frequens lolium, in hordeo autẽ parum, sed magnam ægilopis uim enatam conspiceret: in alijs quoq; seminibus itidem experiri est aggressus. Reperit igitur in lente quoq; ex mutatione ipsius durũ rotundumq; aracum, & securinum, semina non uesca enata: præterea aparinen, quæ non modo non esculenta est, sed plantæ lentis dum assurgit, undiq; implexa ipsam strãgulat, ac suffocat, & detrahit, non aliter q; eruangina eruum. pernicios issima igitur sunt hæc semina. Melampyron autẽ nuncupatum, ex tritici quoq; mutatione generatur, sed prauitate q; plurimum à lolio relinquitur. Deprehendit autem alia quoq; semina similiter immutari. Proinde ijs, qui seminibus ijs salubriter uti uellent, præcepit, omne quod prauum esset, seligerent, neq; id pro nihilo ducerẽt, ut pistores, qui populo publice inseruiũt. Etenim cum anni constitutio praua aliquãdo fuisset, lolium affatim tritico innasci contigit: quod cum neq; agricolę accommodatis ad eam rem cribris, exacte purgassent, neq; pistores, quod paucus esset tritici prouentus, statim quidem multis caput dolere cœpit: ineunte uero æstate, in cute multorum, qui comederant, ulcera, aut aliud quoddam symptoma, quod succorũ prauitatem indicaret, est subnatum. Non igitur oportet nos, in purgandis seminibus, quæ ad esum comparantur, esse negligentes: persuasos, etiamsi noxã, quæ quotidie fit, ob exiguitatem sensu non percipimus, quod tamen longo tempore ex ipsa aceruatur, tandem erupturum.

A

B

C

D

GALENI DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS

liber secundus

MARTINO GREGORIO INTERPRETE.

VMà plantis & animalib. sumamus alimenta, qui autem ante me fuerunt omnes, in ijs quæ de alimẽtis scripserunt, à cerealibus nuncupatis seminibus initium sumpserint, propterea quòd panum esus inter ipsa est utilissimus: ob eã causam, ego quoq; de tritico, hordeo, typha, olyra, ad hæc dejs quæ legumina ac chedropa appellant primo libro tractaui. Deinceps autem hoc libro ad alia alimenta quæ à plantis: post autem ad ea, quæ inter illa, quæ ab animalibus sumũtur, hominibus sunt utiliora, est transeundum. Nam id æquum mihi esse uidetur: fueruntq; nonnulli, qui haudquaq; omnibus congeneribus prius explicatis, neq; alimẽtis omnibus, quæ à plantis sumũtur, post cerealia semina, subditis, de illis prius semper tractarũt, quæ maiorẽ hominibus adferũt utilitatẽ. Suilla certe, & hædina, & caprina, & uitulina, & bubula, & ouilla, & his nihilominus, quæ uenatores in montibus aucupantur, magnũ usum præstare hominibus cernunt, quẽadmodũ certe & uolucria pleraq; & aquatilia. Verũ cum reputassem genera omnia uno libro cõprehendi non posse, nihil magnopere interesse sum arbitratus, ex ijs alimẽtis, quæ prædictis supersunt: in secundo quidẽ uolumine, quæ à plantis: in tertio autem

autem,quæ ab animalibus sumũtur,persequi. Li-
cebit enim cuiuis qui opusculum(in quo alimen-
torũ facultates,quibus maxime uti uelit,sunt tra-
ditæ)ad manus habebit,nũc primũ,nũc secundũ,
tertiumue librũ euoluere. Vt igitur sermo omis
de plantis primis duobus libris absoluatur,ad ea
quæ dictis ante supersunt,aggrediens,hinc auspi
cabor. Omnia edulia,quæ primo libro fuerũt me
morata,plantarum erant semina:nunc uero à fru
ctibus exordiens,in primis à seminibus eos distin
guam,eo magis,quòd plerique crediderũt nihil in-
teresse,siue semen dicas,siue fructum. Quę igitur
semina modo retulimus,exiguum quiddam à fru
ctibus discrepant:ab ijs uero,quæ nunc memora
bimus,non mediocriter dissident. Etenim fici fru
ctus,sunt ipsæ ficus:quod uero in ipso est λιγχα- B
μὶς Græcis dictum,semen est fici:sicut & acinus,
totius uitis est fructus:solum autem γίγαρτον,ui
tis est semẽ. Pari modo & piri & mali fructus est,
pirum ac malum:semen autem,tria aut quatuor
grana,quæ in ipsis mediis habentur. Quid iã lo-
quar de cucurbitis,& cucumeribꝰ,& ijs ipsis ma
turis,aut immaturis:aut quid reliqua huiusce mo
di omnia cõmemorem:quamplurimum enim to
tus fructus à semine discrepat. Cæterũ in fabis,lu
pinis,dolichis,lente,& alijs id genus seminibus,
quæ siliquis obuoluuntur,quòd quidẽ ex siliqua
semineq; est cõpositum,est fructus:plurima tamẽ
substantiæ pars in seminibus inest. Porrò aliorũ
propemodum omnium,quæ primo libro memo-
rauimus,semen solum manditur:solius autem do C
lichi,dum adhuc uirescit,fructus integer estur: u-
bi enim exaruerunt siliquæ,quæ semina ipsa con-
tinent,hominibus sunt inutiles:fabarum autẽ ui-
ridium siliqua non est esculenta,quẽadmodũ ne-
que ciceris,neq; aliorum quæ Theophrastus uo-
care solet elloba,id est siliquata. iure igit̃ dixi uul-
go lobos,id est,siliquas nominari,quos nonnulli
phaseolos nuncupant:q; sola ipsorũ siliqua sit ue-
sca. Verum de ipsorũ quidem facultate prius dixi
mus:ueluti etiã q; ueterum nonnullos existimo
phaseolorũ nomine dolichos cõprehendisse. Cæ-
terũ plantarũ fructus ab arboribus sumuntur,&
oleribus hortensibus,inter quæ quidam medico-
rum pepones,melopepones,& cucurbitas recen-
sent:à quibus hoc libro docere incipiam. D

De fructibus fugacibus,quos Græ-
ci ὡραίους nuncupant.

HOrã,anni Græci id tẽpus appellãt,in cuius
medio caniculã exoriri cõtingit. Tẽpus au-
tẽ id dierũ est quadraginta: quo tẽpore omnes ho
rarij,quos uocãt,fructus cõstant:nõnulli iã decli
nates,alij incipiẽtes,alij in suo uigore,aut ultra ui
gorẽ,aut citracõsistentes. Vocant autẽ ipsos ὡ-
ραίους, non quòd id solum tẽporis sint,sed(ut mea
fert opinio) quòd ipsos,ab ijs,qui ad reponendũ
sunt idonei,distinguant: quando & triticum &
hordeum,& omnia quæ in primo libro explicui,
æstiuam atq; anniuersariam habent generationẽ,
sed non cito corrũpuntur,quo modo cucurbitæ,

acris est,neq; salsus,neq; acerbus,neq; amarus,ne A
que aliud quidquam eiusmodi manifeste repręsen
tat,ueluti nec ipsa aqua. Verum huiusmodi oĩa
cõmuni nomine uocare consueuerunt ἄποια, id
est,qualitatis expertia,uocẽturq; nobis sic,clario-
ris doctrinæ gratia. Cum ergo talis sit cucurbita,
non immerito multos apparãdi modos admittit:
ut quæ in medio sit oĩs excessus:ob idq; ad quẽ-
uis excessum ex æquo duci queat. Quandoquidẽ
nihil eorum quæ congenitum quempiam habent
excessum,in contrariã excessui parandi rationem
facile ducitur. Proinde cucurbita,quantum in se
est,humidum frigidumq;,& ob id exiguũ corpori
præbet alimentum,ut paulo ante de ijs omnibus
quæ succum habent aqueum ac tenuem,præcepi
mus:facile autem subsidet,cum ob suę substantiæ B
lubricitatem,tum ob communem omnium cibo-
rum humidorũ rationem,qui scilicet citra adstri-
ctionem sunt humidi. Ad hæc coquitur non egre,
si modo prius corrupta non fuerit. Id uero illi acci
dit,cum parata uitiose fuerit,aut succus prauus in
uẽtriculo fuerit aceruatus:interdum autem quòd
in ipso cessauerit:quod alijs quoq; omnibus fuga
cibus,quæ humido sunt temperamento,solet acci
dere. Corrumpuntur enim in uentriculo,ni celeri
ter occupent subsidere. Quemadmodũ igitur cu-
curbita,quantũ in seipsa est,succum qui in totum
corpus alendi gratia distribuitur,habet qualitatis,
ad sensum,expertem:ita cum alicui eorum quę ue
hementem habent facultatem,mista fuerit,facile
illi adsimilatur:ut si cum sinapi sumpta fuerit,suc- C
cus qui ex utroq; in corpus distribuet̃,acris cum
manifesta caliditate erit. Eadem ratione,si cum sal
so quopiam mãsa fuerit(ut quidam in patinis cum
salsamento struunt) succum in corpore salsum ge
nerabit. Est autẽ sic apparata,cibus suauissimus,
si salsamentum ex ponticis illis fuerit,quæ μῶλαι
appellant. Quòd si cum malis cydoneis elixa,con
ditaq;,ut decet,fuerit,succum austerũ in distribu-
tione habebit prępollentem. Assa autem,uel frixa
in sartagine,quãplurimum quidem de propria hu
miditate deponit,reliquum autem ipsius nullam
insignem obtinet facultatem,uti nec cum in iure
simplici parata fuerit. Cæterum ob aqueam quali-
tatem sibi innatam merito gaudet origano. Om-
nia eñ eiusmodi succis acribus,uel acidis,uel au- D
steris,uel salsis admisceri postulant,si modo in ci
bo suauia sunt futura,& ijs,qui usi fuerint,nau-
seam non sunt paritura.

De peponibus.

VNiuersa peponum natura frigidior est cum
humiditate copiosa:habent autẽ uim quan-
dam abstergendi,cuius beneficio urinam cient,et
deorsum expeditius,quàm cucurbita,melopepo-
nesq;,permeant. Quòd porrò abstergeant,intelli-
ges,si sordidã cutem ipsis fricueris. Quam ob rem
si quis ἐφηλὶς, aut lentes in facie habeat,aut ἀλ-
φοὺς extimos & in superficie,hos quoq; detergẽt:
semen tamẽ potentius,q; ipsorũ uelut caro,deter-
get,adeo ut uel aduersus renes calculo infestatos

conueniat. Succũ aũt in corpore gignit uitiosum, A
idq; potissimũ,cum concoctum probe non fuerit.
Quo casu choleræ morbo obnoxios efficere con-
sueuit. Quinetiã priusquã corruptũ fuerit,ad uo-
mitum quoq; est idoneus:largiusq; sumptus(nisi
quis post ipsum aliquid eorum quę probi sunt suc
ci,super mandat) omnino uomitũ excitabit. Illud
porrò perspicuũ est,homines in hoc quoq; fructu
appellationẽ fecisse,quo modo in atramento,quo
scribitur,quod μέλαν, id est,atramentũ appel-
lant. Nam uox hæc πέπων uelut ὁ πέπανος,hoc
est,maturũ significat,quod alijs quoq; quæ matu-
rescunt,cõuenit. Nam & racemus,cum exacte est
maturus,dici potest πέπων, quemadmodũ certe
& cum nondũ maturuit,non potest nominari πέ-
πων, nimirũ qui crudus est et immaturus. Ad eun
dem modũ & fructus omnes autumnales,& pira,
& cucurbitæ πέπονες, id est,matura uocari con-
sueuerunt,quemadmodũ & melopepo,qui in se
ipso πέπονα, id est,maturum continet:unde medi
ci quidã non simpliciter nominare uoluerũt pepo
nas,sed totũ id συκυοπέπονα, id est,peponẽ cucu
meralem nominari oportere cõtenderunt. Nos ue
ro in præsenti sermõe de eiusmodi nõ laboramus,
ut quæ ad medicinã nihil cõferãt:multo eñ satius
est,rem dilucide interpretari,q; huiusmodi anxia
disquisitione,doctrinã obscurare. Tum porrò cla
rissime explicabimus,cum uocabula uulgo maxi
me usitata eligẽtes,ipsorũ significationes seruaue-
rimus. De melopeponibus.

MElopepones minus quàm pepones sunt hu
midi,nec adeo praui sunt succi,minus item
urinas mouent,tardiusq; deorsum descendũt. Ad
uomitum præterea excitandũ,non tantum,quan
tum pepones,habent momenti,sicut nec celeriter
adeo,ut illi in uentriculo corrumpuntur,cum pra
uus humor in eo collectus fuerit,aut alia quæpiã
corruptionis causa ipsum prehenderit. Cæterum
tametsi in iuuando stomacho,autumnalibus fru-
ctibus lõge sunt inferiores,haudquaquam tamen
ei,ut pepones sunt noxij: neque enim uomitum,
ut illi excitant. Huc accedit,quòd in peponibus
homines à carne intima,in qua semen habetur,ab
stinent: in melopeponibus autem mandunt,idq;
ipsis ad deiectionẽ confert. Qui uero eorum qua-
si carne tantum uescuntur,nõ tam cito eam ac pe-
ponum excernunt. De cucumeribus.

VRinam quidem & ipsi,quo modo pepones,
cient,sed minus quàm illi,quòd ipsorũ sub-
stantia minus est humida:ideoq; non facile,ut illi,
in uentriculo corrumpuntur. Inuenias autem,qui
ipsos(ceu alia multa quæ homines plerique co-
quere nequeunt) concoquant,ob naturæ scilicet
cum eis familiaritatẽ,quam nos tum in commen-
tarijs de temperamentis,tum autẽ in libris de me-
dicamentorum facultatibus,copiosissime expo-
suimus: demonstrantes,à totius substantiæ pro-
prietate,suum cuiq; animantiũ generi cibum esse
familiarem:asinis quidem & equis paleam,fœnũ,
hordeum,ac id genus alia;leoni autem crudas ani

malium carnes: homini tũ has omnes coctas, tum A panes ex frumẽtaceis seminibus, ut diximus, confectos, atqui & elleboro conturnices: et cicuta sturni citra noxam uescuntur: ceu utique eruo boues. Porrò quæ cuicq; coctu facilia, aut difficilia sint alimenta, aut ex substantiæ proprietate, aut aliquo symptomate, per experientiam sunt discernenda. Quid autem sibi uelit quod dico, ex aliquo symptomate, primo libro id exposui. Quando quidem quibus bilios⁹ humor, aut oĩno prauum excrementum quoduis in uentriculo sæpe congeritur, in ijs quæ natura coctu sunt facilia, celeriter corrumpuntur: ueluti hominibus quibusdam, qui calorem natiuum habent non humidum, necq; bene temperatum, sed squalidum atq; igneum. hi enim quę alij facillime cõcoquunt, facile alterata ea cor B rumpunt, ructusq; eis accidunt nidorulenti. Cæterum illud perpetuo memoria teneto, quòd etiam siquis eorum quiduis, quæ alijs cõcoctu sunt difficilia, coxerit: succus tamen, qui ex eo in corpus distribuitur, eãdem retinet naturam. Nam fieri non potest, ut succus qui ex pepone distribuitur, crassus ac terreus fiat, etiam si is coctus pulcherrime fuerit: quemadmodum nec qui ex lente, aut bubula distribuitur, euadet unquam aquosus ac humidus, quem sane & consistentia tenuem appellant. Id autem plurimum habet momenti, non modo ad sanitatis custodiam, sed etiam ad morbi declinationem, ut alibi demonstratum nobis est, & nunc rursus summatim ꝓcedente sermone, repetemus. Ergo qui cucumeres belle concoquunt, cum eo C ipso sisi affatim ijs se impleuerint, ijs tandem longo tẽporis tractu accidit, ut succus frigidus ac mediocriter crassus in uenis coaceruetur, quæ in ea coctiõe quæ fit in uenis, haud facile mutationem in probum sanguinẽ recipiat. Ob eam igitur causam, omnibus praui succi edulijs censeo abstinendum, etiam si ea quibusdam concoctu sint facilia. Nobis enim non aduertentibus prauus succus ex ipsis post longum tempus in uenis colligitur: qui postea exiguam ad putrendum occasionẽ nactus, febres malignas accendit.

De fructibus qui ex arboribus colliguntur.

PIra sanè, & poma, & ficus, persica, punica, & id genus alia, fructus sunt arborũ, quibus homines uescunt. Sunt & præter hos alij, quibus ho D mines non uescuntur, de quibus in ꝓsentia dicere, nõ est institutum. In uniuersum autem ac communi ratione, de fructibus, qbus homines uescuntur, scire oportet: humidos quidem, tenue humidumq; ex se distributum alimentũ corpori præbere. Quam rem omnino consequit̃, ut eiusmodi alimentum celeriter corpus totũ permeet ac peruadat, excernaturq; tum per cutim, tum per urinas. Proinde omnia eiusmodi cibaria medici rite affirmant pauci esse alimenti. Contrà autem in solidis consistentia fructibus habet: ex ipsis enim alimentum copiosius corpori adponitur, tardiusq; permeat, maxime cum succum in seipsis habent crassum, aut lentum, aut adstringentem.

De ficubus.

QVod omnibus quidẽ non modo autumnalibus fructibus, sed & ijs, quos fugaces appellant, est cõmune, id ficus quoq; habẽt. Non enim potuerunt succi prauitatẽ effugere, tametsi minus quam fugaces omnes ipsius sunt participes. Verũ hæc ipsis insunt bona, quòd uentrẽ prompte permeent, & ꝙ facile totum corpus peruadant. Nam & abstergendi quoq; insignem habent facultatẽ: quò fit, ut post ipsarũ esum nephretici multas arenulas excernant. Præterea, cum omnes autumnales fructus exiguũ corpori præbeant alimentum, id omnium minimũ ficubus usu uenit. Carnem tamen non cõpactam, necq; firmam generãt, ceu panis, & suilla: sed sublaxam ac subinanem, ut fabæ. Flatibus tamen hę quoq; uentrẽ implent, essentq; eo nomine admodũ dolorificæ, ni etiam celerẽ descensum essent adeptæ, cuius beneficio celeriter peruadentes, flatus quem excitant, nõ diu manet, atq; in eo minus cæteris fructibus autumnalibus lædere cõsueuerunt. Cæterum maturæ ficus immaturas non mediocriter antecellunt: quod & in alijs quidem omnibus fructibus cernitur, non tantum tamen in eis est discrimen. Nam quæ ficus prorsus sunt maturę, nihil propemodum omnino lædunt: quo modo nec caricæ. quæ multiplicẽ quidem habent utilitatem, siquis tamen largius esitauerit, ab eis offendetur: quandoquidẽ sanguinem non admodũ probum gignunt: quò fit, ut ex ipsarum usu pediculorum multitudo proueniat. Habent etiam tenuandi facultatem & incidendi, qua uentrem quoq; ad excretionẽ irritant, renesq; expurgant. Iecori aũt lieniq; inflammatione obsessis sunt noxiæ, quemadmodũ & ficus, non peculiari quadam & eximia facultate, sed cõmuni ratione dulcium omniũ ciborum ac potuũ: obstructis autem illis, aut scirrho adfectis, ipsæ ex sese nil commodant, nec officiunt: sed medicamentis incidentibus ac extenuantibus & abstergentibus mistæ, non mediocriter iuuant. Proinde nonnulli medicorum in dictis lienis ac hepatis affectibus, exhibent ipsas longe ante cibum cum thymo, aut pipere, aut zingibere, aut pulegio, aut satureia, aut calaminthe, aut origano, aut hyssopo. Ad eundẽ autem modũ, si caricæ cum alio quopiã eorum, quæ facultatẽ habent acrẽ, aut omnino incidẽdi ac extenuandi, assumant̃, iuuabũt non solũ sic affectos, sed etiã sanos. Siquidẽ iecoris meatus, ꝑ quos ferẽ alimentũ, apertos esse non ęgrotis modo, sed sanis etiam est tutissimũ. Ad eum igitur modum uulgo ficubus cum sale tenuato, aceto, & garo præparatis, uescuntur, ꝙ ipsas utiles esse experientia didicerint. Verisimile aũt est, ipsorum nõnullos medici cuiusdam cõsilio impulsos, ad edendas ipsas accessisse: deinde eam notitiã ad uulgus dimanasse. Qui uero cum cibo aliquo crassi succi caricas ficusue mandunt, non mediocriter offenduntur.

De uuis.

FIcus & uuæ quẽadmodũ inter fructus autumnales principatũ obtinẽt, ita fugacib. oĩbus magis

magis nutriunt, minimũq; praui succi habent, præ A sertim cum exactam maturitatem fuerint adepta. Porrò ꝙ ipsa nutriant, maximo argumẽto sunt ij qui uinearum fructum custodiunt, qui cum duos menses solis uuis ac ficubus, quorũ custodiæ præsunt, uescantur (nisi forte panis quidpiam cum illis addant) corpulenti tamen admodũ fiunt: at caro, quæ ex ipsis gignitur, haudquaquam est firma ac densa, quemadmodum ea, quæ ex carnibus fit: sed laxa est ac ꝓhumida: ob id celeriter etiã, cum uesci ipsis desierint, constringitur ac considet. Verum uuę minus alunt q̃ ficus, maximumq; id ipsis ineſt cõmodum, quòd uelociter subsideant. Quo circa, siquando hæserint, grauiter lædunt, cum id maturis ficubus non insit. Hæ enim etiam si non magnopere deorsum concedant, modo probe in B uentriculo coctę fuerint, alimentũ corpori dant innoxium. quorum neutrũ uuis adest. necq; enim retentæ belle coquũtur: & dum in iecur ac uenas distribuuntur, succum crudum generãt, qui non facile in probum sanguinẽ mutetur. Nam acinorũ substantia composita est ex ipsarum uelut carne et humore, qui per carnẽ est dispersus, ex quo fit unum: ꝓterea ex seminibus, atq; ex membranoso tegumento, quòd omnia hæc extrinsecus circum ambit. Cæterum seminum quidem substantia sicca est, & quodãmodo adstringẽs, omniaq; intestina peruadit, nihil, quod sensu deprehendi queat, à sese mutata, nõ secus ac in ficubus λιχαμίδες. hęc enim in utroq; fructu proportione inter se respon dent, cũ utrunq; totius plantę sit semen, permeetq; C non alteratum, non in chylum uersum, nulla deniq; ue in re immutatũ. Est & proportio quædã in tegumentis utrunq; fructũ continentibus, quæ ipsis eum usum præstant, quem cutis animalibus. Exiguam aũt tegumentũ id recipit in uentriculo mutationem: quò fit, ut quidam cum ipsum & omne id quod intus habetur, fuxerint, una cum seminibus expuant: quæ & ipsa nonnulli conãtur expuere, potissimum cum acini grandes fuerint: nam in exilib. id factu est difficile. Liquet porrò ꝙ aluus magis laxatur, si sola acinorũ caro cum succo fuerit trãsglutita sine seminibus ac membrana extrinsecus ambiente. Laxatur autem impẽsius, cum solus ipse succus expressus (mustũ uulgo appellãt) fuerit transglutitus, qui uentrem, ni uelociter per- D transeat, flatibus nonnihil implet. Ex hoc sane alimenti nonnihil corpori accedit, copiosius tamen ex carnea substantia: eoq; accidit uuas quasdã nutrire magis, quàm deijci: contrà, alias promptius deijci, quàm nutrire. Ergo quibus exiguus est succus, magis nutriunt: quibus uero est uberior, minus quidem nutriunt, sed promptius subsidẽt. Vocant autem uuas eiusmodi generosas, in quib. acini humidam quidem substãtiam habent exiguam, solidiorem autem nõ paucam, quam ceu carnem acini esse diximus. Atque ijs utunt̃, eas uarijs modis autumno reponẽtes. Etenim in mustum ipsas conijciũt, impletasq; ijs nouas ollas in uinaceis recondunt. Voco autem uinaceos, solidas uuæ reliquias, cum in torculari succus ipsius omnis prorsus expressus fuerit: quas etiam homines in dolijs componunt, stipantes ipsas ualide ac constringentes: appellãtq; idipsum πρύγα, id est, fecẽ, quod ego uinaceos appellaui: nomine autem σεμιδάλου, id est, uinaceorum, acinorum radicem, quæ ex palmite enascitur, appellant, quam nos βότρυχον nominamus, unde acini ipsi pendent. In hanc igitur πρύγα ollas nouas uuis refertas, condunt, operculis exacte obturantes, ne alicunde diffluentur, et quà operculum cum olla committitur, pice illinunt, perspiratus omnes obstruentes. Ipsam autem ollam esse oportet ex luto suaueolente & perfecte assato. Huiuscemodi certe uua, uentriculum dissolutum roborans hominibus cibum fastidientibus, appetentiam excitat, non tamen per aluum subsidet: & si sumpta largius fuerit, caput ferit: quæ in musto conditur, magis adhuc quàm hæc, caput infestat: pensilis uero nihil prorsus caput lædit, uentrem autem nec sistit, nec ad deiectionem irritat. Eodem autem modo se habet & ad appetentiam, ut quæ nec imbecillam excitat, nec fortem dissoluit. Porrò aliarum uuarum ea concoctu est facillima, quam dixi homines in musto & uinacijs, in totum sequentẽ annum usque ad secundam uindemiam reponere. Quę autem ex ipsis suspenduntur, quum inaruerint, sunt inutiles, aliæ quidem statim ipso uere, alię uero omnino saltem æstate. Non parua autem est inter uuas differentia, quòd aliæ sint dulces, aliæ acidæ, aliæ austeræ, aliæ denique quæ nullam uehementẽ habeant qualitatem: uocãt autem ipsas uinosas. Cæterum quæ dulces sunt, succũ habent calidiorem, ob id sunt sitibundæ: austeræ uero & acidæ frigidiorẽ: uinosæ autem locum inter calidum ac frigidũ medium obtinent. dulces item aluum subducunt, & maxime si sint humidæ: acidæ, austeræq;, nõ huic modo rei, uerum etiam coctioni in uentriculo, distributioni, ac nutritioni sunt noxiæ: acidæ certe etiamsi exactam in ipsa uite maturitatem adeptæ, suspendantur, ne sic quidem dulcescunt: austerarum autem quædam, si suspensæ diutius fuerint, dulciores redduntur: acerbæ uero ut acidæ, etiam si suspensæ fuerint diutius, mutationem in dulcius nunquam poterunt assequi: quocirca ipsarum esus perpetuo est cauendus. Omniũ quidem certe usus (si quis moderate sumat) est tutissimus, quum uuæ natura fuerint carnosæ, ac maturæ. Quæ uero nullam austeram qualitatem, uel acidam præ se ferunt, siue in uite summam maturitatem obtinuerunt, siue quod maturitati deerat, ex cõsequenti suspensione sint adeptæ, eas humidas, affatim uentris deijciẽdi gratia licet ingerere. Quidam autem in eundem usum, mustum quoq;, idq; dulcissimum, bibunt. Id enim maxime subducit. Quod uero ab uuis austeris aut acidis est expressum, ad omnia est pessimũ. Equidẽ nominibus sic sum usus, quemadmodũ homines huius seculi utuntur, satius esse ratus, res dilucide docere, q̃ uetere lingua Atticorũ uti. Quòd sicui antiquius id,

doctrinæ

doctrinæ perſpicuitate fuerit, Attici uuarum partes ſolidas quæ muſto expreſſo ſuperſunt, βρύτια appellant: σταφυλὰς autem, oliuarum, cum oleum fuerit expreſſum: quod uero craſſum in uuis ſubſidet, uulgus Atticorũ τρύγα, id eſt, fecem nominat. proinde nulla apud eos in uocibus eſt homonymia, ut apud alios homines, qui βρύτια etiam τρύγα nuncupant. Quin & tertia quædam huius nominis τρυγὸς, eſt ſignificatio, græcis huius memoriæ uſitata. Nam uinaceorum dilutum, τρύγα uocitant: quod rurſus ab Atticis ἀδυσφία, à noſtratibus σταφυλίτις, id eſt, lora appellatur. Coniectis nanq; in parua dolia uinaceis, tantum aquæ ſuperaffundunt, quoad omnia permadeãt. Quod ubi ſatis factum uideẽ, in dolij fundo foramen aperiunt, ut dilutum effluat: idq; pro uino bibunt. Perſpicuum autem eſt, quòd pro uinaceorum copia aquam, experientia docti, affundũt: quò uidelicet lora, neq; aquoſior ſit, neq; meracior. Deinde rurſum aliam aquam, parciorem tamen priori, uinaceis adfundunt, ita ut id quoq; in potu ſit tolerabile: quod quidam Attici proprie, non ut prius, ἀδυσφίαν nominari uolunt. Vtraq; lora capiti dolorem affert, niſi qs dilutiores ipſas bibat, ſed prior magis caput ferit. Commodum autem huic potui id ineſt, quòd ocyus per urinas reddatur. qua in re magnum eſt pro uaria uuarum (ex quibus ſunt uinacci) ſpecie, diſcrimen. Quãdoquidem ſi dulces fuerint, potus multo erit ſuauior, citiuſq; per urinas reddetur: ſin uero acerbę, aut acidæ fuerint, in ſuauior longe, ac minus ciens urinas. Id autem dilutum ualentius multo fit, ac uinoſus, cum τρύξ, id eſt, uinaceus ad uer, aut æſtatem fuerit aſſeruatus. Hyeme uero ſi quis utatur, ut caput minus ferit, ſic & per urinas minus ſecedit.

De uuis paſſis.

VVæ paſſæ cum alijs uuis eandẽ habẽt rationem, quã caricæ cum ficubus. Multæ enim fiunt dulces, acerbæ autem omnino paucæ: plurimæ uero ex dulci & auſtera qualitate ſunt miſtæ. quanquã dulces nonnihil quoq; auſteræ qualitatis habẽt: & auſteræ, dulcedinis. Cæterum ut dulces temperamento ſunt calidiore, ita auſteræ frigidiore. Ad hoc, auſteræ ſtomachũ roborant, & uentrem conſtipant, & his multo magis acerbæ: mediam autem quodammodo inter ipſas conſtitutionem dulces obtinent, ut quæ nec ſtomachum diſſoluant, nec aluum ſubducant. Dulcibus tamen, ut uis quędam ſemper ineſt contemperandi, ita & mediocriter detergendi, quibus duabus facultatibus exiguas mordicationes, quæ os uentriculi infeſtant (quod & ſtomachum appellamus) obtundunt. Perſpicuum enim eſt, quòd mordicationes maiores ualentiora poſtulãt remedia. Inter paſſas autem præſtantiores ſunt, quæ tum pingues ſunt, tum cortícem habent tenuem. Nõnulli autem, & recte ſane, è dulcibus grãdibuſq; (quales ſunt ſcybelitides) prius quàm mandant, ſemina eximunt, quæ & ipſæ inueteratæ, cutim durã craſſamq; habent, easq; prius in aqua coguntur macerare: nam & ſemen ipſum facilius ſic eximit. Aliæ quædam ſunt, his contrariæ, ſolidæ & craſſæ, quæ nullum prorſus ſemen habent. Creſcunt hæ in Cilicia, colore ſubflauo. In Pamphylia autem ſcybelíticæ, & colore nigræ: quæ, ut dixi, ſunt maximæ: Minimę autem in Cilicia, ſuluæ prouenĩunt: Aliæ præterhas, in Cilicia naſcuntur, colore nigro, magnitudine mediæ: quemadmodum & apud alias pleraſq; gentes, potiſſimum in Libya. In Aſia autem uarię paſſarum ſpecies, mediocri magnitudine prouenĩunt. etenim quædã ſubflauæ, aliæ nigræ, aliæ dulces, & aliæ ſubauſteræ cernuntur. Porrò, in frigidis regionibus ne uuæ quidem ipſæ maturari exquiſite queunt, nedum paſſarum quæpiam. Qua propter reſinam uinis immittunt, ne celeriter acęſcant. Porrò, quemadmodũ paſſarum differentia, quæ à colore ſumitur, nihil ad paſſarũ facultatem confert, ita nec magnitudo: ſola qualitatis, quę gſtui ineſt, differẽtia poteſt omnia: cui ſoli intẽtus, inuenies (ut ante diximus) & in quibus, & quo tempore uti conueniat. Alimentum ex paſſis tale qualitate in corpus diſtribuitur, qualis ipſarũ natura fuerit, dulce ex dulcibus, auſterũ ex auſteris, miſtum ex ijs, quæ utriuſque qualitatis ſunt participes. Quantitate uero copioſius ex pinguibus ac dulcibus: parcius ex auſteris & macris. Quòd ſi paſſarum pinguiũ ac dulciũ, à quibus ſemina fuerint exempta, parem molem cum pari uuarũ mole cõtuleris, paſſas ualentius nutrire deprehẽdes. Huiuſmodi ſanè ut minus & caricæ ſubducãt, abſtergantq;, magis tamen & illæ ſtomachũ iuuant.

De ſycaminis, quæ & mora appellant.

NOn hæc Attici ſermonis affectatoribus ſcribimus (fortaſſe enim ne legere quidem ipſa dignarentur, corporis ſimul & animi ſanitatẽ pro nihilo ducentes) [ſed medicis quidem, qui de Atticiſmo non magnopere laborant: tum autem & alijs, qui ut animalia ratione prædita, honorẽ, gloriam, diuitias, et autoritatem inter ciues, corporis & animi ualetudini poſtponunt.] Certo eñ ſcio, hos linguam Atticorum nihilo pluris & cæterorũ hominum æſtimare: corporis uero ſanitatem præſtãtius quiddam ducere ac dignius ei homini, qui uiuere ſecundũ naturam ſtuduerit. Cum igitur intellígam, ſermonem ſimpliciorẽ ijs eſſe utiliorem, nominibus utor quę ipſi intelligant, etiam ſi uetuſtis Græcis non ſint conſueta. Mororũ igitur nomen uulgo eſt cognitum: ſi non alia de cauſa, ſaltem ob medicamentum συκαμινῶν, id eſt, ori gratum, quòd, ἀπὸ μόρων appellatur, quod eorum ſuccum recipit. Quibuſdam autem ex fructibus autumnalibus, quos deinceps recẽſebimus, pleriq; hominesignorant, quo nomine ante annos ſexcentos ab Athenienſibus fuerint appellati. Animaduertunt enim huius tempeſtatis Athenienſes, fructus omnes non alio nomine appellare, & quo reliqui Græci appellant: ſed & mora ipſa, ſycamina nihilominus, & mora nominare. item perſica, nuces, præcocia: ac in ſumma, reliqua omnia pro aliorum Græcorum conſuetudine. Neq; enim detrimenti

menti quidquã ipſis ex uetuſtarũ appellationum ignoratione accidet, ſi facultates ipſorũ explorata habuerint. Satius eñ fuerit ſcire, ex cibis qui ſubducuntur, poſteriores quidẽ ſumendos qui tarde permeant: omniũ aũt primos, qui celeriter quidem peruadunt, corrumpũtur tamen, ſi in uentrículo morentur diutius, & ipſorum nomẽclaturas noſſe. Non tamen omnino ignorare homines míhi uidentur, qui ordo in ijs quæ mandunt, ſibi ſit ſeruandus: quandoquidẽ ipſos uideas in plurimis cibarijs eum ſeruare. Præſumunt enim radiculas, oliuas, & fœnũ græcũ ex garo: poſt hæc, maluas, betam, & alia id genus olera cum oleo & garo. Et enim, ſi uel tantillũ mentis habeant, diuturna experientia docet eos facultates eorum, quæ quotidie cibi gratia ſibi præparant. Quorũ uero multo interuallo uſus atq; experientia incidit, ea ſoli homines ſolertes obſeruant, ac memoriæ mandant. Sycamina igitur celerrime pertranſeunt, cibiſq; alijs præeunt, ſi in uentrículũ purum inciderint, & ſumpta primis epulis fuerint. Quòd ſi ſũpta poſt alios cibos fuerint, aut etiã prauũ ſuccum in uentrículo offenderint, celerrime unà cum alijs cibis corrumpuntur, nouo quodam corruptionis genere, & quod uerbis explicari nequeat, ut in cucurbitis accidit. Oñia enim hæc, ſi modo celeriter in corrupta ſubſederint, cibis fugacibus minus ſunt noxia: ſin minus, corrumpuntur non aliter & pepones: quanquã hi quoq;, ſi celeriter ſubducãtur, nullam magnam noxam adferũt. Tempus autem utendi, ut peponibus, ita et moris eſt, cum corpus uẽtriculi ſqualore æſtuat, quo tẽpore neceſſe quo dammodo eſt, hepati quoq; idem accidere. Cucurbitæ quidẽ & cucumeri, tũ maturo, tum ante maturitatem: ad hæc & melopeponi nulla adſtringẽs qualitas ineſt. ſycaminis uero, & potiſſimum cum nondum admodũ maturuerint, qualitas eiuſmodi cõſpicue ineſt: immaturioribus aũt ineſt ſimul & acida. Proinde nõnulli ab arbore ipſa detrahentes ac ſiccantes reponunt, medicamentũ ad dyſenteríæ, ac diuturnæ diarrhœæ curationẽ utile ſibi futurum. At nunc nobis non eſt propoſitũ medicamentorum facultates exponere. Rurſus igitur ea repetamus, quæ ſycamina ipſa ut alimentum poſſunt agere. Quòd quidẽ celeriter ſubducantur, dictum nobis prius fuit: quod eis accidit forte propter ſolã ſubſtantiæ humiditatẽ ac lubricitatẽ: forte etiam propter admiſtã qualitatẽ quandã acriorem, q̃ deiectioni excitandæ ſatis eſſe poſſit: quanquidem qualitas adſtringens, nõ modo ad ſubductionem nihil cõfert, uerumetiã ſuapte natura uentrem cõſtipat. Didiciſti aũt ex cõmentarijs de ſimplicium medicamentorũ facultate, pleraq; eſſe corpora, quæ facultates habeant contrarias. Conſector igitur mora exiguã in ſeipſis habere facultatem eiuſmodi, qualis magna medicamentis purgantibus ineſt, cuius beneficio non modo facile ſecedunt, ſed corrumpuntur etiam, ſi diu in uentre manſerint. Quód ſi corrupta (ut dixi) non fuerint, omnino quidem humectant, non tamen omnino refrigerant, niſi ſumpta fuerint frigida. Alimentum aũt corpori præbent minimum, quo modo pepones, non tamen, ut ij, uomitũ excitant, neque ſtomachum lædunt.

De craſis.

EX craſijs quædam ſunt, quæ moris ſunt ſimilia, cuiuſmodi ſunt ea, quæ minimam habent adſtrictionẽ: alia ruborum fructui, ut ea, quæ euidentius adſtringunt: quædam autem ſunt, quæ uel ualentius ijs adſtringant. Proinde memoratæ cuiuſq; ſpeciei facultatem, ex ijs, quę de ſycaminis & rubi fructibus dicimus, potes colligere.

De rubi fructibus.

RVborum fructũ homines apud nos βάτινον appellant, quemadmodũ mora & ſycamina: utroq; eñ modo ipſa nominãt: ſunt aũt βάτινα & mora magis adſtringentia: & ſiquis largius ijs ueſcatur, capitis dolorẽ ſentiet: alij ſtomacho angũtur. Proinde fructũ hũc abluamus oportet prius, & mandere ipſum aggrediamur: quod maxime in ſycamínis quoq; eſt faciendũ. Non tamẽ uentrem ſubducunt, ſed potius cohíbent: & ſiquis immatura ipſa prius ſicca repoſuerit, multo etiã magis cohíbebunt. Omnia tamen medicamẽta, quę ex mororum ſucco parantur, ſi facta ex ijs quoq; fuerint, facultatem habebunt efficaciorem.

De fructibus canirubi.

FRuctus canirubi multo magis & ruborũ adſtringit: ob eamq; cauſam uentrẽ magis cohíbet. Veſcuntur aũt ipſo frequẽter ruſtici, exiguũ alimentũ corpori ſuggerente: uocãtq; λιωσταφύλου, id eſt, canirubum.

De fructibus iuniperi.

FRuctus iuniperi, qui ἐρυθρὸς dicit, acris eſt admodum cum exigua dulcedine, & minori præterea adſtrictione. Habet autẽ & aromaticon quiddam. Perſpicuũ certe eſt, q̃ calefacit quidem, tum propter acrimoniã (demonſtratum enim eſt, acria omnia calefacere) tum aũt maxime propter odorẽ ac guſtũ aromatibus adſimiles. omne enim ἄρωμα, calidũ. Hepar aũt & renes purgat: & ſuccos craſſos ac lentos uidelicet tenuat: unde medicamẽtis ſalubribus admíſcetur. Alimentũ autem ex ipſo exíguum corpori hominũ accedit. Quòd ſiquis ipſum largius ſumpſerit, ſtomachum mordet, & caput calfacit: ob idq; ipſum nonnunq; replet, doloribuſq; infeſtat uentrẽ, nec proritat, nec cohíbet: urinas tamen mediocriter uacuat.

De fructibus cedri.

FRuctus cedri, qui κεδρὶς dicitur, colore quídem & figura, fructui iuniperi eſt ſimilis, ſubflauus enim eſt ac rotundus: diſſidet autem ab eo acrimonia. Nec multũ abeſt, quin fructus hic ex genere ſit medicamentorũ: cum nullum præbeat corpori alimentũ, niſi quis aqua ipſum macerarit. Omnibus enim acribus id eſt cõmune, ut ſoluta ipſorũ acrimonia, exíguum alimentũ corpori præbeant. Quin etiam cedrorũ fructus, ut fructu iuniperi durior eſt ac ſiccior, ita pfecto exílior, nihil, ut ille, habens aromaticon. Perſpicuum aũt eſt, q̃ & ſtomachũ ualde mordicat, & capiti dolorem infert, niſi quis ipſum parciſſime ſumpſerit.

De nucę

De nuce pinea.

NVx pinea boni ac crassi est succi, multumq; nutrit, non tamen facile concoquit. Appellant aut nũc Græci ipsum nõ ἰῶνον, sed σφόβιλον.

De fructu myrti.

GRæci fructum hunc μύρτα nominant, nutritq; tenuiter eque ac fructus iuniperi, facultatem tamen habet contrariam. Quandoquidẽ ualenter adstringit, & ob idipsum aluum sistit: nõ tamen pro ratione adstrictionis, frigidius facultate est: propterea quòd adstrictionẽ habet non solam, sed acrimonia etiam quadam admistam. Porrò cibis omnibus, qui qualitatẽ medicamentosam habent uehementem, est cõmune, ut cum eam qualitatẽ coctione, aut assatione, aut maceratione deposuerint, exiguum corpori dent alimentũ, prius autem prorsus non nutriant. Id enim ipsum & cæpis & porris accidit.

De persicis.

FRuctum hũc, siue mala persica, siue (ut Græcis nunc mos est) simpliciter persica appellare uelis, siue aliud quoddam uetus nomen præter hæc uestigare, potes id per magnũ ocium facere. Nunc autem discas, quod nominibus ipsis erit utilius, quòd scilicet ipsorũ succus, & ueluti caro facile corrumpitur, prauaq; omnino est. Quocirca (quod quidam facere solent) nõ sunt post aliós cibos mandenda: corrumpuntur enim in superficie natantia: sed in omnibus, quæ prauí quidem sunt succi, uerum humida sunt ac lubrica, & quæ subduci facile queant, id cõmuniter tenendum, ea ob ipsum ante alios cibos esse sumenda. Ita enim fiet, ut & citius subducantur, & aliis cibis uiam muniant. Quę si sumpta postrema fuerint, unà secum alia quoq; corrumpent.

De armeniacis ac præcocibus.

HAec quoq; ex genere sunt persicorũ, bonitate nõnihil illa superantia. Neq; enim in uentriculo, ut illa, corrumpuntur, neq; acescunt: uulgo autem suauiora apparent: unde etiam stomacho sunt gratiora: cætera eñ illis sunt similia. suauibus autem omnibus id inest: quemadmodum in suauibus, ut uentriculũ resupinent, ac subuertant, & ad uomendum incitent, cupientem quàm celerrime quod infestat, abijcere: id quod facit pro momento eorum, quæ infestant. quæ enim uergunt deorsum, ea ipsa expellit. Quæ uero supernatant, per uomitus eijcit. Idem facit, & cũ succi prauí ex toto corpore in sese defluunt. Etenim, quí ex ijs in partem uentriculi superiorem confluunt, uomitu uacuantur: quí uero in inferiorem, pariunt diarrhœam. Porrò, quòd fructus omnes autumnales exiguí sint alimenti, dictũ id nobis príus fuit. Præcocia tamen, quæ uocãt, armeniacis sunt præstantiora. Quí autem præcocium nomen fugitãt, utraque mala armeniaca appellãt. Alij uero armenia, per quatuor syllabas, non quinque.

De malis.

GEnus horũ non est simplex, quo modo neq; pirorum, neq; punicorũ. Quædã enim sunt, quę saporẽ habent austerum: alia acidum, aut dulcem: nonnulla etiam ex ijs mistum, apparentq; & dulcía simul & adstringentia. Præterea alia quædã cum dulcedine manifestũ habẽt acorem. Ad hæc, alia cum acore acerbitatem. Inuenías autem interdum, & quę hos tres sapores simul habeãt euidentes adeo, ut acida appareãt & dulcia, acerbitatisq; habeant nõnihil. Perspicuum autem est, quòd adstringens, austerum, et acerbum, tria hæc nomina saporis, qualitatem unicam significant. Quòd uero acerba quidem in eo ab austeris differant, q; ualentius adstringant, commune autem ipsorum genus est adstringẽs, ex quarto libro de simplicium pharmacorum facultate didicisti, in quo de saporum substantia ac facultate tractauimus. Memor igitur illorũ, scito mala quidẽ q̃ adstringũt, succũ habere frigidum ac terreum. Quæ uero acida apparent, frigidũ quidem, uerum tenuium esse partium. Mediæ autem temperaturæ esse dulcia, quæ tamen ad calidius uergunt: quemadmodum quæ omnis qualitatis sunt expertia, ac ueluti aquosa, ad frigidius inclinant. His igitur uteris pro uincenti in saporibus facultate, austeris quidẽ pomis, cum uentriculus uel propter calidam intemperiem, uel multam humiditatẽ fuerit imbecillus: acerbis autem, cum duo hæc aucta admodũ fuerint: acidis, quando succum crassum, qui non magnopere frigidus sit, suspicaberis in ipso esse collectũ. Quandoquidem succus frigidus non acida, sed acria postulat. utraq; certe & acida & acria succos crassos incidunt: in eo tamen differunt, quòd hęc quidem cum calfactione: illa autem cum refrigeratione id præstent. Perspicuũ porrò ex ijs quæ sæpe iam diximus, est, quòd adstringentia quidem, quantum in ipsis est, aluí deiectiones semper cohibẽt: acida uero, cum succum crassum in uentre inuenerint, ipsum incidunt, ac deorsum subducũt, ob idq; deiectiones humectant. Quòd si uentrem purum inuenerint, ipsum magis sistũt. Porrò succus dulcis, cum sine acrimonia & crassitie, hoc est, cum solus planè fuerit, celerius, quãtum in ipso est, distribuitur. Quòd si acrimoniam, aut crassitiem habuerit, citius subducitur. Est autem & aliud succi genus, nõ in pomis modo, uerum etiam in alijs omnibus, quod aqueũ & qualitatis expers appellant, ut antea quoq; diximus: quod stomachũ quidem minimũ iuuat, in medio autem est memoratarum facultatum, quemadmodum & aqua ipsa. Inest autem pomo eiusmodi id uitium, quòd cum ad mandendum ipsum aut uoluptate, aut utilitate adducantur, quando neq; gustu iucundum ipsum, neque quemadmodum adstringentia, robur uentri inducere, neq; fluentem ipsum sistere comperiũt, merito cõtemnunt: quemadmodum & apud nos quidem in multis Asiæ locis, suibus ipsum proijcimus, πλατανίσινον appellãtes, quòd tenera platanorum folia gustu quodammodo repræsentet. Cæterum optima genere poma non sunt ante colligenda, quàm in arboribus maturuerint: concoctu eñ sunt difficilia, & frigida, tardeq; permeant, & prauí

& prauí sunt succi: ut interim omittam, quòd succum etiam habent frigidum, ac leuiter crassum. Quæ uero belle matura in hyemem & uer proximum asseruant, ea sæpe in morbis maximum adferunt præsidium, aut cataplasmatis modo cum arina admota, aut in calidis cineribus mediocriter assata, aut pulchre in aquæ bullientis uaporibus percocta. Cæterũ post cibum statim dare ipsa conueniet, nonnunquam autem & cum pane ad uentriculum & stomachum roborandum, ijs quí deiecta sunt appetentia, tardeq; concoquunt, quícq; uomitu, diarrhœa, ac dysenteria infestantur. In hunc usum acerba sunt apta. Parata eñ, ut iamiam præcepi, mediocrem retinent adstrictionẽ, cum, si mediocriter austera fuissent, in eiusmodi apparatu adstrictionem omnem deposuissent, ob idq; similia ijs euadunt, quæ ab initio sunt aquea.

Qui fiat, ut esus pomorum aut pirorum adstringentiũ, uentrẽ quibusdã deijciat.

CVm aũt quosdam audiuissem, quí dicerent, uentrem sibi ab esu adstringẽtium subduci, satius esse putaui, quę de eo ratione atq; experientia sæpe cognouissem, hoc loco semel fusius explicare. Cum Protas rhetor quidã, ciuis noster narraret, uentrem sibi post esum pomorũ ac pirorum austerorum deijci, re intellecta atq; in ipso per experientiã cõprobata, audacius postea in alijs ipsum sum expertus. Rogaui enim hominẽ, ut mecũ uel unum diem uiueret, ut scirem quo tempore, & q̃ multis uescereturastringentibus. Ac primum hominem statim sum hortatus, ut more suo uiueret, neue ulla in re consuetam sibi uictus rationem immutaret: ipse autem, cum post balneum, paucula aqua præbibita, fœnumgræcum, radiculam, & id genus alia (quæ ante alios cibos omnes ferè sumere consueuerunt) similiter & ipse sumpsisset, uinumq; dulce, quantitate mediocri, adbibisset, comedit deinceps maluas cum oleo & garo, & pauco uini: & post illa piscis quidpiam, suillę, & auis: deinde, cum secundo bibisset, pauco tempore intermisso, sumpsit pira austera: postea deambulatũ progressi, nõ multum deambulauimus, cum uenter illi maiorem in modum est solutus. Quæ cum essem conspicatus, pactus sum cum amico, ut postridie quæ ad suam uictus rationem pertinerent, mihi cõmitteret. Quí cum mihi prompte esset assensus, prima omniũ, post balneum, pira exhibui: deinde alia deinceps, ut consueuerat: quibus peractis, non modo non uehementer, sed ne mediocriter quidem aluum deiecit. Mirabatur sanè (ut par est) rei euentum, causamq; eius à me scíscitabatur; cui ego hæc, quæ nunc referam, exposui. Nã cum garum (inquam) unà cum ijs quæ cum eo sumpseras, aluum suapte natura subducat, idq; iam ante fecerit, adstringentia postremo loco sumpta ijs potissimum, qui stomachum habẽt imbecillum, deiectionis sunt causa, uentriculum roborantia, & ad expellendũ deorsum, quæ in sese continet incitantia: quod magis (inquam) fatebere, si cras prima omnium astringentia sumpseris; secundo aũt post illa, carnosa: omniũ postrema, quę cũ oleo & garo manduntẽ. minime inquit, repente eñ uomerem, si maluas ultimas cũ oleo & garo manderẽ. optime (inquam) respõdisti. Illa eñ uentriculum subuertũt, & potissimũ os ipsius, quod iam omnes stomachum uocare cõsueuerũt: adstringẽtia uero roborant, ac firmãt: quò fit, ut siquis alius succus uentriculũ subuerterit (quod solet bilis pallida esse cere, in qbus copiosior est aceruata) qui sic est affectus, siquid adstringentiũ gustarit, succum infestantem repente deorsum excernet. Deinde ostendi ei iuuenẽ quendam, quí narrabat cũ paucis diebus ante, purgãdi gratia, succũ scãmoniæ sumpsisset, & horis quinq; post sumptũ medicamentũ iam prę terlapsis, nulla secuta esset excretio, stomachum quidẽ sibi premi, uentriculũ aũt intumescere ac grauarí cœpisse, quas ob res attonitũ se, atq; animi incertũ, symptomata, qbus infestabat, mihi cõmunicasse. Quonã igitur modo hominẽ sanauerim audi (inquam) iuuenẽ ipsum: tum protinus prę sentem ei exhibui, ac narrantẽ, ut ego imperarim sibi exiguũ quiddam mali astringẽtis, aut punici, aut piri, manderet: ipse aũt simulatq; comedisset, malis statim fuerit liberatus, copiosissima ac cõferta ex ipsius uentre facta excretione. Scito igitur (dixi rhetori) tibi quoq; idem cõtingere, cũ propter uentriculi totius ac stomachi imbecillitatem, adstringẽtia postremo loco sumpseris. Tũ ille, uerissimũ (inquit) est, quod dixisti. Talis eñ mihí natura est stomachus, facileq; à quibusuis subuertitur. Ego uero post cibũ, studiosius austerum quidpiã esito, tũc, cum ipsum supinũ admodũ esse sentio, adeo, ut propè iam nauseet. Ex hac de rhetore narratiõe, satis intelligere poteris, ijs, qui stomachum habẽt imbecillũ, uentrem deijci, cũ postremis epulis adstringentium quidpiam sumpserint.

De cydonijs & struthiomelis.

HIs pomis eximiũ quiddam, quod in alijs non inuenitur, inest. Nam præter quàm quòd adstrictionem habent copiosiorẽ, succus etiã eorum diu durat ac permanet, siquis ipsum cum melle coctum asseruare uelit. Cum aliorum pomorum succus, si reponatur, acescat, propterea quòd multam habet humiditatẽ. Nos autem & medicamẽtum, quod ex succo struthiomelorũ cõficitur, quodq; ijs qui deiectam habent appetentiam, est accommodatissimum, cum forte in loco conspicuo non esset positum, tandem post annos septem inuenimus, nihil in qualitate immutatum: crustam enim ore uasculi densam fecerat, cuiusmodi in melle sæpenumero & alijs quibusdam adcrescit: quam seruare incumbentem conueniet, si uelis pharmacum, aut mel diutissime citra mutationem seruare. Atq; id mihi obiter sit dictum: cuius autem rei gratia, medicamẽti, quod longiore tempore manserit incorruptum, memini, denuo id resumam. Permanens est struthiorum malorum succus, quando paratus recte fuerit, quemadmodum & cydoniorum: uerum hic minus est suauis, & maxime adstringens. Quocirca ad uentriculi admodum

exoluti robur uti eo aliquando possumus. In Iberia autem edulium componũt, quod μυλοπλακοῦντα appellant, quod adeo durat, ut patinæ recentes ipso refertæ Romam adferantur. Componitur autem ex melle & carne læuigata, cocta cum melle. Nostrum uero medicamentũ, quod ijs qui deiectam habent appetentiam, comparatur, non ex melle solo, & malorum succo, sed & piperis albi habet quidpiam, & zingiberis, & aceti. Non tamen iam plura de eo uerba facere conuenit, cum alibi de eo fusissime tractauerimus.

De piris & punicis.

QVæ de malis diximus, si ad pira & punica transtuleris, nihil erit qd' nos de ipsis nouũ dicere oporteat. Etenim in his quoq; alia sunt austera tantũ, uel acerba: alia, acida: alia, dulcia: alia B ex horum mistione cõposita: & alia, quę nullã penitus huiuscemodi qualitatẽ habent exuperãtem. quò fit, ut cum aquea sint ac hebetia, omnis facultatis roborandi sint expertia. Pirorum igitur usus pomorũ usui omnino est similis. Punica uero cætera quidem sunt similia, in eo tamen discrepant, quòd nunq; cum hordei farina assentur, neq; in aqua aut uaporibus elixentur. Succum aũt habent piris & pomis copiosiorem, & pręterea gustu suauiorem. Sunt autem interdum prædictis duobus fructibus utiliora, tum ad alios affectus, tũ ad eum cuius Hippocrates libro secundo de morbis popularitèr grassantibus meminit, his uerbis. Mulier cardialgia torquebatur, nec prius malum est sedatum, q̃ polenta succo punici aspersa, semel in C die uteretur, reliquis cibis abstinens, neq; amplius uomitu reijciebat, qualia Cherion Charitonis filius. Perspicuũ certe est, quòd uitioso humore partes ad os uentriculi (quod certe καρδίαν etiam appellat) attinentes imbuẽte, mulier erat nauseabunda, cardialgiaq; torquebatur. Nam uerbum καρδιώσσω nil aliud significat, q̃ symptoma, quod mordicationi stomachi succedit. Hũc certe humorem polenta quidem exiccauit: succus aũt punici cum ea sumptus, uentriculũ roborauit adeo, ut humorem in tunicis ipsis cõtentũ expellere potuerit. Punica quidem q̃ minimũ corpori præbent alimentum, ut ipsis nunq; ceu alimento, sed tantũ ut medicamento egeamus: Pira uero, & potissimũ quæ magna sunt (uocant autem ipsa apud nos fœminino genere, μενάπας) aliquantũ nutriunt. Proinde in tenues orbes ipsa secantes, & postea exiccantes reponunt, quę elixa, uice ciborũ parũ nutrientiũ, hyeme & uere, cũ fames est, mandunt. Attici quidem priorem syllabam ῥοιὰν scribunt sine ἰῶτα, Ionès uero cum ἰῶτα: uerum id nihil ad hominum uitam adfert cõmodi: quẽadmodum neq; in ὄψῳ, id est, sorbis, quæ Græci quidem omnes huius nostræ memoriæ sic nominant: Attici autem cum υ pronunciare ipsa nõ permittunt. Speculationem igitur de nominibus, illis relinquentes, de facultate ipsius fructus disputabimus.

De mespilis, & sorbis.

QVæ de prędictis diximus, cadẽ de his quoq; A sunt dicenda. Ambo eñ astringunt: uerum mespila multo ualentius, q̃ sorba. Proinde uentri fluenti cibus est utilissimus: sorba tamen in cibo ipsis sunt suauiora. Omnino enim nihil habent adstringens æque ac mespila, sed ipsorũ succus est austerus sine ulla acerbitate. Liquet autem, quòd omnibus huiuscemodi parce est uescendum, nõ autem affluẽter, ut uuis ac ficubus. Nullo enim ipsorum ut alimento, sed ut medicamento potius indigemus. Hæc tibi sunt utiliora, q̃ scire priorem syllabam nominis ὄψῳ, à ueteribus Athenięnsibus per literam ο tantum scribi & pronunciari.

De fructu palmæ.

FRuctum palmæ siue glandes appellare uelis, siue palmas, eodem cum tota arbore nomine (ut iam Græcis omnibus mos est) neutro modo aut incõmodaris, aut ipsius facultatis cognitionẽ promoueris. Nõ pauca aũt in ipsis est differentia: quędam enim sunt siccę & adstringẽtes, ut Aegyptię: aliæ molles & humidæ & dulces, ut quę καρυωτὰι appellantur. præstantissimæ autem hæ in Syria palestina nascuntur in Hierichonte: reliquæ omnes palmæ inter dicta duo genera sunt mediæ. Difficiles autem sunt concoctu, capitiq; dolorem inferũt. quarum aliæ quidem magis: aliæ minus sunt humidæ ac dulces: siccæ atq; adstringentes. Verum cõstitutis extremis, iam omne quod in medio est, facillime deprehẽdes. Nulla certe ex ipsis est, quæ non dulcedinem quandam & adstrictionem habeat. Siquidem καρυωτὰι, exiguæ adstrictionis: Thebaicæ, obscurę dulcedinis sunt particípes. At C succum quidem dulcem, nutrire: austerum autem gratum esse stomacho, & uentrem sistere, ostendimus. Palmæ autem, si largius sumantur, omnes concoctu sunt difficiles, et capiti dolorẽ adferunt: quædam autem, & morsus cuiusdam sensum oris uentriculi inducunt, quod medici stomachum appellãt. Succus autem, qui ab ipsis in corpus distribuitur, crassus quidem omnino est: habet aũt & lentoris quidpiã, cũ palma ipsa pinguis fuerit, sicuti καρυωτὴ: cum aũt dulcedo tali succo mista fuerit, celerrime quidem hepar ab ipsa obstruitur, læditur autẽ maxime ab ipsorum esu, q̃ aut inflammetur, aut scirrho obsideatur: post hepar autem, D & lien obstruitur ac lędítur. Multo autẽ maxime palmæ uirides, si paulo largius sumantur, ad omnia sunt noxiæ. Perspicuũ porrò est, quòd dulces quidem succum habent calidiorem, astringentes autem frigidiorem. Quin & palmę uirides, quem admodum & ficus, flatus gignunt: nam palmæ uirides eandẽ habẽt ad alias palmas proportionem, quam ficus habent ad caricas. In regionibus autẽ non admodum calidis, palmæ non perfecte maturescunt, adeo ut reponi queant. quò fit, ut cum homines cogantur ipsis uiridibus uesci, crudis succis impleantur: rigoribusq;, qui ægre calefiant, & hepatis obstructionibus prehendantur.

De oliuis.

EXiguum quidem & ipsę corpori præbent alimentum, & potissimũ caducæ, quas uulgo fere

ferè cum pane: sine pane aũt mandunt cum garo A ante alios cibos, uentris subducendi gratia, quas ἁλμάδας & πολυμβάδας appellant. Porrò quemadmodũ caduce, pinguedinis habent plurimũ: ita hę, succum adstringentẽ. Proinde stomachũ roborant, & appetentiam excitant. Aptæ aũt ad hanc rem sunt, quæ cum oleo reponũtur. quas artis obsonatricis periti uarie præparãt. cuius artis nolim medicum omnino esse ignarũ. Nam quod suauius est, facilius ijs quæ ex æquo sunt salubria, concoquitur. Verum non est nunc dicendi locus, neque de obsonatricis speculationis peritia, neq; de arte ipsa; alius enim locus ipsis est proprius.

De nucibus.

QVidam nuces regias appellant eas, quæ nũc B nuces ab omnibus nominãtur. Sunt & aliæ quædã, quæ λεπτοκάρυα appellantur, prædictis multo minores, quas nõnulli ποντικὰς, id est, ponticas seu auellanas uocitant. Multus aũt ambarum est usus: alimentũ corpori præbent exiguũ, copiosius tamen pontica nuncupata, q̃ nux regia, q̃ ipsius substantia sit coactior ac minus oleosa: regiæ autẽ laxior est, continetq; in se ipsa plus pinguitudinis. Habet tamen & adstringentis qualitatis non exiguum, quæ tandem procedente tempore marcescit: tota ipsius substantia in succum pinguẽ transmutata, adeo ut cibo prorsus sit inepta, quòd sua pinguedine, oleo ueteri adsimilis apparet. Cæterum quę uiridis adhuc est ac humida, neq; adstringentis qualitatis, neq; oleosæ conspicue est partiC ceps: sed magis quodã modo est ἀκρία, id est, qualitatis expers: quod saporis genus aqueum (ut dixi) uocare consueuimus. Coquitur tamen hæc nux facilius quàm pontica, stomachoq; est gratior, & multo magis quando cum caricis manditur Traditum autem à plerisq; medicis est, hominem à pharmacis letalibus nihil magnopere læsum iri, si utrasq; has ante alios cibos cum ruta sumpserit. Liquet pręterea, quod humida quidem apta ad dejectionem est: sicca uero, minus. Plerich; autẽ uentris subducendi gratia cum garo etiam ipsam præsumunt: in quem usum uiridis est accommodatior, ut quæ adstringentis qualitatis minus sit particeps. Quin & siccarum quoque, si prius (quod nonnulli faciunt) in aqua fuerint maceratæ, facultas uiridibus est adsimilis.

De amygdalis.

AMygdalę nihil prorsus habent facultatis adstringentis. sola enim tenuãdi facultas ac detergendi in eis præpollet: qua tum uiscera purgãt, tum humores e pulmonibus ac thorace, sputis expectorant. Quædam autem ipsarum facultatẽ habent, succos crassos ac lentos incidendi adeo exuperantem, ut mandi præ amarore nequeant. Oleosæ tamen ac pinguis qualitatis, ut nuces, sunt particípes: cuius causa & ipsæ procedẽte tempore fiunt, ut illę, oleosæ: minor tamen eis ineſt hæc qualitas, q̃ in nucibus. quò fit, ut tardius q̃ nuces, oleosæ fieri cernãtur. Ex ijs sanè intelligi potest, q̃ neq; uentri subducendo conferunt, neque corpus multum nutriunt. Quæ uero qualitatem amaram habent præpollentẽ, eæ ad pus & succos crassos ac lentos ex thorace & pulmonibus expuendos plurimum conferunt. Eorum uero, qui nullam artem ad uitam utilem excoluerunt, sed seipsos appellant Atticos, alij fructum hunc, genere fœmino amygdalas enunciari oportere cõtendunt: alij, neutro amygdala: ne idipsum quidem, de quo tam topere contendunt, intelligentes, utroq; nomine apud uiros Atticos scriptum esse.

De pistacijs.

HAec quidem ad magnam Alexãdriam proueniunt, sed multo uberiora in Berrhœa urbe Syriæ: parum quidem nutrientia, uerum ad hepar roborãdum, & succos in ipsius uijs infarctos purgandos utilia: qualitatem enim habent aromaticam, subamaram, & subabstringentem. Scio autem & alia huiuscemodi pleraq; hepati esse utilissima, quẽadmodũ in opere de simplicibus medicamentis est demonstratum. Porrò non ausim affirmare, ullam ex ipsis stomacho accedere utilitatem, aut læsionem insignem: quemadmodum neque, quòd aluum deijciant, aut sistant.

De prunis.

RArò inuenias hunc fructum austerum, aut acidum, aut in summa insuauitatem quãdam habere, cum maturus exacte fuerit. prius enim q̃ pruna eò maturitatis peruenerint, omnia propemodum, aut acorem, aut acerbitatem, alia amarorem repræsentant. Corpori itaq; ex hoc fructu minimum alimenti accedit: utilis tamen est ijs, quibus propositum est, uentrem mediocriter humectare ac refrigerare. ipsum enim nõ aliter q̃ prædictorum quædã, subducit cũ humiditate sua, tum lentore. Siccatus uero et ipse potest esse usui, quẽadmodum & ficus. Fama est ea pruna omniũ esse præstantissima, quæ in Damasco urbe Syriæ nascuntur: secunda aũt post illa esse, quæ in ea regione, quam Iberiam ac Hispaniam nominent, proueniunt. uerũ hęc quidem nihil adstrictionis præ se ferunt: nõnulla uero Damascenorũ, uel plurimum. Optima aũt inter ipsa sunt, quæ cum mediocri adstrictione magna sunt & laxa: quę aũt exigua sunt & dura & acerba, praua sunt, tum si esum spectes, tum si alui dejectionem, quę maxime sequitur ea, D quæ ex Iberia adferunt. Cocta autem in melicrato in quo plusculum sit mellis, aluũ admodũ dejiciunt, etiãsi quis sola ipsa sumpserit, & multo magis si post ipsa melicratum sorpserit. Perspicuũ autem est, q̃ ad aluum dejiciendam confert post sumpta ipsa, uinũ dulce adhibere, temporisq; aliquid interponere, non aũt statim post prandere. atq; etiam id, omnibus quæ aluum dejiciũt, cõmune, memoria est tenendum, quemadmodum & alia, quæ pluribus speciebus sunt cõmunia, ne de ijsdem sæpe audire postules.

De fructu quem serica appellant.

NE hæc quidem ausim affirmare, quic̃q; adsanitatis tutelam, aut morborum profligationem pertinere. Mulierum enim atque infantium

effrenatorum est edulium: quod exigui est alimenti ac concoctu difficilis: & præter quàm quòd stomachum non iuuat, paucum etiam alimenti corpori exhibet.

De ceratijs, id est, siliquis.

CEratia, quorum tertia syllaba per literam t, & scribitur, & pronunciatur, nihil habent cum cerasijs, per s scriptis, similitudinis. Est aũt parui succi edulium ac lignosum: quã rem necessario sequitur, ut cõcoctu sit difficile: nihil eñ quod lignosum est, facile coquitur. Quinetiã incommodum id ipsis inest haud quaq; aspernandum, quòd non celeriter deijciãtur. Proinde satius est à regionibus oriẽtalibus, in quibus nascitur, ad nos non importari.

De cappare.

CApparis planta est fruticosa, pluríma in Cypro prouenientes. Facultas aũt ipsi inest tenuium admodum partium: quò fit, ut, quẽadmodum & alia omnia, quę tenuiũ sunt partium, minimum alimenti in corpus eorũ qui ipsa uescunt, distribuat. Vtimur aũt fructu huius plantæ magis ut medicamento, q̃ ut alimẽto: sale etiã cõspersus, ad nos importatur, propterea q̃ putrescit, si solus reponatur. Perspicuum sanè est, q̃ capparis adhuc uiridis quidem, priusq̃ saliatur, plus habet alimenti: ex salitura aũt amittit q̃plurimum, omniq; alimẽto, nisi sal eluatur, prorsus quidẽ destituitur: aluum tamen subducit. Quòd si abluatur, & quoad facultatem omnem ex sale deposuerit, macereť, minimi quidem alimenti fiet edulijũ: erit tamen ceu obsonium ac medicamentũ, ad appetentiam quæ collapsa fuerit, excitandam, accommodatum: prẽterea ad pituitã, quæ in uentre habetur, detergẽdam ac subducendam, purgandasq; lienis & hepatis obstructiones. Vti autem ad eas res oportet ante alios omnes cibos ex oxymelite uel oxelæo. Huius etiam plantæ teneros surculos non aliter quàm terebinthi mandunt, uiridesadhuc, ut huius, in aceto simul & muria, aut aceto solo condentes.

De sycomoris.

PLantam sycomori uidi in Alexandria unà cũ fructu, paruæ ficui albæ adsimilem. Is fructus nullam habet acrimoniam: exiguæ tamen dulcedinis est particeps, estq; facultate, ut mora, humidior quodammodo, ac frigidior. Quin potius in medio mororum ac ficuum iure quis ipsum collocarit, indeq́ue nomen ipsi arbitror esse positum. ridiculi enim sunt, qui fructum hunc ob id aiunt sycomora fuisse nominatum, quòd paruis ficubus sit adsimilis. Ipsius aũt generatio ab alijs arborum fructibus, quodammodo est diuersa: non enim ex surculis ac germinibus, sed ex ipsis ramis ac stipitibus enascitur.

Der persio.

HAnc etiã plantã uidi in Alexandria, ex magnisq; & ipsa est arboribus. Narrãt aũt fructum huius apud Persas adeo esse noxiũ, ut q ipsum comederint, interimat: qui tamen si in Aegyptũ transferať, fit esculentus, manditurq; nõ aliter q̃ pira et mala: quibus etiã magnitudine cõuenit.

De citrio.

ID quoq; malum Medicum apellant, qui idagunt, ut quę loquuntur, nemo intelligat: tamet si inter uirtutes orationis perspicuitatẽ numerãt. Satius autem fuisset: quámnam partes citrij haberant facultatem, & quod nam commodum ex ipso hominibus accedat, inuestigasse, quàm anxie huiuscemodi inquirere. Quam ego nunc uestigationem ingrediar, dicamq; huius fructus tres esse partes, acidam, quæ in medio ipsius sita est: tum autem fructus ipsius uelut carnem, quæ medium ipsum ambit: & tertiam, quæ est tegumentum extrinsecus circundatum, quod suaueolens est & aromaticum, nõ odore modo, uerum etiam gustu: iure igitur concoctu est difficile, ut quod durũ est ac callosum. Quòd si quis ipso ut medicamẽto utatur, coctioni nonnihil conferet, quo modo & alia omnia, quæ acrẽ habent qualitatem. Eadem aũt ratione, si sumptum parce fuerit, stomacho robur inducit. Proinde ipsum cõminuentes, succumq; [totum] exprimentes, solent medicamentis immiscere, quę per os sumuntur, quæq; uentrem dijciunt, aut torum corpus purgant. Parte aũt fructus acida & non uesca, qua semen continetur, cum ad alia quædam utuntur, tum sæpe quò ipsam reddãt acriorem, in acetum imbecillum cõficiunt. Pars autem inter duas iam dictas media, quæ sanè corpus etiam nutrit, quæq; neq; acidam, neq; acrem habet qualitatem, propter duritiem concoctu est difficilis: ob eam causam omnes ipsam mandunt cum aceto & garo, ut saporis hebetudinem acuãt. fortasse autem quòd experientia didicerunt, aut à medicis acceperunt, ipsam coqui facilius, si mansa eo modo fuerit.

De fructibus plantarum agrestium inter quos sunt quercuum glandes.

OMnibus hominibus mos est eas plantas uocare agrestes, quæ sine ulla agricolæ industria in agro proueniunt. Siquidem & uites appellant agrestes, quas nullus uinitor procurat, ipsas ablaqueans, aut circunfodiẽs, aut pullulantia germina extirpans, aut eiusmodi aliquid satagens. Ex quo plantarũ genere est fagus, quercus, ilex, cornus, comarus, & aliæ id genus arbores: quemadmodum & frutices quidam, ut rubus, canirubus, acherdus, pirus, & prunus syluestris, quam πρῶμον apud nos appellant, & qui frutex ἀμπελίδας fert. Appellatur autem is fructus in Italia unedo, stomachoq; nocet, & capiti dolorem adfert, acerbusq; est admodum cum exigua quadam dulcedine. Cornis quidem, & canirubi fructu, & glandibus, et μεμηκύλοις (sic aũt comari fructus appellať) rustici passim uescuntur: reliquarũ uero arborum aut fruticũ fructibus non admodũ utuntur. Cum tamen fames regionẽ nostrã aliquando inuasisset, essetq; magnus glandium ac mespilorum prouentus, rustici in fossis ipsa cõdẽtes, hyeme tota & uere primo, pro frumentaceis edulijs, sunt usi. Prius autem glandes huiuscemodi, suibus erant pabulum: Tunc uero, cum eos hyeme nutrire, ut ante consue-

uerant, non possent, initio quidem mactantes, ipsis in cibo sunt usi: post autem apertis fossis, glandibus uesci cœperunt, uarie ipsas ad esum cõparantes. Interdum enim in aqua elixabant, & in calidis cineribus celantes, mediocriter assabant, post autem nonnunquam comminuentes, pultarium ex ipsis conficiebãt: alias aqua sola conspergentes, sed condimentum aliquod immittentes: alias mel affundentes, aut lacti incoquentes. Ab his autem copiosum est nutrimentum, neq; quidquam est eorum quæ hactenus hoc secundo libro exposui, ei simile. Quandoquidem glandes æque nutriunt, ac frumentaceorum eduliorum pleraq;. Atq; olim quidem (ut aiũt) homines ex ipsis duntaxat uiuebant: Arcades aũt, cum reliqui Græci fructibus cerealibus uterenť, eas diu in cibo retinuerunt. Alimentum aũt, quod ex glandibus corpori accedit, tardi est trãsitus, ac crassi succi: quas res cõsequitur, ut ipsę cõcoctu sint difficiles. Cæterum μεμηκύλος, glande querna, ad omnia est deterior: quemadmodũ hęc, glande castaneařũ quas uocant. Omnium eñ glandium hæ sunt præstantissimę. Sunt qui hos fructus λοπίμους appellent. hi nanq; inter fructus agrestes & soli alimentum corpori dant memorabile. Corna eñ & iligna glans, et rubi, et canirubi fructus, brabyla, μεμηκυλαι, xinzypha, diosphyra, aly cacaba, terebinthi & acherdi fructus, & quæ eiusdẽ sunt generis, exiguũ quidem habent alimentum, uerũ prauí succi sunt omnia: prẽterea nonnulla ex ipsis sunt, quę & stomachũ lædunt, & cibo sunt iniucũda: ob id, suũ sunt pabulum, & eorũ quidem non domesticorũ, sed qui uitam in montibus degũt: his enim nutrimentum ab ijs fructibus plurimum accedit.

De alimento, quod à plantis ipsis sumitur.

NOn modo plantarum semina ac fructus, sed etiam integras ipsas sępenumero mãdimus: sæpe autem, cum interdum urget necessitas, radices tantũ, aut surculos, aut nouella germina. Nostrates certe homines quanquam raparum (quas & buniadas nominant) folia & caulem abijcere sunt soliti, nonnunq̃ tamen penuria melioris cibarij, ipsa quoq; mandunt. Pari modo in radiculis & ijs quæ apud nos nomine uernaculo rhapia appellant. Est autem hæc planta (ut sic dicam) agrestis radicula. Ad hæc pyrethron, sion, equapiũ, fœniculũ, scandicem, cichorion, chondrillã, gingidion, daucon, & plurimarum arborum ac fruticum tenera germina cocta, homines fame adacti, sæpe mandunt: quędã etiam nulla urgẽte fame, ut qui palmę uertice mandunt, quẽ ipsius cerebrum appellant. Quid iam loquar de teneris spinis? mandunt enim & ipsæ cum aceto & garo, nulla cogente fame, estq; cibus hic tolerabilis. Sunt qui oleum etiam ipsis adijciant, prẽsertim cum prius in aqua ferbuerint. Vtuntur enim ipsis bifariam, sæpe quidem crudis, interdum autẽ & elixis. Porrò spinosas plantas appello, scolimon, atractylida, eryngion, cnicon, atragida, & quam spinam albam nominant, præterea speciem alteram chamæleon

tis: quorum nonnulla rustici quidam in acetũ muriámue immittentes reponunt, eodem modo quo rapas, cæpas, & quæ uocant ampeloprasa, pyrethron, & alia eiusmodi. Huius autẽ generis sunt cibaria, colocasia, & quod abaton nuncupať. Manifestissimum autem est, quòd omnia hæc, præter quàm quòd exiguum corpori dant alimẽtum, succum etiam prauum generant. Adhæc quędam ex ipsis noxam stomacho adferunt: prẽter (ut dixi) spinas, quæ nũc nuper è terra emerserint. Quæ uero ex ipsis in muriam aceturn ue inijcientes, reponunt, & in totum annum sequentem asseruãt, ab ipsa præparatione uim quandam prouocandæ appetentiæ acquirunt, siquis ipsis moderate utatur: cuiusmodi sunt uiticis turiones, & terebinthi. Hæc itaq; in plantis agrestibus numerant: de quibus id cõmuniter nosse sufficiat, quòd omnes prauí sunt succi. Quod uero ad domesticas attinet non communiter, sed priuatim cuiusque facultatem nosse longe præstantissimũ fuerit, & earum potissimum, quibus assidue utimur; quæ etiã ob id ipsum à nobis expetuntur, quòd ea longa experientia comprobata sunt, cæteris esse præstantiora. De ijs igitur deinceps uerba faciemus, sumpto ab oleribus initio.

De lactuca.

MVlti medici, quẽadmodũ fructibus autumnalibus, ficus: ita hoc olus alijs omnibus anteposuerũt. succi eñ est, q̃ alia omnia, laudabilioris. Quod aũt in eo nõnulli reprehendũt: id maxime est laudandũ, qd' si reuera ei inesset, nulli, non olerũ modo, sed ne optimi quidem ac nutriẽtissimi succi eduliorũ esset secundũ. Sanguinẽ enim aiũt lactucã generare. Alij uero nõ simpliciter sanguinẽ dicunt, sed multũ adiungũt, lactucã sanguinẽ multum generare affirmantes. At hi etiam si prędictis prudentius ipsam accusant, magis tamen mentiuntur: tametsi idipsum, quod multum sanguinẽ generat, nemo potest in ea iure reprehendere. perspicuum enim est, quòd cibus is succum habet omnium ciborum præstantissimum, siquidem suapte natura sanguinem quidem plurimum, aliorũ autem succorum nullum generet. Quòd si dixerint ex lactuca plurimũ sanguinis aceruari, in eóque ipsam accusent, facillimum erit quod objiciunt, refellere: cum possint, qui lactucis uescuntur, laborem quidem augere, ipsarum aũt esum minuere. Verũ hęc dixisse sufficiat aduersus eos, qui olus hoc nõ recte uituperant. Scire aũt conuenit, q̃ cũ olera omnia sanguinẽ gignant paucissimũ ac prauí succi, lactucam non multum quidem generare, neque mali succi, non tamen omnino laudabilis. Mandunt aũt ipsam, ut plurimum quidem, crudam. cum aũt æstatis tẽpore accingere sese ad semen producẽdum cœperit, in aqua dulci prẽcoctam sumunt cum oleo, garo, & aceto, aut cum aliquo salsamentorũ, condimentorúmue, & eorum potissimũ, quę cũ caseo paranť. Plericq; autem prius quàm in caulem assurgat, ipsa utuntur, aquæ incoquentes: quod ego nunc, ex quo dentes mihi

male habẽt, cœpi facere. Quidã meorũ sodalium, conspicatus olus id iam olim quidẽ mihi esse consuetum, nunc tamen ipsius esum esse permolestũ, author mihi fuit, ut ipsum coquerẽ. Aetate autem iuueníli, cum mihi uentriculus bíli assidue infestaretur, lactuca, quò ipsum refrigerarẽ, utebar: cum uero ad ætatem declinantẽ peruenì, hoc olus fuit mihi aduersus insomniã remedio. tunc enim, contra ac in iuuentute, somnum mihi dedita opera conciliabã. graue enim mihi erat, præter uolutantem uigilare. quod mihi accidebat, partim quòd in iuuentute meapte sponte uigilijs assueuerã: partim, ꝙ declinantium ætas ad insomniã admodum est propensa. Itaq; lactuca uespere cõmansa, unicum mihi insomniæ erat ἀλεξιφάρμακον. Cæterum θριδακίνην nil aliud uoco quàm quod nunc homines θριδακας appellant. quando quidẽ apud nos aliud quoddã est olus agreste, quod θριδακίνη nuncupatur, quod in uijs ipsis nascitur, & locis fossarum eminentioribus, & præterea herbosis aquosis ue (quæ Græci λιβάδας appellant) ac plerisque incultis. Exiguum autem est id olus, instar lactucæ hortensis nunc nuper enatæ, amaroríscq; quidpiam præ se fert, & multo adhuc magis dum adolescit. ubi autem caulem iam produxerit, saporem amarum habet uel manifestíssimum. Porrò huic lactucæ aliud præterea olus est simile, quam chondrillam appellant, quæ citius in caulem assurgit, amaritudinẽq; habet magis perspicuã, & lentum quendam succũ albumq;, cuiusmodi est tithymallorum succus, non tamen acer perinde ut ille: utimurq; interdum ipso ad pilos in palpebris reglutinandos. Hæc igitur olera, quò à hortensibus fecernantur, agrestia nuncupantur: de quibus paulo ante cõmuniter tradidimus. De lactuca autem hortensi, quam omnes mandere, & θριδακας nominare cõsueuerunt, summatim rursum memoriæ causa repetens, dicam ipsam, succum quidem habere frigidum & humidum, nõ tamen prauí esse succi. quò fit, ut neq; coctiõe penitus excidat, neq;, quo modo reliqua olera, uentrem sistat, quemadmodũ etiã non proritat. quæ ipsi iure accidunt, ut quę nihil habeat, neq; austeri, neq; acerbi, à quibus in uniuersum uenter sistitur: quemadmodum à salsis & acribus, & omnino ab ijs, quæ uim quandã habent detergendi, ad excretionem incitatur, quorum etiam nihil lactucæ inest.

A uero humiditate superat. Porro succo màluæ lentor quidam inest, quod lactucæ non inest, à refrigerandoq; abest perspicue. id quod etiam anteq; edas, intelliges, si utrunq; olus uicissim calido cuipiam affectui, ut erysipelati, cataplasmatis modo adplicueris: quod etiam uulgo faciunt, tenera folía diligenter ad exactum læuorem conterentes. Senties enim in hoc cataplasmate lactucã quidẽ manifeste refrigerare, maluam autem, calorem quendam habere moderatum ac tepidum. Cæterum hoc olus facile subducitur, nõ modo propter humiditatem, uerumetiam propter lentorẽ, & potíssimum quãdo quis cum oleo & garo copiosam ipsam sumpserit. Nutrit autẽ & ipsa mediocriter. Nam si triũ horum olerũ succum cõpararis, betæ quidem, tenuium est partium, tergendiq; facultate est præditus: maluæ autem, crassus magis est & lentus: lactucæ, inter utrunq; est medius.

De seri.

NVm quos solos Romani intybos appellãt, ueteres Athenienses seres duntaxat nominarint, an & alia quædam olera agrestia, nequeo certò affirmare. Cæterum intybi facultatem habent lactucis adsimilem: suauitate tamen, & alijs, quæ supra de lactucis fuerunt comprehensa, ab ipsis relinquuntur.

De malua.

QVemadmodum θριδακίνη quæ lactuca agrestis, ab hortensi: ita malua agrestis, à satiua est diuersa. Plantæ enim congeneres in eo inter se dissident, quòd agrestis quidem siccitate, satiua

De beta.

MAluam quidem, ut lactucam, díximus non modo esse satiuam, sed aliam etiam quandam esse agrestem: nulla aũt beta est agrestis, nisi quis lapathon ita nominare uelit. Succus autem betarum tergendi uim habet manifestam: adeo ut uentrẽ ad excernendum excitet, & stomachum interdũ mordicet, præsertim quibus natura sensu exactiore est præditus: ob idq; edulium id stomacho est noxium, si largius sumatur: corpori aũt ab ipsa, ut ab alijs oleribus, paucum alimentum accedit. Verum obstructum hepar, malua magis aperit, & multo magis, si cum sinapi, aut omnino saltem cum aceto mandatur. Lienosis item eodẽ modo sumpta, utile est medicamentum. Iure enim quis ipsam ita mansam medicamentum potius ꝙ alimentũ dixerit: uidemusq; homines ferè omnia eiusmodi, obsoniorum non alimentorũ uice esitare: quemadmodum etiam interdum porrum mandunt, & pulegium, thymũ, origanum, cæpã, præterea & allium, & cardamum, & alia id genus.

De brassica.

HAnc quoq; plerìq; ut obsonium mandunt: medici autem ut siccante medicamento utuntur. Dicta autem iam quędã de hac fuerunt in libris de medicamentorum facultatibus, tum etiam libro superiore. Nunc autẽ summatim dicemus, ipsius quidem succum facultatẽ habere purgatricem: corpus autem ipsum, communi siccantium ratione sistere magis, ꝙ ad deijciendũ incitare. Cum igitur, quæ in uentre continentur, excernere uoluerimus, è propinquo caccabo, in quo cocta cum aqua fuerit, extractam ipsam protinus in uasa, in quibus oleum cum garo paratum fuerit, conijcere cõueniet: nihil autem retulerit, si salem loco gari sumpseris. Quòd si humentem aluũ siccare uoluerimus, priorem aquã, ubi brassica mediocriter cocta uidebitur, effundentes, aliã calidã mox inijciemus: ac deinde rursum brassicã, quoad contabuerit, ei incoquemus: quod nõ facimus cũ uẽtris gratia deijciẽdi sumíẽ. uolumus emi hoc casu propriũ ipsius succum omnẽ non deponere, sed

sed quoad fieri maxime licet, retinere. Porrò nihil quod coquitur, propriũ succum seruare omnino potest: quin potius omnem abijciat, si coctum diutius fuerit. Quin & lenticulam díximus eodẽ quo brassicam modo oportere parare, ut quæ utrunq; possit efficere, uẽtris subductionem scilicet, & cohibitionem. Vocatur autem quæ sic paratur, bis cocta, non lens modo & brassica, sed & cæpa & porrum, & multo magis ampeloprasum & allíũ. Quòd siquid aliud à ueteri natura ad contrariam uelis traducere, sic parabis, huius ante omnia memor, nihil quod bis coquitur, oportere, neq; aerẽ, neq; aquam frigidam contingere: non enim poterit amplius, etiam si diutissime coxeris, plane tabescere, sed oportet, ut paulo ante díximus, aquã calidam habere paratam, ut cum ex priore extraxeris, in illam protinus conijcias. Lens itaq; & brassica æquali inter se mensura siccant, ob idq; uisum hebetant, nisi forte totus oculus humidior fuerit quàm naturalis habitus postulet. At lens quidem non exiguum corpori dat alimẽtum, idq; crassum ac melancholicum: brassica uero paucum habet alimentum, idq; quàm lens humidius, ut quæ edulium est non firmum, sed laxum: succum tamẽ habet non probum ut lactuca, sed prauum & graue olentem. Quòd uero ad urinas attinet, nihil ipsas (quod sciam) insigniter neq; prouocant, neq; morãtur. Qui perditissimam ac falsam doctrinam cõsectantur, olus hoc ῥᾳφανον contendunt appellari: perinde ac si iam cum ijs Athenienſibus, qui ante sexcentos annos fuerunt, nobis esset sermo, non cum Græcis qui nunc sunt, quibus omnibus mos est, in nulla alia planta, brassicæ nomine uti.

De atríplice & blito.

HAec sunt alijs oleribus aquosiora, &, ut sic dicã, ἄποια, id est, qualitatis expertia, magis quàm cucurbita, aut saltem nõ minus, cum cocta uidelicet fuerint. Sola enim inter eiusmodi olera, lactuca utroq; modo manditur. Quòd siquis atríplicis & bliti qualitatem gustu assecutus, brassicæ deinde recordetur, fatebitur lactucam esse in medio horum olerum & brassicæ, quando hæc quidem siccat admodum: illa autem omnino sunt aquea. quò fit, ut non ex solo oleo & garo ipsa mãdant, sed acetum etiam inijciant: alioquin emi stomacho sunt noxia. Dictum autẽ nobis fuit, quòd olera huiusce modi ad facilem deiectionem quodammodo sunt propensa, & potissimũ, si cum humiditate lubrícum quiddam habeant: propensionem tamen, ac momentum pessum habent nõ forte, sed exiguum, propterea quòd nulla qualitas ipsis ineſt acris aut nitrosa, quę uentrem ad excernẽdum excitet. Manifestum porrò est, quòd alimentum à seipsis corpori præbent exiguum,

De portulaca.

QVidam portulaca utuntur ut cibo: nutrimẽtum autem habet exile, idq; humidum & frigidum & lentum: ut medicamentum autem, stuporem dentium sanat suo lentore morsus experte. de qua fusius in opere de medicamentis paratu facilibus tradimus.

De lapatho.

LIcet cuiuis, ut ante díximus, lapathum, appellare betam agrestem, ut quod non gustu modo, sed uiribus etiam betæ hortensi est adsimile: uerũ cum beta lapatho sit suauior, idcirco nemo est, qui non ipsa libentius uescatur. Proinde nihil est ꝙ ego plura de lapatho commemorem, cum omnia, quæ opus erant, in beta exposuerim.

De oxylapatho.

VEl nomen ipsum, plantæ huius qualitatẽ ac uires índicat: est em lapathum acidũ. Quòd aũt ad lapathum attinet, nemo est qui crudum ipsum mandat: quemadmodum neq; betam: oxylapathum tamen mulieres rusticæ pica laborantes, interdum & pueri quidam gulosi crudum mandu cant. Perspicuum aũt est, ꝙ olus hoc ex eorum est genere, quæ non nutriũt multo magis ꝙ lapathũ.

De solano.

INter ea olera quibus uescimur, nullum noui, quod tantam habeat adstrictionem, quantã solanum. Merito igitur raro quidem ipso utimur ut alimento, ut medicamento aũt assidue. efficax emi est in ijs, in quibus adstrictionis refrigerantis usus incidit: minimi autem est alimenti.

De plantis spinosis.

PLeriq; rusticorum plantis huiusce modi è terra nunc nuper emersis, príus ꝙ ipsarũ folia in spinas desinant, uescuntur, non crudis modo, sed in aqua etiã elixis: crudas quidẽ aceto et garo intingentes: coctis uero præter hæc oleũ adfundentes. Quòd aũt olera oĩa nutrimentũ habeant paucissimũ, & ipsum quidẽ tenue & aquosum, dictũ supra nobis fuit: spinosa uero stomachũ mediocriter iuuant. Inter has plantas sunt scolimos, atractylis, & quam spinam albam appellant, dipsacus, cnicus, tragacantha, atragis, & quam pluris quàm conueniat, æstimant, cinara.

De cinara.

OMnes qui uulgarem consuetudinẽ fugitãt, plantam hanc κύναρᾳ appellant, non per κ & ι, sed per κ & υ primam syllabam pronunciãtes. Prauí aũt succi est edulíũ, & maxime cum pluscułum iam obduruerit. Etenim tunc succũ bilioſum in seipsa continet copiosiorem, totamq; substantiã habet duriorem: adeo ut ex ea quidem succus melancholicus: ex ipso aũt succo, tenuis ac biliosissimus gignatur. Satius igitur fuerit, ipsam elixã mãdere, sic, ut siquis cum oleo, garo, & uino ipsam sumat, coriandrum inijciat: sin uero in patina paret, aut frigat in sartagine, hæc semoueat. Multi emi eo modo ipsarum uelut capita, quę spondylos nominant, mandunt.

De apio, equapio, sio, & smyrnio.

HAec omnia urinas cient, inter quę apium est usitatissimum & suaue, & stomacho gratũ: equapium autem, & sion, insuauiora: smyrnium uero nõ est inusitatum, siquidem Romæ maxima copia uẽditur, acriusq; multo est, ꝙ apium & calidius: præterea aromaticõ etiã habet quidpiã. Proinde urinas prouocat ualẽtius, ꝙ apium, equapiũ,

& sion, mensesq; mulieribus mouet. Vere autem caulem producit, qui crudus uescus est non aliter quàm folia, quæ hyeme sola plantæ inerant caulẽ nondum habenti, ut neq; tum apium habet. Postea uero accedente caule, tota planta iucundior reddi tur, siue quis crudam ipsam, siue elixam mandat, siue cum oleo & garo, siue uinum uelit adijcere, siue acetum. Sunt qui cum aceto solo & garo mandant, quo modo et apium: alij autem olei nonnihil ijs adijciunt. Cæterum equapium & sion cocta manducant: utrunq; enim ipsorum crudum, est in suaue. Sunt qui apium & smyrnium, folijs lactucę mista, manducent: nam cum lactuca olus sit insipidum, succumq; præterea habeat frigidum, nõ modo suauior, sed utilior etiam redditur, si acrium olerum quoddam adsumpserit: ob eam certe causam nonnulli erucæ ac porri folia, alij ocimi ipsis admiscent. Romæ autem uulgo iam omnes homines olus id non smyrnium, sed olus atrum nominant: quod forte aliquis omnino ne inter alimenta quidem numerare dignabitur, quemadmodum neq; sion, neq; equapium: sed omnia huiusce modi statuet ciborum esse opsonia, quemadmodum & cępas, & allia, & porra, & ampeloprasa, & (ut in summa dicam) omnia acria. Huius autem generis est ruta, hyssopus, origanum, fœniculus, coriãdrum, de quibus in commentarijs de opsonijs, disputatur: qui medicis quidem & cocis quodãmodo sũt communes: finis tamen utrorũq; ac scopus, est peculiaris. Quandoquidem nos utilitatem, quæ ex cibis prouenit, spectamus, non uoluptatem. Quibusdam tamẽ cibi insuauitas, magna ex parte causa est, quò minus ipsum conficiant. Ob eam igitur causam, satius fuerit, cibos mediocriter cõdire. Coquorum autem suauitas, condimentis ut plurimũ uti consueuit adeo prauis, ut ipsa coctioni plus noceant, quàm commodent.

De erucã.

HOc olus manifestissime calfacit, proinde solum ipsum mandere, nisi lactucæ folijs misceatur, non est facile. Semen autem generare creditur, & coeũdi appetitum excitare. Capiti etiam dolorẽ infert, præsertim si quis ipso solo uescatur.

De acalyphe, id est, urtica, quam & cnidem nominant.

HErbarum agrestium una hæc est, tenuiumq; est partium ac uirium, unde nemo ipsa ut alimento iure utitur, nisi fame maxima prematur: utilis autem est, ut obsonium ac medicamentũ, quod aluum deijcit.

De gingidio & scandice.

GIngidij maximus est in Syria prouentus: manduntq; non aliter quàm scandix apud nos, stomachumq; admodum iuuat, siue crudum, siue elixum ipsum mandere uelis: elixationem autem diuturniorẽ non tolerat. Sunt qui ipsum mãdãt cum oleo & garo, alij autem uinum etiam uel acetum inijciunt, multoq; magis ita stomachũ iuuat: collapsamq; appetentiam, si cum aceto sumatur, excitat. Perspicuum porrò est, quòd hæc herba medicamentum potius est, q̃ alimentum. Habet enim perspicue adstrictionem, & amarorem non mediocrem.

De ocimo.

PLericq; hoc quoq; utuntur ut obsonio, cum oleo & garo ipsum mandentes: uitiosi autem est succi: quæ res impulit quosdam, ut falsa de eo prodiderint, affirmantes ipsum celerrime paucis diebus scorpiones generare, si tritum in ollam in anem immitteretur, & potissimum, si quis quotidie ollam ad solem calfecerit: uerum id quidẽ falsum est, uere aũt ipsum dixeris olus stomacho esse noxium, prauiq; succi, & concoctu difficile.

De fœniculo.

QVemadmodum anethum, ita fœniculus interdum sua sponte nascitur: ferunt tamen & ipsum in hortis: utunturq; assidue anetho quidem, in condimentis: fœniculo autem, etiã ut obsonio. Nam apud nos reponunt ipsum, eodẽ modo quo pyrethrum & terebinthum componentes, adeo ut in totum annum sit utilis: quemadmodum cępas componunt, & rapas, & alia id genus: quorũ alia quidem cum aceto solo, alia cum aceto & muria simul componunt.

De asparagis.

VTrum syllaba secunda nominis asparagi per ph, sit pronũcianda, an per p (ut omnes nũc proferunt) disquirere nunc, non est propositum. Hæc em̃ scribimus ijs, quibus sanitatem tueri est propositum, non sermonis Attici affectatoribus, qui sanè in eo uidentur, neq; Platonis scripta, neq; ipsius mentem intelligere. Cum igitur Græci promodũ omnes, teneros caules, quo tempore ad fructus ac seminis productionem augescunt, asparagos per p, appellent, ipsorum facultatem exponemus, ijs, qui ipsis utuntur, quo lubet nomine appellare permittentes. Multa sanè olera, & in sũma plantæ multæ, suapte natura huiusce modi germina producunt quidem, non omnia tamen mandũtur: ob eam causam (ut in alijs antea fecimus) de usitatioribus uerba faciemus. Brassicæ igitur germen (quod nonnulli κῦμα etiam nominant, arbitror per contractionẽ nominis trysillabi κυμάτος) minus quàm brassica ipsa siccat: tametsi aliorum olerum caulis temperatura est ut plurimum, q̃ folia, sicciore, potissimum cum iam prope est, ut semen profundant. Dico autem alia olera esse hæc, lactucam, atriplicem, blitum, betam, maluam. Cõtra uero accidit, ut radiculæ asparagus, & rapæ, sinapi, cardami, pyrethri, et omnium propemodum acrium & calidorum sit humidior. Bulbus autem & apium, sion, eruca, ocimum, oxylapathum, lapathum, & omnes olera cei generis herbæ ante q̃ semen effundant, eiusmodi caulem quendam producunt, qui post semen effusum siccatur, fitq; ad cibum hominibus inutilis. Hæc autem omnia aque incocta manduntˇ cum oleo & garo, pauco aceto adiecto: ita em̃ iucundiora sunt, stomachumq; magis iuuant: alimentum tamẽ paucum dant corpori, & id non boni succi.

De

De alio genere asparagorum.

ALiud autem asparagorum est genus, quod in plantis fruticosis prouenit, oxymyrsine, chamædaphne, & oxyacantha. Ab ijs præterea alij sunt diuersi, quorum alius regius, alius ἕλειος nominatur: quemadmodum & alius est bryoniæ ab ijs diuersus. Omnes autem stomachum iuuant, urinasq; cient, & parum nutriunt. Si tamen ij belle conficiantur, tanto firmius alunt, quàm olerum asparagi, quò ipsi sunt sicciores. Porrò arborum ac fruticum germina inter se quodammodo sunt similia, non tamen omnino eadem: arborum enim germina sunt lignosiora. Proinde de ipsis quoque seorsum nobis deinceps est dicendum.

De germinibus.

ARborum ac fruticum germina, olerum aspa ragis proportione respondent. Sunt em̃ hęc quoq; productiones quædam, cum planta ipsa fructum parat producere. In eo tamẽ differunt, quòd arborum quidem stipes (qui cauli oleaceorum & herbaceorum proportione respondet) perpetuo manet: in illis autem caulis est annuus. Omnia igitur arborum ac fruticum germina, aquæ incocta mandi possunt, præter insuauia quædam ac medicamentosa: cum tamen uulgo alijs cibis præstantioribus adfluunt, illis abstinent: uescuntur tamen, urgente fame. Nam nutriũt & ipsa aliquantum, si confecta probe fuerint. Omnium autem præstantissima sunt, terebinthi, & uiticis, uitis, iunci, rubi, & canirubi germina. Nostrates autem terebinthi germina in aceto, uel muria & aceto simul, cõdentes reponunt.

De discrimine quod partibus plantarum esculentarum inest.

OPtarem uera esse, quæ Mnesitheus in opere de alimentis conscripsit. Vniuersalia enim præcepta, si uera sunt, multa paucis uerbis docẽt: quemadmodum, si falsa sunt, multum sunt perniciosa. Quæ igitur Mnesitheus de partibus plantarum in uniuersum præcipit, hæc sunt. Primum igitur radices omnes concoctu sunt difficiles, turbãtq; inferunt: uerbi gratia, radiculæ, allij, cæpæ, rapi, & reliquorum eiusdem generis. Quorum enim radix, seu quod intra terram prouenit, est esculentũ, omnia hæc, inter ea, quæ concoctu sunt difficilia, numerantur. Nam cum radices, sursum omnibus plantarum partibus mittant alimentum, accidit ut humorem multum in seipsis colligant, eumq; crudum habeant plurimum: neq; enim fieri potest ut ipse totus sit concoctus, quando quod coctum est, id perfectum esse uidetur. Atqui humor qui radicibus ineſt, alibi in partes plantæ distributus, coctionem perfectam acquirat necesse est: partes em̃ omnes à radicibus alimentũ recipiunt. necesse igitur est, ibidem humores crudos aceruari: quo loco coctionem absolutam quæ fit in partibus supernis, expectant. Non abs re igitur in radicibus plurimum humoris crudi continetur. Merito sanè & corporibus nostris alimentum ab ijs relinquitur humidum ac turbationis plenum. Hæc tibi Mnesithei est sententia, quę uerbis quidem uidetur probabilis, experientia autem falsa esse conuincitur. Siquidem radiculæ radicem habent caule ipso ac folijs multo acriorem, similiter & cæpa, ampeloprasum, porrum, & allium. Quòd si betæ quoq;, & maluæ, & rapę radicem comparare ad folia uoluerís, plus uirium in ea inuenies: quemadmodũ & in altheæ, quæ agrestis quędam malua esse uidetur. Nam radix ipsius ut & betæ, cũ tumores multos pituitosos discutiat, facultatem suam indicat: id quod ipsorum folia nequeunt efficere. Quin & plantarum medicamentosarũ, quibus radices prędictis sunt similes, folia sunt imbecilliora, ut cyclamini, scyllæ, ari, dracontij, ac complurium aliorũ. Vt enim in alijs plantis substantiæ pars maxima, in caule est ac stipite: ita in ijs, in radice. quam radicem ipsarum natura auget maxime, ac nutrit: & quod in ea probe confectum non fuerit, in folia et caulem excernit. Hæc igitur hyeme radicem habent magnam: uere autem, cum semen parant producere, caulem proferunt. Videtur autem natura in animalibus quoq; interdum totius substantię animalis excremento (quemadmodum & Aristoteles prodidit) ad partium quarundam non necessariarum procreationem abuti, ut in ceruis quidẽ ad cornua: in alijs autem animalibus ad pilos ac spinas multas et magnas producendas. Tutius itaque est, gustantem prius atq; olfacientem, singulas plantarum partes ipsas per se explorare: post autẽ mandentem experiri. Quandoquidem olfactus ac gustus, cuiusmodi saporem ac odorem pars plantæ habeat, edocentes, cum ijs etiam temperamentum omne statim ostendunt. Experientia autem, si modo quis ipsam cum proprijs limitationibus fecerit, facultas ipsa planè inuenitur. Interdum etiam cum ijs, ipsius plantæ consistentia cum succo, qui ipsi ineſt, indicat. Quædam enim succum habent humidum quendam & aqueum, alię crassum uel lentum, quos etiã succos priuatim rursum gustare conueniet. Quidam enim ex ipsis sunt acres, aut acidi, aut amari, alij salsi: quemadmodum & quidam ipsorum sunt austeri, alij acerbi, alij aquei aut dulces. Non est igitur audiendus Mnesitheus, tãquam uerum in uniuersum dicat, sed potius singulæ plantarum partes, ipsæ per se experientia examinandæ.

De rapis.

HVius plantæ (quam γογγυλίδα aut βουνιάδα apelles licet) oleraceum quidem est, quod terra extat: radix autem quæ terra continetur, dura quidem est, nisi coquatur, & non esculenta: quę autem incocta, nulla plantarum congenerum minus nutrit. Hanc quoque uarie uulgo adparãt, adeo ut in muria uel aceto condentes, in totum annum ipsa utantur. Succum autem in corpus distribuit mediocri crassiorem: proinde si quis ipsa liberalius uescatur, succum crudum, quem uocant, aceruabit, potissimũ si ipsam minus iusto in uẽtriculo cõfecerit. Quod uero ad uentrẽ attinet, nemo

nemo ipſam neq; deijcere, neq; ſiſtere dixerit, præſertim cum cocta belle fuerit. Coctionem eñ diuturniorem poſtulat: eaq; eſt laudatiſſima, quæ cocta bis fuerit, quemadmodum prius de eiuſmodi præparatione docuimus. Quòd ſi ſumpta crudior fuerit, concoctu eſt difficilior ac flatulenta, ſtomachoq; noxia. Nonnunquam autem & uentrẽ mordicat.

A

De aro.

MAnditur & huius plantæ radix eodem modo, quo rapi. In quibuſdam autem regionibus acrior quodãmodo prouenit, ut prope ad dracontij radicem accedat: & dum ipſam coquis, prius aqua effuſa, in aliam calidam conuenit conijcere: quemadmodũ in braſſica ac lente diximus. Ad Cyrenem autem planta hæc à noſtrate eſt diuerſa. Nam in illis locis arum minime eſt medicamento ſum & acre, ut rapis etiam ſit utilius: idcirco hanc quoq; radicem in Italiam aduehunt, ut quæ longiori tempore imputris & ſine germine poſſit perdurare. Perſpicuum autem eſt, ꝙ talis in cibo quidem eſt præſtantior: ſiquis tamen humores craſſos uel lentos in thorace & pulmonibus collectos, tuſſi uelit eijcere, acrior ac medicamentoſa magis, eſt præferenda. Manditur autem & aquæ cum ſinapi uel aceto incocta, cum oleo & garo, atq; etiã cum condimentis, quæ Græci ὑποτρίμματα nominãt, ſaleq; & ijs, quæ ex caſeo parantur. Non obſcurũ etiam eſt, quòd ſuccus, qui ex ipſa in hepar & totum corpus diſtribuitur, ex quo animalia aluntur, craſſior quodammodo eſt, quemadmodum de rapis diximus: potiſſimum cum radices ipſæ, qualitatis medicamentoſæ fuerint expertes: cuiuſmodi ſunt quæ Cyrenis adferũt. Quandoquidem apud nos in Aſia arum magna ex parte eſt acrius, facultatemq; habet iam medicamentoſam.

B

De dracontio.

HVius quoq; radicẽ bis ter ue elixantes, quo ad medicamentoſum omne depoſuerit, nõ nunquam exhibemus mandendam, quemadmodum & ari, quando humores craſſi & lenti, qui in thorace ac pulmonibus habentur, ui maiore indigent. Commune autem id in omnibus cibarijs memoria eſt tenendum, quòd acria quidem & amara, ſi edantur, corpus parcius nutriunt: inſipida autem & ijs adhuc magis dulcia, multum: & multo magis, ſi compactam habeant ſubſtantiam, ut neque humida ſint conſiſtentia, neq; craſſa, neq; laxa. Hæc certe ſi perpetuo memoria tenueris, & præterea attenderis, num ſingula quæ exploranẽ, dum elixantur, aut aſſantur, aut in ſartagine parãtur, ſuæ qualitatis uehementiam deponant, nihil erit quòd à me de omnibus ſpeciatim audire deſyderes, ſed (quod in alijs feci) ea potiſſimum exponam, quibus aſſidue ueſcimur.

C

D

De aſphodelo.

RAdix aſphodeli & magnitudine & figura & amarore ſcillæ radici quodammodo eſt ſimilis: ſi tamen, ut lupini, paretur, maximam partem ſui amaroris deponit: in eoq; à ſcilla diſcrepat. Nã ſcillæ qualitas difficillime eluitur. Heſiodus certe aſphodelum laudat, cum ſic ait, Nec quãta in malua atq; albuco ſint bona norunt. Equidem noui quoſdam ruſticos, qui graſſante fame, uix tandem compluribus elixationibus macerationibusq; in aqua dulci, eſculentam ipſam reddiderint. Porrò hæc quoq; radix, quemadmodum & dracontij, facultatem habet tenuandi atq; aperiendi. Proinde quidam pro ſummo remedio ipſius aſparagũ ictero laborantibus exhibent.

De bulbis.

BVlbi quoq; eiuſdem cum prædictis ſunt generis. Manditur enim ipſorum radix ſine foliis: uere autem, interdum & aſparagus: facultatẽ autem habet in ſe amaram & auſteram, eamq; inſignem. unde etiam ſtomachum exolutum, ad appetendum quodammodo excitat: & quanquã corporis ſubſtantiam habeat craſſiorem ac lentã magis, non tamen aduerſatur ne ijs quidem, qui ex thorace ac pulmonibus aliquid conantur expuere: ſed cum amaritudo ipſa, ſuapte natura, craſſa ac lẽta incidat, craſſitiei aduerſatur, quemadmodum in commentarijs de medicamẽtis docuimus. Qua propter ſi elixi bis fuerint, magis quidem nutriẽt: uerum cum amarorem omnem iam depoſuerint, aduerſabuntur ijs quæ ſputo ſunt eijcienda. Melius autem tunc fuerit ipſos ex aceto, oleo, & garo miſtis, mandere: ſuauiores enim ſic quidem fiunt, & magis nutrientes, flatuſq; magis expertes, ac cõcoctu faciliores. Quidam autem ex ipſorum eſu liberaliore, ſemen ſibi inauctum, ſecq; ad uenerem alacriores redditos, manifeſte ſenſerunt. Varie autem ipſos uulgo adparant: nam non modo in aqua elixos, ut dixi, mandunt, uerum etiam patinas ex ipſis uarie condiunt. Sunt qui & frixos, alij aſſos ſuper prunas mandunt: uerum hi quidem diuturnam elixationem non ſubſtinent, ſed exigua admodum ſunt contenti. Quidam autem auſteritate ipſorum atq; amarore ſeruatis delectati, omnino non elixant. incitant enim ipſos magis ad cibum capeſſendum: iuuabuntur tamen, ſi duos aut tres dies ipſis, ut appetẽtiam excitantibus, uſi fuerint. Quòd ſi ijs ita paratis largius utantur, & potiſſimum, ſi (ut ſolent) crudiores ſumant, in eruditatẽ rurſus incident. Sunt qui flatus etiam & tormina, niſi belle fuerint elixi, inferant. Cæterum alimentum, quod ex ijs ita manſis fit, non boni eſt ſuccí: ex ijs autem qui plurimum, aut, ut diximus, bis elixi fuerint, ſuccus gignitur craſſior quidem, uerũ præſtantior alioquí, & qui ualentius nutriat.

De paſtinaca, dauco, & caro.

HOrum quoq; radices manduntur, minus tamen quam rapę, & arum Cyrenaicum nutriunt. Calfaciunt autem inſigniter, & aromaticon quiddam oſtentant: cæterum, quo modo & alijs radicibus, conficiendi difficultas ipſis ineſt. Vrinã aũt cient: & ſi quis ipſis copioſius utatur, utiloſum ſuccũ, mediocriter gignent. Cari tamẽ radix melioris eſt ſucci, ꝙ paſtinacæ. Quidam aũt paſtinacã agreſtem,

agreſtem, uocant daucum: qui urinam quidẽ mouet potẽtius, medicamẽtoſior tamen iam eſt, multumq;, ſi quis eo ueſci uelit, eſt elixandus.

A

De tuberibus.

HAec quoq; radicibus, aut bulbis ſunt adnumeranda: ut quæ nullam qualitatem habeãt inſignem. Proinde qui ipſis utuntur, utuntur ad condimenta excipienda: quemadmodum & alijs, quę uocant inſipida, & innoxia, & ad guſtũ aquoſa. Quibus omnibus eſt commune, ut alimẽtum, quod ab ipſis in corpus diſtribuitur, nullam inſignem habeat facultatem, ſed ſub frigidum quidem ſit, craſſitie uero quale id ipſum eſt, quod ſumptũ fuerit. craſſius quidem eſt, quod ex tuberibus: humidius autem ac tenuius, quod ex cucurbita: atq; in alijs proportione.

B.

De fungis.

EX fungis boleti, ſi belle in aqua elixi fuerint, prope accedunt ad cibos inſipidos: non tamẽ ſic ſolis ipſis uulgo utuntur, ſed adparant uarie, & condiunt, ut alia omnia, quæ nulla inſigni qualitate ſunt prædita. Alimentum autem ex ipſis eſt pituitoſum, & frigidum uidelicet, paruiq; eſt ſucci, ſiquis ipſis largius utatur: omnium igitur fungorũ ij minimum ſunt noxij: ſecundi aũt poſt hos ſunt amanitæ. Reliquos uero tutius eſt omnino ne attingere quidem: multi eñ ex ipſorum eſu interierunt. Equidem noui quẽdam, cui poſt boletorum non ſatis elixorum (qui innocentiſſimi eſſe putantur) uſum largiorem, os uentriculi preſſum ac grauatum coarctatumq; fuit, difficilemq; habuit reſpirationem, & in animi deliquium incidit, ſudorẽq; frigidum ſudauit, ac demum ſeruari ægre ſumptis ijs quæ humores craſſos incidunt, potuit: cuius generis eſt oxymeli ipſum per ſe, & cum hyſſopo & origano ipſi mediocriter incoctis. Is enim tum hęc ſumpſit, tum nitri ſpumã ipſis inſperſam: poſt quæ fungos, quos comederat, uomuit, qui iam quodãmodo in ſuccum pituitoſum frigidumq; admodũ ac craſſum erant mutati.

C

De radicula.

VRbani quidem homines ſolam ipſam crudã ut plurimum, ante alios ſanè cibos cum garo aluí deijciendæ gratia mandunt: quidam autem aceti quidpiam admiſcent: Ruſtici uero cum pane ſæpenumero ueſcuntur, ut alijs obſonijs, quæ ſua ſponte prouenijunt: in quibus origanum uiride, & cardamum, thymus, ſatureia, pulegium, ſerpyllũ, menta, calamínthe, pyrethrum, & eruca. Omnia eñ hæc uiridia, obſonia ſunt eſculenta, manduntq; cum alimentis, ſuntq; ex genere plantarũ herbacearum. Radiculæ autem caulem etiam ac folia mandunt, ſed coacti potius, ꝙ uoluntarij. Radix tamen ex ijs eſt, quibus aſſidue ueſcimur, eſtq; obſonium magis ꝙ alimentum: nimirum quæ & ipſa cum manifeſta calfactione attenuandi habet facultatem. Nam qualitas acris in ipſa ſuperat. Vere autem caulem quendam, qui in altum aſſurgit, gignere conſueuit, quemadmodum & alia omnia, quæ caulem ſunt productura: quem caulem elixã tes mandunt cum oleo & garo & aceto, ut rapæ caulem, ac ſinapi, & lactucę. nutritq; magis caulis iſte, ꝙ cruda radicula, ut qui in aqua acrimoniam omnem deponat, pauciſſimum tamen & ipſe habet alimentum. Quidam autem non caulem modo, ſed & radiculas ipſas elixantes mandunt non aliter ac rapas, miraríq; ſubit eos medicos, atq; idiotas, qui poſt cœnam, coctionis iuuandæ gratia, crudas ipſas eſitant: ipſi quidem hanc rem experientia ſatis ſibi exploratã eſſe affirmant, qui tamen ipſos ſunt imitati, omnes læſi fuerunt.

D

De cæpis, alijs, porris, & ampelopraſis.

HArum quoq; plantarum radices quidẽ uulgo frequentiſſime eſitant, caulem autem raro, & folia, quæ & ipſa pro portione radicum acrẽ admodum habent facultatem. Corpus calfaciunt, & qui in ipſo ſunt, humores craſſos tenuant, lẽtoſq; incidunt. Si tamẽ bis ter ue elixi fuerint, acrimoniam quidem deponunt, tenuant tamen adhuc, & alimentum corpori dant pauciſſimum, quod certe prius ꝙ elixa eſſent, omnino non dabant. Cęterum allium quidem mandunt, non ut obſoniũ, ſed ut ſalubre medicamentum, quod digerendi, & obſtructiones aperiendi habet facultatem. Quod ſi elixum parum fuerit, adeo ut acrimoniam depoſuerit, uires quidem habet imbecilliores, ſucci autem prauitatem nõ amplius retinet. Quemadmodum nec porra quidẽ, nec cæpæ, cum elixa bis fuerint. Ampelopraſa uero tantum à porris diſſident, quãtum, in alijs omnibus congeneribus, agreſtia à domeſticis differunt. Quidam autem in totũ annum ſequentem, ut cæpas aceto condientes, ſic & ampelopraſa reponunt, fiuntq; in cibo preſtantiora, ac minus habent uitioſi ſucci. Abſtinendũ tamen ab aſſiduo uſu omnium acrium, & potiſſimũ cum is qui ipſis ueſcitur, natura fuerit biliоſus. Solis enim qui uel ſuccum pituitoſum, uel crudũ & craſſum ac lentum aceruarint, cibi eiuſmodi ſunt accommodati.

GALENI DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS

Liber tertius.

MARTINO GREGORIO INTERPR.

R

ELiquum autem fuerit, de alimento, quod ab animalibus ſumitur, pertractare, quod non paucas habet facultatum differentias, tum in partibus, tum in quibuſdã, quæ in partibus ipſis cõtinentur, aut generantur: cuius generis ſunt oua, lac, caſeus, butyrum, & ſanguis.

De alimento, quod à greſſilibus animalibus ſumitur.

PArtes animalium omnes, non eadem facultate ſunt præditæ: ſed carnes quidem, cum probe elixæ fuerint, optimum gignunt ſanguinem, & potiſſimum, ſi eæ animalium boni ſucci fuerint, cuiuſmodi eſt ſuum genus: nam partes neruoſæ iuſto

iusto sunt pituitosiores. Omnium itaq; ciborum, A suum caro potentissime nutrit. Cuius rei athletæ certissimum tibi præbent indicium. Si enim paribus exercitationibus parem molem alterius cibi pridie totum diem comederint, postero die statim sentient sese redditos imbecilliores. Quòd si pluribus deinceps diebus id fecerint, non imbecilliores modo, uerum etiam alimenti penuria macilentiores palàm conspiciuntur. Idem etiam de eo quod dicimus, potes in pueris, qui in palæstra sese exercent, experiri, & in alijs, qui quamlibet actionem fortem ac uehementem (cuiusmodi est fodientiũ) obeunt. Porrò carnes bubulę alimentum quidem & ipsæ corpori suggerunt non mediocre, neq; difficilem: sanguinem tamen generant, q̃ conueniat, crassiorẽ. Quòd si quis temperamento naB turali melancholicus magis fuerit, affectu aliquo melancholico prehẽdetur, si largius his uescatur. Affectus autẽ melancholici sunt, cancer, elephas, scabies, lepra, febris quartana, & quæ peculiari nomine melancholia nominatur. Lien autẽ quibusdam à tali succo intumuit: quam rem κακοχυμίαν, id est, prauus habitus, & hydropes sæpenumero sunt consecuti. Cæterum quantum carnes bubulæ totius suæ substantiæ crassitie, suillam superant, tanto suillæ bubulas lentore antecedũt. Cæterum ex suum carnibus, hominibus quidem ętate florentibus, fortibus, & qui sese multum exercent, suum ætate florentium carnes ad coquendum sunt præstantiores: alijs uero suum adhuc increscentium. Porrò quemadmodũ ex suibus, qui ætate sunt floC rẽti, ijs iuuenibus, qui bono corporis sunt habitu, conueniunt: sic & boum, qui nondum florentem ætatem attigerunt. Bos enim temperamento est quàm sus, multo siccior: quemadmodum & uir ætate florens, q̃ puer. Iure igitur ijs animalibus, quæ natura temperamento sunt siccIore, adolescens ætas ad mediocritatem ipsam confert: humidiorum uero natura, quod sibi ad probam ac conuenientem temperiem deest, ab ætate florenti adsumit. Non modo itaq; uituli carnes habẽt ad cõficiendum perfectis bobus præstantiores: sed etiã hœdi capris. Capra nanq; temperamento, minus quàm bos, est sicca, si tamen homini & sui cõparetur, multum superat. Suillę autem carnis similitudinẽ cum humana ex eo poteris intelligere, quòd D quidam carnes humanas pro suillis sine ulla in gustu uel olfactu suspicione comederunt: id enim ab improbis hospitibus, & alijs quibusdam factum fuisse iam compertum est. Merito igitur porcelli alimentum nobis præbent, tanto magnis suibus excrementosius, quanto ipsis sunt humidiores: merito minus etiam nutriunt. Nam alimentũ humidius, ut distribuitur, ita etiã discutitur celerius. Cæterum agni carnem habent humidissimam, ac pituitosam: Ouiũ uero excrementosior est, ac succi deterioris: Caprarum quoq; caro præter succũ uitiosum, acrimoniam etiam habet. Hircorum autem, tum ad coquendum, tum ad succum bonum generandum est deterrima: hãc sequitur, arietum: post, taurorum. Porrò in ijs omnibus carnes castratorum sunt præstantiores: senum autem pessimæ, tum ad coquendum, tum ad succum bonum generandum, tum ad nutriendum: quemadmodũ & sues ipsi, qui quanquam temperamẽto sunt humidi, cum tamen iam senuerint, carnẽ habent non nunquam siccam, ac concoctu difficilem. Ad hęc, caro leporum sanguinem quidẽ gignit crassiorẽ, sed melioris succi, quàm bubula & ouilla. Ceruina autem nõ minus ijs succum uitiosum generat, ac concoctu difficilem. His agrestium alinorum bene habitorum ac iuuenum, caro est propinqua. Sunt tamen, qui & asinorum domesticorum, ubi senuerint, carnes mandant: quę pessimi sunt succi, ac concoctu difficillimæ, stomachumq; lædunt, & præterea inter edendum sunt insuaues: quemadmodum equorum ac camelorum carnes, quibus ipsis homines, animo & corpore asinini ac camelini, uescuntur. Sunt qui & ursis, & ijs adhuc deterioribus, leonibus, ac pardis uescantur semel aut bis elixantes. Quid autem sit, bis elixare, dictũ nobis ante fuit. Quid iam loquar de canibus (quos & ipsos iuuenes, ac pingues, & potissimum cum fuerint castrati, apud quasdam gentes frequẽtissime mandunt) cum multi sint, qui pantheris, ut & asinis bene habitis, cuiusmodi sunt agrestes, uescantur? Hæc quidem nõ manduntur modo, sed à quibusdam etiam medicis laudãtur. Vulpium autem carnibus autumno uenatores apud nos uescũtur: tunc enim uuarum esu pinguescunt. Porrò animalia omnia, quibus alimenta propria affatim suppetunt, longe seipsis in cibo euadunt præstantiora: quemadmodum deteriora fiunt, quibus ea minus adsunt. Proinde, quæ herbas è terra emergentes, aut arborum surculos, aut germina depascuntur, ea omnia, cum his abundãt, habitiora sunt, ac pinguia, nobisq; alendis accommodatiora: quemadmodum cõtra quibus herbas altiores pasci est naturale, hyeme, uere primo ac medio fiunt gracilia, ac praui succi: ut boues, qui procedente tempore manifesto fiunt obesiores, succiq; melioris, cum herbæ augentur, ac densescunt, & ad semen producendum festinant. Quæ uero animalia humili herba nutriri queunt, ea primo ac medio uere sunt præstantiora, ut oues: æstate autem prima ac media, capræ, cum scilicet fructicum germina (quibus capræ uesci solent) sunt frequentissima. Cum igitur me animalium species inter se comparantem audiueris, dictum meum experientia examina, ac dijudica, atq; expende, non animal, quod bene nutritum fuerit ac pingue, gracili ac penuria alimenti extenuato comparans: neq; adolescens seni (iniquum enim est id iudicium) sed quod in unaquaque specie ac genere, aut quocunq; modo appellare uelis optime est dispositum, alteri quod sit eiusmodi, cõferens. Non igitur amplius opus erit pluribus exequi animalia omnia, quæ apud singulas gentes proprie nascuntur. cuius generis est in Iberia animal culum, quod lepori est simile, quod quecuniculũ nominãt: in Lucania aũt Italiæ regione, quod

quod inter ursum ac suem quodammodo est me- A dium: ceu aliud quoddam inter agrestes mures & quos glires nominãt, est medium, quod in eadem Italiæ regione, & alijs pleriscq; locis mãditur. Quæ enim ex eiusmodi animalibus bene sunt nutrita, ac planè pinguia, ea experientia explora, præparandorum ipsorum rationem, quam incolæ experientia didicerũt, ab ipsis audiens, ac discens. Qualis autem singularum præparationum sit facultas, iam à nobis discas licet. Quæ nanq; assantes, aut in sartagine frigentes mandũt, ea corpori siccius dant alimentum: quæ uero in aqua præcoquunt, humidius: quæ in patinis cõdiuntur, inter hæc media sunt. quanquàm & illa ipsa pro modo condituræ, inter se multum discrepant. Siquidem quæ uinum, aut garum habent copiosum, ea sunt alijs, B quæ ea non habent, sicciora: rursus quæ exiguam quidem illorum portionem, aut sapæ (quam hepsema quidam nuncupant) ampliorem habent, aut in simplici, ac plebeio, alboq; appellato iure elixa sunt, ea prædictis longe sunt humidiora: quæ autẽ in sola aqua coquuntur, ijs quoq; adhuc sunt humidiora. Maximum præterea in præparatione discrimen accidit pro eorum, quæ inijciuntur, facultate, ut cum omnia siccant quidem, sed alia magis, alia minus. Sunt porrò hæc, ex seminibus quidẽ, anethum, apium, carum, lybisticum, cuminum, & alia quędam id genus: ex plantis uero ipsis, porrũ, cæpe, anethum, thymus, satureia, pulegium, mentha odorata, origanum, & alia huiusmodi ad obsonatricem commentationem pertinentia, de qua C nunc differere non est propositum. Quemadmodum autem modo præcepimus, cum animalium differentia inquiritur, quæ optimo sunt habitu, esse comparanda: ita nunc quoq;, quæ pulcherrime sunt præparata, conferantur. Hæc itaq; de pedestrium animalium carne audiuisse sufficiat: de aliarum autem partium facultate, deinceps, cum sermonem de limacibus absoluerimus, sumus tractaturi.

De limacibus.

PErspicuum quidem est, q̃ neq; inter uolatilia, neq; inter aquatilia, hoc animal est numerandum. Quòd si inter pedestria ipsius non memineri mus, nihil prorsus de limacium alimento dicturi sumus: quod iniquum fuerit silentio prætermittere: quemadmodum uermes, qui in lignis nascuntur, uiperas, alioscq; serpẽtes, quibus in Aegypto, & apud alias quasdam gentes uescuntur. Neq; eũ illorum quisquam hæc nostra lecturus est: neque nos, quæ apud illos sunt esculenta, unquam comedemus. Limaces uero Græci omnes quotidie mãdunt, carnem quidem duram habentes, eoq; concoctu difficilem, sed quæ confecta, potentissime nutriat. Succus autem ipsis ineſt, qui uentrẽ subducit: quemadmodum & ijs, quibus testa pro cute est, Quapropter quidam oleo, garo, uinoq; ipsos condientes, eo iusculo ad aluum deijciendam utuntur. Quòd si huius animalis carne, ut cibo solo esculento, uti uelis, ubi prius in aqua elixaris, in A aliam aquã transferas, in qua rursus elixabis, tum demum condies, ac tertio elixabis, usq; dum caro tota intabescat. Hoc enim modo præparata, aluũ quidem sistet, sed alimentum corpori dabit non contemnendum.

De animalium pedestrium partibus excarnibus.

PEdestrium animalium partes excarnes homines mandunt; pedes, rostra, & aures: easq; ut plurimum in aqua elixas mandunt cum aceto & garo: nonnunquam autem & sinapi: quidam autẽ ex oleo & garo, uinum affundentes: sunt qui cum oleribus, aut in aqua elixis, aut in patinis cõditis. Porcellorum autẽ pedes ptisanæ elixæ iniecti, aptissimi sunt, tum ut illam meliorem efficiant, tum B ut ipsi molliores reddantur, & ob id ad elaborationem, quæ in ore fit ac uentriculo, meliores. Non parua tamen est & in præparationis modo differẽtia, non modo in partibus animalium excarnibus sed in alijs etiam omnibus: quã susius in opere de arte obsonãdi explicabimus. In hoc autem opere, tantum uniuersales partium ipsarum differentias exponimus, ipsas inter se (ut diximus) ita comparantes, ut si omnes ad eundem modum paratæ essent: iusta enim est hæc comparatio. Partes igitur corporis extremæ, ut pinguedinis, ita substantiæ carnosę habent minimum. Neruosa enim ac cutanea natura in ipsis præpollet: non tamẽ tales hi nerui cutis ue sunt, quales in reliquo sunt corpore: nã in excarnibus magis sunt exercitata, eoq; etiã magis lenta. Etenim neruus omnis ac cutis, dum elixantur, ad huiusce modi naturam deueniunt. Quare merito corpus quidem minus alunt, ob lentorẽ tamẽ per aluum facilius deijciuntur. Meliores aũt sunt suum pedes q̃ rostrum: quemadmodum hoc auribus est præstantius. Hæ eñ constant sola cute ac chartilagine. Chartilago porrò in perfectis quidem animalibus, omnino cõfici non potest: in ijs uero, quæ adhuc augescunt, si in ore bene læuigata, & in uentriculo cõfecta fuerit, paucum alimentum corpori dabit. Eadem aũt est eius quod dicimus, in alijs animalibus proportio. Quanto enim eorum carnes alimenti bonitate, suilla sunt inferiores, tãto illorum partes excarnes partibus suum excarnibus sunt deteriores. Cæterum illud nequa D quam arbitror quenquam latere, q̃ partes neruosas uoco eas, quæ pedibus insunt, ad similitudinẽ eius qui proprie neruus nominatur, quiq; ex cerebro ac spinali medulla originem ducit. Quę aũt in partibus excarnibus neruosa sunt corpora, ad similitudinem quidem ita nominantur. Sunt aũt ossium ligamenta, sensus expertia, & præterea tendones quidam.

De animalium pedestrium lingua.

PEculiaris quędam huic parti ineſt substantia: carnem eñ habet fungosiorem, ac sanguineã magis. Musculi eñ carnes sunt exactæ, & potissimum ipsorum partes mediæ, nam multi in suis ipsorum finibus in magnos tendones desinũt, quos plerique medicorum aponeuroses musculorum nominant

minant: quos longe maximos musculi generant, A qui ad artuũ fines pertinent. Quin & musculi quidam capita habent neruosa: & ipsius linguae (quã coci è suibus eximentes, elixant) corpus quidem proprium, caro quędã est fungosa, uti diximus: nõ tamen eam eximunt solam, neq; elixant, sed simul cum musculis, qui in ipsam inserũtur. Vt plurimũ uero, etiam cum epiglottide, & larynge, & glãdulis, quae illic sunt: tum ijs, quae linguę sunt proprię, saliuamq; generãt: tum ijs, quae sunt ad paristhmia ac laryngẽ. Praeterea uenae & arteriae & nerui, linguae cum alijs carnibus sunt cõmunia: illa eñ una cum carnibus manduntur, nisi q̃ in hac particula tria haec uasorum genera, plura sunt ac maiora q̃ pro portione magnitudinis. Quae porrò facultas sit alimenti, quòd à glandulosis corporibus sumi- B tur, deinceps audito.

De glandulis.

QVantũ lingua à carnis substantia, tantũ glandulae à linguae substantia recesserunt: nõ tamen omnes æquali omnino ab ea distant interuallo. Sed quae illi adiacent ac contingunt, ijs quadantenus sunt similes, quae in mammis habent, quando saltẽ eae sanguine nõdum refertae fuerint. Non eñ glandulae mammillares perpetuo suo munere funguntur, ut cum aliae propemodũ omnes, tũ aũt eae quae sunt ad linguam. Natura eñ eas linguę cõparauit ad saliuam generandã: mammillares uero post fœtum conceptum fiunt raræ ac laxae, & lacte plenae. At quo tempore lacte carent, cõtrahuntur ad densantur, tantum à seipsis differentes, quã- C tum permadidę spongiae ἀπὸ τῶν σκελετευομένων: sic eñ spongias appellant, à quibus cum humorẽ omnem expresserint, circundatis uinculis ipsas cõstringunt, totumq; ipsarum corpus cogunt. Sunt aũt & circa larynga ac pharynga huiusmodi quaedam glandulae, sicut & in mesenterio: uerũ hę quidem sunt exiles, eoq; uulgus ipsum latent. Quae uero sunt ad paristhmia ac larynga, magnae sũt ac cõspicuae. Sunt & aliae exiguae in multis corporis partibus, uasorum diuisiones firmantes ac fulciẽtes. At glandula illa, cui thymo nomen est, haudquaq; est exigua, sed in nuper natis animantibus est q̃ maxima: increscentibus aũt illis, ipsa decrescit. Omnibus aũt ipsis illud est cõmune, ut suaues in cibo ac friabiles appareant: mammillares uero, D cum lac habent, de ipsius etiam dulcedine quidpiam præ se ferunt. Quapropter hae glandulae, cũ lacte sunt plenae, summopere à gulosis expetuntur, præcipue suillae. Alimentum aũt, quod ex ijs probe quidẽ in uentriculo concoctis, prouenit, prope sane ad carnium alimentũ accedit: Quòd si minus q̃ sat est, sint cõfectae, succum crudũ, aut pituitosum generant: humidiores quidem pituitosum: duriores uero crudum: de quo ante diximus. Testes aũt, cum ex genere sint glandularum, non perinde tamen laudabilis sunt succi, ut mãmillares: sed habent uirosum quiddã, seminis, quod generant, naturam referentes: ceu renes, urinae. Atq; etiam animalium gressilium testes ad coquendũ longe sunt difficiliores. Nam gallorum gallinaceorum altiliũ testes & suauissimi sunt, & laudabile corpori præbent alimentũ. Glandulae item collo uesicae adiacentes, prope ad testium naturam accedunt. Sunt qui renes quoq; inter glãdulas adnumerent: hi nãque glandulosum quiddam habere ipsis uidẽtur; uerum praui admodũ sunt succi, & concoctu difficiles, ut adultiorum animalium testes, cum exectos ipsos mandunt; iuniorum eñ sunt præstantiores. Taurorum aũt, & hircorum, & arietum, insuaues sũt, ac ad coquendũ difficiles, & mali succi.

De testibus.

IVuenibus suibus ac bubus apud nos testes execant, sed propter usum diuersum. Nam suũ quidem testes cibi causa secantur: suum enim castrato rum caro suauior fit, & plenioris alimẽti, & ad coquendum facilior: boum uero, ut ad agriculturam sint meliores: tauri enim non facile ab hominibus domantur: Capræ autem & oues, propter utrunq; usum castrantur. Porrò omnes memoratorum animalium testes ad coquẽdum sunt difficiles, ac mali succi: nutriunt tamen si belle conficiantur, alij magis, alij minus pro ea proportione, quam in carnibus inesse diximus. Nam quanto suum caro alijs est præstantior, tanto horum quoq; testes aliorum animantium testibus sunt meliores. Soli autẽ gallorum gallinaceorum undequaq; sunt præstantissimi, & potissimum eorum qui saginati fuerint.

De cerebro.

CErebrum omne, cibus est pituitosior, crassiq; succi, & tarde permeans, ac ad coquendũ difficilis. Non minimum etiam cerebrum omne stomacho nocet. Quidã aũt ipsius mollitie decepti, ipsum ægrotis exhibent, cum præter alia nauseam etiam concitet. Quinimmo, cum cuipiam à cibo uomitum mouere uis, huius partem pinguiter conditam, postremis epulis edendam exhibe. Illis uero caue exhibeas, qui non appetunt, quos ueteres ἀποσίτους appellabant. Merito igitur nemo cerebrum epulis mandit, cum omnes ipsa experientia docti, sciant ipsum nauseam excitare. Iure etiam pleriq; cum origano mandunt, uti nonnulli cũ sale uarijs modis apparato: quippe cum crassi sit succi, & excremẽtitium, omnino uomitioni fit accommodatius, quando cum incidentibus & calfacientibus fuerit paratum. Si tamen recte confici possit, alimentum corpori præstabit non contemnendum.

De ossium medulla.

MEdulla quę in ossibus inuenitur, cerebro est dulcior, iucundior, ac pinguior, adeo, ut si ea, inter se comparando, gustes, putaturus sis cerebrum austerum etiam aliquid in se habere. Porrò medulla nauseam prouocat, si liberalius sumatur, quemadmodum et cerebrum: nutrit tamẽ & ipsa, si probe conficiatur.

De spinali medulla.

SPinalis medulla eiusdem cum cerebro est generis: eam tamen perperam medullam appellarunt; cum medulla non modo spinali hac, uerũ etiam

etiam cerebro ipso sit humidior, ac mollior, & pin A guior. Quòd uero in spinę ossibus cõtineatur, coloremq; habeat medullae adsimilẽ, ob id ipsam medullam nominant: quo nomine quidã ipsum quoque cerebrum uocitarunt. Est porrò spinalis medulla cerebro continua, ac eiusdem cum eo naturae, nisi q̃ ipso multo est durior, potissimum in infernis spinae finibus. Quantum enim à cerebro abscedit, tantum magis durescit. Pinguitudinis sanè habet minimum, quò fit, ut nauseam non prouocet: & si probe conficiatur, non exiguum corpori dat alimentum.

De pinguedine, & adipe.

VTrunq; quidem est oleosum, humiditate tamen et siccitate inter se differunt. Pinguedo nanq; humida quaepiam res est, oleo longa uetu- B state incressato adsimilis. Adeps uero pinguedine multo est siccior: ideoq; si calfactum ipsum fundas, coit facile, ac concrescit. Pauci utraq; est nutrimenti: potiusq; carnium nos alentium sunt cõdimenta, quàm alimenta.

De pedestrium animalium uisceribus.

OMnium quidem animalium iecur crassi est succi, ac ad coquendum difficile, tardeq; permeat. Omniũ aũt est praestantissimum, non modo ad uoluptatẽ, sed ad alia etiam omnia, qđ συκωτὸν appellatur: quam appellationem inde habuit, q̃ animalis mactandi iecur multarum ficuum siccarũ esu sic præparent, quod maxime faciunt in suibus, propterea q̃ huius animalis uiscera, aliorum animaliũ uisceribus natura multo sunt suauiora: eua- C dunt tamen & illa seipsis meliora, cum animal ipsum caricas affatim comederit. Verum minime cõsentaneum hominibus uidetur, praeteritis quae natura cæteris praestant, deteriora consectari. Reliquorum aũt uiscerum lien quidẽ gustu est suauissimus: est enim in eo perspicua quaedam acerbitas: merito autẽ prauí quoq; succi esse creditur, ut qui sanguinem melancholicum generet: utroq; uero tanto pulmo est ad coquendum facilior, quãto est rarior: multo tamen, quod ad nutriendum attinet, hepate est inferior. Pituitosius autem est id alimentum, quod corpori prębet. Cor, substantia quidem caro est fibrosa ac dura, ideoq; ad coquendum est difficile, & tarde permeat: si tamen probe conficiatur, alimentum corpori exhibet non paucum, ne- D que mali succi. De renibus aũt (nam hos quoque quidã inter uiscera connumerant) prius diximus.

De quadrupedum animalium uentriculo, utero, & intestinis.

DVriores carnibus sunt hae partes, ob id, etiã si rite conficiantur, succum tamen gignent non planè sanguineum, neq; inculpatum, sed frigidiorem, ac crudiorem. Proinde multum temporis requirunt, prius quàm satis confici, & in probum sanguinem mutari queant.

De agrestium ac domesticorum animalium differentia.

DOmestica animalia temperie humidiora sũt quàm agrestia, tum ob aeris, in quo degunt, humiditatem, tum uero etiam ob uitae ignauiam. Quae uero in montibus degunt, multum exercentur, ac fatigantur, praeterea in aere sicciore uiuunt: quapropter eorum caro est durior, nulliusq; prorsus pinguedinis, aut paucissimę particeps. quę causa est cur pluribus diebus, quàm domesticorum, & ociose degentium animaliũ, seruetur imputris. Liquet item quòd alimentum, quod ab ijs prouenit, minus habet excrementi: contra excrementitium est, quod à domesticis atque ociosis sumitur. Necesse igitur est, alimentum eiusmodi nutrire ua lentius quàm alterum, succumq; gignere multo meliorem.

De lacte.

LAc quoq; inter cibos, qui ab animalibus sumuntur, est numerandum: in quo haud parua est pro anni temporibus differentia, & ea adhuc maior pro ipsorum animalium specie. Siquidem boum lac, crassissimum est ac pinguissimum: liquidissimum autem ac minime pingue, camelorum: mox, equarum: deinde, asinarum: mediae aũt consistentiae, est caprarum: hoc crassius, ouium. Secũdum autem anni tempora, lac post partũ est liquidissimum: temporis uero progressu, magis semper ac magis incressescit: Aestate uero media, ipsum etiam in medio suae naturę consistit: post id autem tempus, sensim iam crassescit, quoad penitus deficiat. Vere autem ut liquidissimum, ita etiam copiosissimũ. Quòd autem lac, ut prius diximus, pro- animalium specie differat, id uel intuenti quidem protinus apparet: manifestius autem fiet, si ex uno quoq; lactis genere caseus paretur. Etenim liquidissimum lac, serum: crassissimum, caseum habet plurimum. Merito igitur liquidius quidẽ lac, magis: crassius autem, minus aluum subducit: cõtra autem, crassius quidem ualentius nutrit: tenuius autem minus. Quòd si quis lac prius elixando serum omne consumpserit, nihil prorsus subducet. Iniectis uero lapillis ignitis, tantisper dum serum omne consumatur, praeterquàm quòd sic paratũ, aluum non subducit, contrarium etiam efficit, ipsumq; ijs exhibemus, quibus uenter acrium excrementorum demorsu infestatur: id ipsum autẽ efficiunt non minus quàm lapilli, aut etiam efficacius, ferrei orbiculi igniti. Facile tamen lac sic paratum, in uentriculo in caseum cogitur: ob id mel illi & salem admiscemus. Quin & aquam etiam affundere, securius fuerit, ut plerisq; medicorum factitant. Neq; mirum tibi uideatur, quòd sero consumpto, rursus aquam infundant. Non eñ seri humiditas est quam fugiunt, sed acrimonia: cuius occasione lac omne aluum subducit, ex substantijs contrarijs mistum, sero scilicet, & caseo. Ad haec tertium etiam pinguem succum habet, & ipsum quidem lac boum, ut dictũ est, plurimum: ideoq; butyrum (quod uocant) ex eo cõficiunt: quod gustu solo uisuq; quantum in se pinguitudinis habeat, facile cognoscas. Quòd si partẽ aliquam corporis eo inunxeris, ac fricueris, cernes cutim pinguẽ non aliter, ac si oleo fricuisses: praeterea, si mortui

animalis corium aridum eo inunxeris, eũdem cernes effectum: quinimmo homines in plerisq; frigidis regionibus, in quibus oleo carẽt, in balneo butyro utuntur: cernitur præterea, si ignitis carbonibus ipsum infundas, non aliter ac pinguedo flammam excitare. Deniq; utimur ipso in illis, in quibus utimur adipe, cataplasmatibus aliisq; medicamentis ipsum permiscentes. Pinguissimum itaq;, ut diximus, est lac bubulum: ouillum uero ac caprinum habent quidem & ipsa pinguedinis quidpiam, sed multo minus: asininum uero huius succi habet minimum. Quocirca non temere in uentriculo cuiusquam coagulatur, si statim ut mammis excidit, calidum fuerit epotum. Quòd si sal & mel adijciantur, fieri non potest, ut ipsum in uentriculo concrescat, ac coaguletur. Eandem ob causam magis per aluum deijcitur, ut quòd serum multũ habeat, à quo lac omne facultatem accipit deijciẽdi: uti à caseosa substantia, sistendi. Quãtum uero serum ab alia lactis natura succi bonitate superat, tanto alia omnia, quæ uentrem deijciunt, superat: ob id ueteres ad aluum subducendam, hoc potu plurimo usi uidentur. Tantum autem mellis optimi ei est inijciendum, quantum suaue citra stomachi euersionem, sentietur. Pari modo & salem eam mẽsuram inijcies, quo ad gustũ non offendat. Quòd si ipsum magis subducere uelis, salis quamplurimũ inijcies. Hæc certe diffusius explicuimus, quàm præsens institutum postulet. Propositum enim fuerat, ea commoda exponere, quæ lacti insunt, ut alimento, quibus cum id commodum, quod nobis præstat in aluo deijcienda, esset admistum, fecit rei affinitas, ut in hanc digressionem sermo noster deflexerit. Rursus igitur ad propositum reuersi, quæ de lactis facultate supersunt, exequamur: quorum id omnium est maximum, quòd omnium ferè quę mandimus, lac optimum, optimi est succi: uerum caue, male accipias, quod iam pronunciauimus. Non enim simpliciter diximus lac omne optimi esse succi, sed præterea optimũ adiunximus. Nam lac quidem, quod uitiosi est succi, non adeo succũ probum gignit, ut non malo succo utentium corpora impleat. Cui rei argumẽto fuit is infans, qui cũ priore nutrice mortua, alterius praui succi lac suxisset, totum corpus multis ulceribus habuit refertum: utebatur autem secunda hæc nutrix in agro, syluestribus oleribus propter annonæ caritatem, quæ ueris tempore acciderat: unde & ipsa huiusce modi ulceribus scatuit, & alij quidam, qui in eodem agro simili uictu sunt usi. uidimus & alijs permultis mulieribus infantes nutrientibus id tẽporis idem accidere. Atq; etiam si capræ, aut alterius cuiuspiam animalis scammoniam, aut tithymallum depasti, lac cibi loco quis sumpserit, omnino aluus illi fluet. Quemadmodum igitur de alijs omnibus, ita & de lactis facultatibus intelligere oportet, non tanquam simpliciter de quouis dicantur, sed de optimo duntaxat: quantum autem in singulis generibus unumquodq; ab optimo deficit, tanto commodis, quæ optimum id nobis præ

A stat, est inferius. Lac igitur quod ferè habet plurimum, etiam si semper eo utare, nihil penitus adferet periculi. Quod uero huiuscemodi humiditatem habet exiguam, caseosam autem crassiciẽ multam, omnibus qui ipso multum utuntur, est periculosum. Nam eos quidem renes offendet, qui calculis generandis sunt appositi: iecur item obstruet ijs, qui hoc affectu facile prehẽdi possunt: tales autem sunt, quibus fines eorum uasorum, quę cibum ex simis uisceris in gibba transsumunt, sunt angusti. Thoracis autem ac pulmonis partibus lac omne est utile: capiti uero, nisi quis ipsum habeat admodum firmum, non est accommodum, ut nec hypochondrijs, quæ leui de causa inflantur: in plurimis enim in uentriculo uertitur in flatus, suntq; B pauciſſimi, quibus id non accidat. Si uero cum aliquo eorum cibariorum, quæ crassi sunt succi, diutius elixum fuerit, flatuosam quidem naturã deponit, sed iecur magis obstruit, & calculos in renibus promptius gignit. Huiusmodi autem edulia libro primo esse diximus, amylum, similaginem, alicam, tragum, orizam, lagana, rhyemata, & panes non bene in clibano assos, nec multa tritatione prælaboratos, nec multo sale, ac fermento mediocri saturatos. Cęterum, ut in ijs, ita in alijs, quę nõnulli lacti admiscentes mandunt, mistorum facultas aliquam ex lactis facultatibus augebunt, aut imminuent. Nunc autem ipsius facultatem definiamus, illud boni esse succi & multi alimenti statuentes, quod ex contrarijs substantijs ac facultatibus est conflatum, subducendi scilicet ac sistendi, C obstruendiq; ac tenuandi. Quod nanq; eius serosum est, succos crassos tenuat, & aluum subducit: quod uero caseosum est, aluũ sistit, & succos crassos gignit. ex quibus, ut diximus, in hepate obstructiones, & in renibus calculi oriuntur. Nocet autem ipsius usus assiduus dentibus, & circundatis carnibus, quas gingiuas nominant. Has enim, humidas: dẽtes uero, putrefactioni et erosioni admodum obnoxios reddit. Sumpto igitur lacte, os uino diluto colluere conueniet: satius autem fuerit, si mellis etiam quidpiam ipsi inieceris. Ita nanque omne caseosum, quod ex lacte dentibus ac gingiuis circũfixum fuerit, abstergetur. Quòd si etiam cuipiam tam robustum sit caput, ut uini meri collutione non offendatur, melius is dentibus & gingiuis consuluerit: uerum tamen & mel uino permistum, misturam ex utroq; reddit meliorem. Illud uero dentium incolumitati tutissimum aduersus lactis iniurias fuerit præsidium, siquis post sumptum ipsum, primo, melicrato: deinde uino adstringente, os colluat.

De oxigalacte, id est, acido lacte.

OXygala autem, quod uocant, dentes quidẽ, qui saltem secundum naturam habent, nihil offendit: qui uero aut ob naturalem intemperiem, aut adscititium quempiam affectum, iusto sũt frigidiores, hi soli, ut ab aliorũ frigidorũ occursu, ita ab hoc quoq; offenduntur: accidit q; ijs nõnunquam symptoma, quod stuporem nominãt, quale post

post esum mororum immaturorum, & aliorũ om- A
nium acerborum & acidorum euenire consueuit. Illud item perspicuum est, quòd uentriculus, qui quauis de causa est frigidior, oxygala non belle cõficit: temperatus uero, quamuis ægre, conficit tamen aliquantum. Contra uentriculi iusto calidiores, siue ab initio tales fuerint, siue à quapiam causa postea in eam temperiem sint adducti, præterq; quòd nihil ab huiuscemodi edulijs lædunturcõmodo etiam aliquo fruũtur. Quin hi quoq; oxygala ipsum circundata niue prius refrigeratum, indo lenter ferunt: quemadmodum & alia pleraq; id genus edulia, atq; adeo aquam ipsam niue sic præparatam. Quocirca admirari subit plerosq; medicos, qui de singulis edulijs pronunciarunt, hoc quidem nobis esse utile, aliud uero noxium: præterea B ad coquendum facile, aut difficile: mali succi esse, aut boni: multi aut pauci esse alimenti: stomacho conuenire, aut aduersari: aluum ducere, aut sistere: aut aliam quamuis uirtutem, uitiumue obtinere. De quibusdam certe licet pronunciare, hoc quod dam edulium omnibus hominibus praui esse succi, aut ad coquendum difficile, aut stomacho noxium: de plurimis tamen fieri non potest, ut unico edicto citra ullam distinctionem uere pronuncies. Cæterum cum necessario lõga futura esset oratio, si in singulis edulijs, tam naturalium temperamentorum, quàm acquisititiorum affectuum distinctiones adscripsissemus: satius fore existimauimus (quemadmodum in primo horum commentariorum fecimus) ab initio uniuersalem quidem totiC us doctrinæ methodum ostendere: post autem in particularibus nonnunquam eam ad memoriam reuocare. præsertim in ijs, quæ non simplicis sunt naturæ, quale utiq; est lac, de quo nunc agimus: quod tametsi sensui quidem similare apparet, ex diuersis tamen substantijs ac facultatibus est compositum. Huic nanq;, etiam si optimum fuerit, prodiuersa tamen uentriculorum natura accidit, ut interdum quidem [in hoc] acescat: aliàs uero fumosum ac nidorulentum ructũ in altero sursum emittat: etenim cõtrarij sunt affectus, secundum quos, quod in uentriculo non fuit coctum, acidum aut fumosum euadit. Siquidem caloris inopia, in acorem: eiusdem autem excessu, in nidorem ac fumũ uertit. Quæ duo lacti eueniunt, quia in se nõ mo- D do serosam naturam, uerum etiam pinguem & caseosam contineat. Hac certe de causa oxygala quidem, si in uentriculo non coquatur, numquam in nidorem uertitur: potissimum, si in bilioſissimum ac feruentissimum uentriculum inciderit. Neq; enim amplius calidam acremq; qualitatem ac facultatem retinet, quam lac à sero habet: neq; pinguẽ & mediocriter calidam, quam lac à pinguedine, quæ sibi ineſt, possidebat. In huiuscemodi eñ præparatione, sola relinquitur caseosa substantia, eaq; ipsa non eiusdem naturæ, cuius ab initio fuit, sed ad frigidius conuersa. Itaq; de oxygalacte dixisse suffecerit, quòd frigidum est, ac crassi succi. Hæc enim sequitur, ut ipsum non facile à corpore me-

diæ temperaturæ conficiatur. ad eam enim in omnibus meis operibus, cum aliquid simpliciter pronuncio, sæpe iam monui id esse referẽdum. Quinetiam succum crudum, quem uocant (cuius naturam, tum prius alibi expositi, tum etiam in libro superiore de eo disserui) consentaneum est ab istiusmodi cibis abunde generari. Non abs re autẽ edulium hoc calidissimis uentriculis est utile: quemadmodum frigidioribus aduersissimum. Id tamen in singulis cibarijs non conuenit adscribere, sed in quibusdã meminisse suffecerit, quòd succus eiusmodi, qualis ex oxygalacte, caseo, & omnibus crassi succi edulijs prouenit, calculos in renibus solet gignere, cum hi calidiores iusto fuerint, siue ob naturalem intemperiem, siue ob alium quendam affectum ipsis postea innatum: non tamẽ pro caloris modo, meatuum transitus latos habeant. Corporum enim constructiones, quæ morbis maxime sunt obnoxiæ, ex partibus contrarij temperamenti componuntur: ut uerbi gratia, si uentriculus admodum sit calidus: cerebrum autem frigidum. Pari modo & pulmo aliquãdo, ac totus thorax frigidus est: uentriculus autem calidus. frequẽter uero contra euenit, ut omnia alia scilicet æquo sint calidiora: solus autem uentriculus frigidior sit, hepar uero calidius: atq; in alijs partibus similiter. Quapropter initio etiam monuimus, utilissimam esse doctrinam, quæ de facultatibus, quæ alimentis insunt, tradit, cum eas differẽtias explicat, quæ in humiditate spectantur, & siccitate, caliditate, & frigiditate. Præterea substantiæ ipsorum lentore, aut crassitie: ad hæc, quod aut similare est, de quo agetur, uel ex partibus temperamento contrarijs compositum, cuius generis est lac. Ad horũ porrò dignotionem dixi nos manu duci, cum per olfactum ac gustum, tum per alia symptomata, de quibus in operis huius initio disserui: uti nunc quoq; in lacte eius naturam ostendi ex ijs symptomatibus, quæ ei accidunt, cum aut calefit, aut coagulo cogitur, aut alio quouis modo partes ipsius fecernuntur: etenim uel citra coagulum scilio, quam uocant, id efficit, cum lacti abunde calido oxymel frigidum instillamus. Idem etiã mulso efficimus. Interdum etiam citra ullam liquoris instillationẽ, uase frigidissimam aquam cõtinente in lac demisso, ipsum scindimus. Præterea sine coagulo id lac, quod post editum fœtum emulsum fuerit, protinus concrescit, si super cineres calidos parumper calefiat: uidenturq; ueteres comici lac ita coactũ, pyriasten appellasse. In Asia autem apud nos pyriephthum, ipsum nominãt. Id quidem lac omninò ab alia substantia est purum. Cum autẽ melle ipsi admisto, per coagulum cogunt, hoc quidem opere, quod in eo est tenue & aquosũ, separatur. Quidam autem ex ipso duntaxat, quod coactum est, mandunt: quod partim ex caseosa lactis substãtia, partim ex calida atq; ignea coaguli facultate, partim ex melle ipsis admisto est compositum: alij uero unà cum eo quod cõcreuit, serum quoq; transglutiunt, idq; aut pariter totũ cum toto, aut alterũ

altero copiosius. accidetq́, ut alijs quidē largius: alijs uero minus aluus subducatur, proportione quantitatis serosi humoris. Perspicuum præterea est, quòd eorum corpus, qui solum id, quod concretum est, comederint, amplius nutriet: minus uero eorū, qui unà cum ipso serosi humoris quidpiā transglutierint: & multo adhuc minus eorū, qui eius quidem, quod coactū est, parum: serosi aūt humoris plurimū hauserint. Simili modo & in eo, quod à partu, siue cū melle, siue absq; eo coīt, non paruam differētiam inuenies. Cum enim mel non accepit, ad coquendum est difficilius, et succi crassioris: præterea per aluum tardius secedit, utrunq; tamen corpus abunde nutrit. Hæc de lactis facultate nouisse, in præsenti opere sufficerit. Eius nanque utilitates, quas in morbis præstat, ijs qui quauis ex causa tabe laborant, aut ulcus habent in pulmone, proprie ad medendi rationem pertinent.

De caseo.

DE casei quidem facultate iam diximus, cum de lacte sermonem faceremus, satius tamen fuerit nunc rursum particulatim de eo tractare. Nam dū paratur, assumit ab iniecto coagulo acrimoniam, humiditatemq́ omnem deponit, & potissimum, si inueterarit: tum enim quàm prius acrior euadit, & manifeste calidior redditur, atq́ ardētior: ob id ipsum [sticuloſior] & ad coquendum difficilior, & peioris succi efficitur. Qua de causa, nec id ipsum, quod crassis cibis acres ac tenuantes facultates admistas habentibus, ineſt commodi, caseus citra noxam possidet. Maior enim noxa ex succi ipsius prauitate, & ardenti calore accidit, q̄ crassorum tenuatio conferre queat: quando ad calculorum in renibus procreationē hic succus [nō] minus est noxius. Ostendimus enim calculos in illis corporibus nasci, in quibus succorum crassiti es cum ardenti calore est coniuncta. Fugiendus igitur est eiusmodi caseus, ut qui nihil conferat neque ad coctionem, neq; ad distributionem, neque ad mouendam urinam, neq; ad uentris deiectionē ceu uticq; nec ad succi probitatem. Deinceps autē malus quidem, sed prædicto minus est putandus, qui neq; est uetus, neq; acris. Omnium autem caseorum recentium is est præstantissimus: qualis apud nos Pergami, & in Mysia, quæ est supra Pergamum, fit, qui ab incolis oxygalactinus appellatur, suauissimus quidem in cibo, stomacho autem minimum noxius, alijsq; omnibus caseis cōcoctu transitu facilior, succum habens non uitiosum, neq; usq; adeo crassum: quod uitium omnium caseorum est cōmune. Præstantissimus etiam est is, qui Romæ apud diuites celebratur, Βαβὺν appellant: & præterea alij quidam in alijs regionibus. Cum autem singulatim permagna sit in ipsis differentia, tum pro animalium natura, tum pro præparandi modis, & præterea ipsorum caseorum ætate: conabimur hoc in loco ipsorum facultatē paucis scopis circumscribere: quibus quis intentus, meliorem à deteriore facillime discernet. Scopi quidē in genere sunt duo, quorum alter in certa substantiæ casei consistentia uersatur, secundū quam mollior est aut durior, densior aut laxior, glutinosior aut friabilior: Alter in gustabili qualitate cōsistit, secundum quam in quibusdam ipsorū acor superat, in alijs acrimonia, aut pinguitudo, aut dulcedo. aut aliud quidpiam id genus, aut omniū est uelut æquabilitas. Porrò secundū speciales differentias prædictorū generū, mollior quidē duriore est præstantior: rarus uero ac laxus, denso admodum ac compacto. Iam uero cum glutinosus ualde, & is qui ad asperitatē usq; est friabilis, sint uitiosi, præstantior est, qui inter hos duos est medius. Quòd aūt ad eam dignotionem, quę fit gustu, pertinet, is omniū est præstantissimus, qui nullam uehementem habet qualitatē, sed dulcem habet supra alias parum eminentē. Suauis item insuaui est præstantior: & mediocriter salitus, eo qui est permultū, & eo qui omnino salis est expers. Postea tamen q̄ caseum sic examinatū sumpseris, licebit etiam ex ructu cognoscere, qualis inter caseos sit melior, aut deterior. Cuius nāq; qualitas paulatim marcescit, præstantior: cuius contra perdurat, nō bonus. Iste enim perspicue ægre mutatur, atq; alteratur, & ob id ipsum ægre conficitur. Omnium em̄ qualitatū, quarum ante meminimus, alteratio necessario sequitur alimentorum coctionem.

De pedestrium animalium sanguine.

SAnguis [omnis] ad coquendum est difficilis, præcipue crassus, & melancholicus, qualis est bubulus: Leporinus autē ut suauissimus celebratur, multiq; ipsum cum iecore solent elixare: quidam autem cum alijs etiam uisceribus. Sunt qui suum quoq; iuniorum sanguinem edant, ceu alij etiam grādiorum, cum castrati fuerint: Aprorum uero nemo ne gustare quidem tentauerit, propterea quòd insuauis est, & ad coquendum difficilis. Homerus quoq; caprarum sanguinem in cibo iucundum esse non ignorauit.

De alimento, quod à uo lucribus animalibus sumitur.

VEteres omnes animalia uolucria ac bipeda ὄρνιθας nominabant: nunc autem apud Grę cos consuetudo inualuit, ut quas illi ἀλεκτορίδας, id est, gallinas uocabant, nunc solas eas ὄρνιθας appellent, quemadmodum & masculos ipsos ἀλεκτρυόνας. Auium porrò omnium uolucriū genus, paucissimum præstat alimentum, si ad genus gressilium cōferatur, potissimum, si ad suillā qua non aliud inuenias, quod copiosioris sit nutrimēti: uolucrium tamen caro ad coquendū est facilior, præcipue perdicis, atagenis, colūbæ, galli gallinacei, & gallinæ: turdorum uero, & merularum, paruorumq; passerum (inter quos etiam sunt, quos turricolas uocant) caro q̄ prædictorum est durior: his autem ipsis, turturis, palumbi, anatisq; caro est durior: phasianorū, quod ad concoctionem, & nutrimentum attinet, gallinis est similis, uoluptate tamen in eḋo superat: his durior est pauonis caro, & fibrosior, & ad coquendum difficilior. Porrò in omnibus uolucribus animalibus, ut et in quadrupedibus, scire in uniuersum oportet, quòd augescentium caro multo est præstantior, quàm ætate declinātium: media autem est inter utranq́, florentium. Praua autem admodum est ualde nouellorum, sed diuersa ratione ac senum. Siquidem horum caro dura est, & sicca, ac neruosa: ideoq́ prava ad coquendum, & exigui nutrimenti. Contra animalium nuperrime editorum corpora, mucosa sunt, ac humida, eoq́ excrementis plena, facilius tamen per aluum secedunt. Hæc in cunctis animalibus memoria teneto: id enim omnibus ipsis ex æquo ineſt secundū differentias, quæ ab ætate sumuntur: cōmunis etiam est, si sanitatem spectes, præparationis modus, quem antea exposuimus, & nunc rursum summatim repetemus, facultates duntaxat in memoriā reuocantes, q́ quæ assa sunt & frixa in sartagine, ea sunt sicciora: quæ uero in aqua dulci sunt elixa, alimentum corpori præbēt humidius. De ijs porrò quæ ex albo iure, uarijsq; patinarum condimentis esitantur, antea abunde disseruimus, ceu de domesticis quoq́, & agrestibus. Non mediocris uero est differentia eorū, quę in stagnis, aut paludibus, aut lacustribus locis uiuunt, cum ijs quæ in mōtibus, aut locis siccis degunt. Nam pro locorū natura ac proportione, animalium carnes fiunt sicæ, & excrementis uacuæ, & ad coquendum faciliores: aut humidæ, & excrementitiæ, & concoctu difficiliores.

De anseribus, & struthocamelis.

Χηνῶν nomen ueteribus etiam est cōsuetum, στρθοκαμήλων uero insolens. Nominant enim eas μεγάλας στρθοὺς: ego uero etiamnum adolescentulus, audiui sophistam quendam ex eorum numero, qui de eiusmodi problematibus disserūt, in utranq́ partem disceptantem, ac probantem, huiuscemodi animalia nunc aues esse, nunc uero nō esse. Longe aūt prestiterit nō id, sed qualemnā alimentum, quod ab ipsis sumitur, habeat facultatem, inquirere: id autem ubi ex me audieris, per ocium ab alio disces, utrum oporteat animalia hæc aues nominare, nec'ne. Ipsorum igitur caro est excrementitia, multoq́ ad coquēdum est difficilior, quàm prædictorū uolucrium animaliū: ipsorum tamen alæ non sunt cæterorum alis deteriores. Quadonquidē in multis uolatilibus, potissimum quæ parua sunt, & carne dura prædita, alarū substantia est fibrosa, ac dura. Quarundam aūt caro tota est eiusmodi, cuiusmodi gruum: quas tamen & ipsas mandunt, plurimis ante diebus maceran tes, & (ut sic dicam) mortificantes. Inter grues autem & anseres caro tardarum, quas uocant, quodammodo est media, quæ ὄτιδες uel ὠτίδες appellantur: utroq; enim modo prima syllaba profertur, & scribitur, per ο scilicet, & per ω.

De differentia, quæ est in partibus animalium uolucrium.

VIscera quidem in uolucribus animalibus, eandem habēt ad carnes proportionē, quam

in pedestribus habere memorauimus: intestina uero horum omnium omnino nō manduntur, in eorum tamen uentriculis non ita habet. Vesci enim sunt, & nutriunt. Quidam autē ipsorum ualde etiam sunt iucundi, ceu anserum, post quos sunt altilium gallinarum. Quemadmodum autem in suibus, dum adhuc uiuunt, hepar ex carícarum pastu ad uoluptatem præparatur: ita in anseribus uideo ipsorum alimenta lacte imbui: ut non modo eorū iecur sit iucundissimum, sed potenter etiam nutriat, ac optimi sit succi, & deiectu minime difficile, probeq́ similiter in uentriculo cōficiatur. Ad hæc alæ anserum ad concoquendū ac nutriendū sunt accommodæ: & ijs adhuc magis gallinarum. Cæterum cum iuniorum animalium caro ab annosorum multum dissideat, alarum quoq́ natura multo euidentius dissidet. Parí modo gracilia ab obesis discrepant. Nam iuniorum ac probe nutritorum caro præstātissima: pessima autem gracilium & annosorum. Pedes autem paulo minus omnium, cibo sunt inepti. Gallorum autem gallináceorum cristas, ac palearia nemo nec probarit, nec etiam damnarit: horum uero testes sunt præstantissimi, præcipue altilium, & multo magis si cibus eorum, quo sunt nutriti, seroso lacte fuerit imbutus: nā & boni sunt succi, & ualide nutriunt, & ad coquendum sunt facillimi: deiectionem tamē nec iuuant, nec morantur. Cæterum animalia uolucria exiguum quidem habēt cerebrum, sed ipsum tamen tanto pedestrium cerebro est præstantius, quanto est durius: uolucrium aūt ipsorum, montana cerebrum habent q̄ palustria præstantius, pro aliarum omnium partium proportione. Quidam autem falsò struthocameli uentriculum laudant, ceu medicamentum quoddam, quod coctionem iuuat: alij uero longe magis mergi uentriculū laudant. Verum hæc neq́ ipsa facile concoquuntur, neq́ alijs in eo ceu medicamenta auxiliantur, ueluti zingiber & piper: & præterea alia ratione uinum & acetum. Quòd si de uolucriū animalium lingua, ac rostro dicere aggrediar, cum ea nemo ignoret, garrire merito existimabor.

De ouis.

OVa quoq́ inter alimenta, quæ ab animantibus sumuntur, sunt numeranda, quorū tres inter se sunt differentiæ: Prima quidem penes propriam substantiā. Gallinarum em̄ ac phasianarum sunt præstantiora: deteriora uero anserū ac struthocamelorum: Secunda aūt penes tempus: aut enim longo ante tempore, aut breui sunt edita: Tertia penes coctur̄ rationem: nam quædam diutius cocta fuerunt: alia ad mediocrem usq; cōsistentiam: alia duntaxat excalfacta fuerunt. Secundum quas differentias, alia quidem cocta uocantur: alia tremula: alia sorbilia: Tremula uero ad nutriendum omnium sunt præstantissima: Sorbilia autem minus quidem nutriunt, sed facilius subducuntur, & pharyngis asperitates læuigant: Cocta uero & ad coquendū sunt difficilia, & tardi trāsitus, crassiusq; alimentū corpori tribuūt. His uero tardius

permeant, ac peioris sunt succi, quæ in calidis ci-
neribus assantur. Quę uero ὧν ἓν πεψηνωμ, id est,
in sartagine sunt spissata, atq; ob id ipsum πεψνισ-
σὰ nuncupanť, pessimum habent omnibus modis
alimentũ. Nam interim dum coquuntur, in nido-
rem uertuntur, & præterq; quòd succũ crassum gi
gnũt, ipsum etiã prauum gignunt, atq; excremen-
titium. Porrò quæ πνικτὰ, id est, suffocata appel-
lant, elixis & assis sunt meliora: parãtur aũt ad hũc
modum. ubi ipsa oleo, & garo, & pauco uini con-
sperſa fuerint: uas, quo continenť, cacabo aquam
calidam habenti indunt: deinde ubi ipsum totum
superne obturarint, ignem substruũt, quoad oua
mediocrẽ habeant cõsistentiã. Quę eñ supra mo-
dũ sunt crassa, elixis & assis fiunt similia: Quę ue-
ro ad mediocrẽ crassitiem peruenerunt, & melius
q; dura concoquuntur, & alimentũ corpori dant
præstãtius. Eidẽ etiã consistentiæ mediocritati, in
tentos nos esse oportet, in ijs ouis, quę superne cal
darijs ĩfundũtur, non permittentes neq; ipsa om-
nino incrassari: sed cum adhuc succum suum reti-
nent, uas ab igne submouentes. Oua aũt recentia
ueteribus plurimũ præstant: quippe optima sunt
recentissima: uetustissima autem pessima. Quæ ue
ro in horum medio sunt, proportione recessus ab
extremis, bonitate aut prauitate inter se differũt.

De uolucrium animalium sanguine.

GAllinarum ac columbarũ sanguine nõnulli
uescuntur, maxime altilium, qui suum san-
guine haud quaquam est inferior, neq; uoluptate
neq; concoctionis facultate: plurimum tamen re-
linquitur à leporino. Sanguis autem omnis, quo-
cunq; modo ipsum parueris, ad coquendum est
difficilis, & excrementitius.

De nutrimento, quod ab aquatilibus ani-
mantibus sumitur.

ANimaliũ in aquis degentiũ, permulta sunt
genera, differentiæq; in ijs sunt, ac species.
Nunc uero similitudines inter ipsas, quę ad usum
medicinæ pertinent, ut in prioribus fecimus, refe-
remus: medicinã aũt, aut artẽ sanitatis tuendę dice
re, nihil ad præsens propositũ interfuerit. De om-
nibus igitur dicemus, quemadmodũ in alijs ante
fecimus, quibus uulgo assidue uescuntur.

De mugile.

MVgilis ex squãmatorum piscium est gene-
re, nasciturq; non in mari modo, uerũetiam
in stagnis ac fluuijs. Proinde particulares mugi-
les magnum inter se habent discrimen, adeo ut pe
lagici mugilis genus, diuersum esse uideať ab eo,
quod in fluminibus, stagnis, lacubus, aut riuulis
urbium latrinas purgantibus, prouenit. Eorum
sanè caro, qui in aquis limosis ac sordidis degunt,
excremẽtitia est admodũ ac muccosa. Optima au
tem eorum est qui in puro mari uiuunt, præcipue
cum uentorũ procellis agitatur. Nã in quieto, nul-
lisq; agitato fluctibus, tanto piscĩũ caro fit deteri-
or, quãto minus exercitatur: in stagnis aũt maríti-
mis (quæ λιμνοθαλάσσας appellãt) adhuc est deteri
or: et hac adhuc magis in stagnis: quę si parua sint,
nec magnos fluuios recipiãt, neq; fontes habeãt,
nec largũ effluuium, multo profecto est deterior.
Pessima sunt stagna, ex quibus nihil aquæ omni-
no effluit, sed stabilis est, ac planè immota. De ijs
porrò, qui in paludibus, lacubusq;, atq; id genus
locis degunt, initio diximus. Pessimã enim habẽt
carnẽ, qui in eiusmodi locis degunt. Eorũ aũt, qui
in fluuijs gignuntur, præstantiores sunt, qui in ijs
gignuntur, in quibus aqua rapide fluit, ac copiosa
est: qui uero in stagnantibus, non boni. Præterea
penes alimẽta pisces meliores peiores ue euadũt.
Nam quibusdam herbarũ ac bonarum radicũ co-
pia suppetit, ijq; eam ob causam sunt præstãtiores.
Alij herbas pascuntur limosas, & radices mali suc
ci. Præterea qui in fluminibus urbem magnã prę-
terfluentibus, hominũ stercoribus & prauis id ge
nus escis uictitant, omniũ, ut diximus, sunt deter-
rimi: adeo, ut si paulo diutius mortui permanse-
rint, statim putrescant, & pessime oleant. isti aũt in
cibo sunt prorsus iniucundi, & ad coquendũ diffi
ciles, exiguumq; boni quidẽ alimenti, excremẽti
aũt plurimum reddunt. Quare mirũ non est, si pra
uum succum in eorũ corporibus, qui quotidie il-
lis uescuntur, congerant. Qui cum sint deterrimi,
omniũ cõtra sunt præstantissimi, qui (ut diximus)
in purissimo mari degũt, maxime ubi littora, quæ
aquam in orbem ambiunt, terra nõ abundant: nec
læuia, sed aut arenosa sunt, aut aspera. Quòd si prę
terea ad boreã spectent, longe erũt meliores. Cum
enim exercitationes propriæ non parum ad succi
probitatẽ omni animanti conferãt, puritas adhuc
eius uenti, qui aquæ miscetur, substantię ipsorum
bonitatem auget. Perspicuũ igitur ex ijs quæ dixi
mus, est, mare alterum alteri in eo præstare, q; aut
purum planè est, aut fluuios multos et magnos ex
cipit, ut Pontus. Pisces enim, qui in huiusmodi de
gunt, quanto stagnales antecellũt, tanto ijs, qui in
puro mari degunt, sunt inferiores. Sunt aũt & sta-
gna quædam huiusmodi, quorũ quędam λιμνοθα-
λάσσας appellãt, ubi uidelicet fluuius magnus sta-
gnum efficit, quod mari cõiungitur. Et ut fluuius
non stagnet, ubi primũ mari cõmiscetur, aqua ex
salsa ac dulci est mista, & piscĩũ caro, qui in ea a-
qua degunt, media est inter fluuialium & marino
rum piscium carnem. Cõmunis aũt tibi sit hæc o-
ratio, alijs quoq; piscibus, qui in fluminibus, et sta
gnis, & mari gignuntur: nam bona eorũ pars non
ambigit: cum marini fluuialem aquam fugiãt: flu-
uiales autem ac stagnales, marinam. Mugilis uero
omniũ maxime aquis utriscq; utitur: eaq; ipsius na
tura est, ut à mari longissime discedẽs, aduerso flu
mine natet. Hic quidẽ mugilis numerosas ac par-
uas spinas non habet, uti nec alius quispiam mari
norum: qui uero è fluuijs, aut stagnis mare ingre-
ditur, nõ secus ac cõgeneres, plenus est huiusmo-
di spinarũ. Nam omniũ ferè piscĩũ caro, qui in sta-
gnis, aut fluminibus gignunť, tenuibus spinis ple
na inueniť, quas nullus marinorũ habet. Nã quo
loco magni fluuij ostiũ mari cõmittitur, nonnulli
quidem piscĩũ fluuialium in mari, quẽadmodum
&

& marini quidam in flumine capiunť, quos discer
nas, eo quòd prędictas spinas, aut numerosas, aut
prorsus nullas habeant. Pauci sanè fluuialiũ mare
ingrediuntur: at marini omnes fluuijs gaudent.
Continuo aũt & gustus mandenti tibi, præstantio
rem mugilem indicabit. Iucũdior nanq; ipsius est
caro, & acrior, pinguedinisq; expers. Pingues cõ
tra, & soluti saporis, tum cibo, tum ad cõcoquen-
dum sunt deteriores: præterea stomacho sunt no-
xij, & uitiosi succi: quapropter cum origano ipsos
parant. Quidã uero nostrates, pisces quosdã in flu
uijs genitos λαβρίσκους nominãt, rati diuersos esse
à mugilum genere: cætera tamen omnino animal
animali est simile, nisi q; λαβρίσκος paulo est candi
dior, caputq; habet minus, & saporẽ acidiorem:
alimenti aũt quod ab eo sumitur, facultas est, qua-
lem prius fluuiali mugili ineſſe diximus. Proinde
de nomine, nõ de re est cõtrouersia. Quod aũt no
uisse magis retulerit, id iam dicã. Hic pisces unus
eorum est, qui sale cõditi asseruãtur. Nam stagna-
lis sic conditus, multo q; ante præstantior euadit.
quicquid enim mucosum, aut uirosum gustu re-
fert, id totum deponit: Verum recens salitus, ian-
diu salito est melior. Sed de salitis quidẽ piscibus
paulo post sermo communis habebitur, sicut de
ijs, qui hyeme (ut sic dicam) mortificantur.

De lupo seu laurace.

HVnc piscem in aquis dulcibus natum nõ ui
dimus, sed è mari in flumina, aut stagna ascẽ
disse conspeximus. Ideoq; paruus, raro: quẽadmo
dũ mugilis, sæpe inueniť. Et quanq; pelagius sit,
stagna tamen maritima non fugit, nec fluuiorum
ostia: Pelagij enim uocantur, qui in mare profun-
dum secedunt. Alimentũ sanè, quod tum ex hoc,
tum ex alijs piscibus prouenit, sanguinem gignit
cõsistentia tenuiorem, q; quod ex pedestribus ani
malibus sumitur, adeo, ut non adfluenter nutriat,
et celerius discutiať. Cum aũt nomen hoc tenuius
nunc in duabus rebus inter se collatis, nunc citra
collationem enũciemus, sciendũ nos, cum ipsum
simpliciter pronunciamus, ad sanguinem medi-
um inter extrema cõparare. Extremæ autem pra-
uitatis secundum consistentiam, sanguis est tum
crassus, ut pix liquida: tum serosus adeo, ut postea
quam è uena effusus concreuerit, plurimũ habeat
aquosæ humiditatis supernatantis. Laudatissimus
uero est, qui inter hos exacte est medius, qui fit ex
pane optime præparato (de quo primo libro egi-
mus) & animalibus uolucribus, de quibus dixi-
mus, perdice scilicet, alijsq; id genus: quibus ex
marinis piscibus pelagij sunt propinqui.

De mullo seu trigla.

HIc quoque pelagicis piscibus annumeratur:
celebratur autem apud homines, tanquam
uoluptate cibos reliquos superet. Omnium fer-
mè aliorum carnem habet durissimã, & ualde fria
bilem: quod idem significat, ac si dicas nihil in eo
esse lentoris, neq; pinguedinis. Nutrit certe, cum
probe confectus fuerit, omnibus alijs piscibus co
piosius. Diximus aũt antea, quòd cibus durior, ac
crassiorum partium, & (ut sic dicam) terrestris ma
gis, alimentum corpori præstat copiosius, q; hu-
midior ac mollior, præsertim quando præter id,
substantiam habet corpori alendo accõmodatam
ac familiarẽ: quæ substantia uoluptate iudicatur.
Nam alimenta, quę tota substantia ab alendis ani
malibus sunt aliena, ea aut non prorsus, aut insua
uiter manduntur: ex familiaribus uero, quemad-
modum humidius, minus nutrit, ita coquitur faci
lius ac distribuitur. Ergo mulli caro, iucunda qui
dem est, ut quę alimentũ est hominum naturæ ac-
cõmodum: & quanq; alijs piscibus sit durior, man
di tamen quotidie potest, propterea q; friabilis est
& pinguedinis expers cũ quadã acrimonia. Nam
pinguia & lenta cibaria, statim ut sumpta fuerint,
celeriter implent, & appetentiã euertũt. Præterea
quod maius est, cõpluribus deinceps diebus ipso-
rum esum nõ sustinemus. Verũ mulli hepar pro-
pter uoluptatẽ à gulosis summopere expetiť. Qui
dam uero ne ipsum quidem per se mandere uo-
lunt, sed garelæam, quod uocant, in uase cum pau
xillo uini pręparantes, in eo uiscus ipsum tãtisper
cõminuunt, quoad totum simul ex ipso & humi-
dis pręparatis succus unus fiat simplex ad sensum
ac similaris, in quo mulli carnes intinctas mandũt.
At mihi profecto nequaq; tantæ suauitatis esse ui
detur, neq; tantã corpori utilitatẽ adferre, ut tan-
topere sit cõcupiscendũ, uti nec ipsum caput: quã-
quam gulosi hoc quoq; laudãt, ac secũdas post ie-
cur ferre prædicãt. Cęterũ intelligere nequeo, cur
permulti grandissimos mullos emptitẽt, cũ nec a-
deo suaui sint carne, ut minores: nec ad coquen-
dum facili, ut quæ dura admodũ est. Ob eã igitur
causam, cum quendã aliquãdo interrogassem, qui
ingenti pecunia prægrandes mullos emerat, quid
esset, q; illos tãtopere expeteret, respõdit se primũ
propter hepar illos tanti emisse: tum aũt & pro-
pter caput. Verum hactenus de mullis hæc dixis-
se, huic sermoni, in quo utilitatem inquirere insti-
tuimus, satis fuerit. Porrò optimi mulli fiunt, ut
alij etiã omnes pisces, tũ propter mare purũ: tum
maxime propter alimenta. Nam qui cancellos uo
rant, & grauiter olent, & insuaues sunt ac ad co-
quendũ difficiles, & mali succi. Hos porrò digno-
sces, si prius quidem q; uescare, uentrẽ reseraris:
inter uescendum uero ipse statim gustus ac olfa-
ctus iudicium adferet.

De piscibus saxatilibus.

SCarum, merulam, turdũ, iuliam, fucãm, percam
à locis, in quibus uersari comperiuntur, pi-
sces saxatiles appellant. Non enim in læuibus, aut
arenosis, aut terreis littoribus, sed in petrosis pro-
montorijs, & ubi saxa sunt, delitescunt, ac pariũt.
Inter hos autem scarus excellere suauitate credi-
tur, secundum hunc, merulæ ac turdi: tertio loco,
iuliæ, fucę, ac percæ. Porrò alimentũ, quod ex eis
sumitur, non modo ad coquendum est facile, sed
hominum etiam corporibus est saluberrimum, ut
quod sanguinẽ medium cõsistentia generet. Me-
dium autem uoco, qui neq; admodum tenuis est,
neq;

neq; aquosus, neq; uehementer crassus. At cum magna huius medij sit latitudo, de ipsius differentijs procedente sermone disseremus.

De gobione.

GObio littoralis est piscis, ex eorũ etiam numero, qui parui perpetuo manẽt. Prestantissimus aũt ad uoluptatẽ, coctionem, simul ac distributionem, & succi bonitatem est is, qui in arenosis littoribus, aut saxosis promontorijs uiuit. Non autem æque est iucundus, neque boni succi, neque ad coquendum facilis, qui in fluminum ostijs aut stagnis maritimis uersatur. Quòd si aqua limosa quoq; fuerit, aut fluuius urbem expurget, gobio, qui in eis gignetur, erit deterrimus: ceu alij omnes pisces, qui in aquis huiuscemodi uersantur. Merito igitur in saxatilibus piscibus nullũ est inter congeneres discrimen manifestũ, ut qui perpetuo in purissimo mari degãt, aquamq; dulcissimã, & eam quæ ex eiusmodi & marina est mista, fugitent. Secũdis aũt post hos pelagicis idem accidit: neq; enim hi tantum inter se dissident, quantũ qui in utriscq; aquis uersantur: horum nanq;, qui in purissimo mari degunt, suorum congenerũ sunt præstantissimi: contra omnium sunt pessimi, qui in fluminibus urbes expurgantibus uictitant. Medij uero inter hos sunt, qui in medijs locis uersanť. Diximus autem hæc supra, cũ de mugile agebamus. Cæterum gobionum caro, ut carne saxatilium est durior, ita mollior q̃ mullorum. Ipsa igitur proportione uescentium corpus nutrit.

De piscibus molli carne præditis.

PHilotimus in tertio de alimentis, de piscibus carne molli præditis, ad uerbum sic scripsit, Gobiones autem, & fucæ, iuliæ, percæ, murenæ, turdi, merulæ, lacerti, ad hæc asini, hamyæ, passeres, iecorarij, cithari, umbrę, atq; molliũ carniũ genus uniuersum, facilius q̃ alij pisces cõficiuntur. Ipsum sanè iure quis demiretur, quonã pacto scarũ pręterierit, cũ is inter pisces saxatiles primas teneat, quibus omnibus caro ineſt, q̃ alijs piscibus, mollior ac friabilior. Quidam enim ipsorum molli quidem sunt carne, sed nullam habent friabilitatem, ut quibus succus quidã lentus ac pinguis innatet: [alij nihil lętoris, nec pinguedinis habẽtes] in eo quidẽ saxatilibus sunt similes, carnis tamen duritie ab eis discrepant, cuiusmodi sunt pelagici propemodum omnes, nisi siqui ipsorũ prauo alimento propriam carnem corrumpant, ut mulli, qui cancellos mandũt. Cancelli aũt parua sũt animalia flauo colore, minimis cancris similia. Saxatiles uero, nec alimenta, nec loca mutant, nec dulcibus aquis utunť, ob eamq; causam omnes perpetuo sunt inculpati. Quos Philotimus quidem asinos nominauit, alij aũt asellos nominãt, siquidem probo utantur alimento, & mari puro, carnis bonitate cum saxatilibus cõtendent: qui uero prauo alimento utuntur, aut in aquis mistis, & potissimũ si eæ uitiosæ fuerint, degunt, carnis quidem mollitiem non abijciunt, sed pinguitudinem ac lentorem acquirũt, propter quam neq; suaues amplius, ut ante, manent, sed alimentũ ex seipsis excrementitium reddunt. In omnibus porrò piscibus, id cõmuniter, ut diximus, memoria tenere oportet, pessimos gigni in eorum fluuiorum ostijs, qui latrinas expurgant, aut culinas, aut balneas, aut uestium ac linteorum sordes, aut siqua sunt alia in urbibus, per quas medias fluunt, expurganda, & potissimum, si populosa urbs fuerit. Quin & ipsius murenæ, quæ in eiusmodi aqua degit, caro deterrima inuenitur: quanquam certe neq; flumina ipsam subire inuenias, aut in stagnis gigni, pessima tamen in huiusmodi fluuiorũ ostijs, qualis est Tyberis Romam præterfluens, gignitur: eoq; in ea urbe omnium ferè marinorum piscium minimo emitur: quemadmodũ & qui pisces eodem in flumine nascuntur, quos nonnulli Tyberinos appellant, tanq; speciem habeant propriã, nulli marinorum similem. q̃ autem mistione eorũ, quę ex urbe in fluuium influũt, fiant deterrimi, ex eo intelligere poteris, quòd meliores sunt, qui in eodẽ fluuio nascũtur, prius q̃ is ad urbem perueniat. Quin & alius quidam est fluuius in Tyberim trecentis & quinquaginta stadijs ab urbe prorumpens, quem Nar appellant, qui pisces habet longe Tyberinis præstãtiores. Nam & ab ipsis statim fontibus magnus oritur, & purus perpetuo decliui rapidoq; fluxu in ipsum usque Tyberim profluit: nusquam prorsus ne tantillũ quidẽ restagnans. Porrò q̃ propter cõsuetudinẽ uernaculos pisces experiẽtia habẽt exploratos, ijs memoratis paulò ante indicijs ad ipsos dignoscendos nihil opus fuerit. Quibus uero eorũ usus est insolitus, siue ex alia ciuitate eò migrarint, siue sint incolę, hæc omnia statim initio expendant, prius q̃ à propria experiẽtia ad cognitionem naturę singulorũ piscium adducanť. Non igitur oportebat Philotimũ simpliciter de omnibus tenera carne præditis piscibus simul tractare, neq; saxatiles alijs indiscriminatim permiscere. Hi nanque semper sunt optimi: quod asellis minime contigit, nec murenis, ut ne gobionibus quidem. Etenim quidam ex his in fluuijs & stagnis: alij autem in mari nascuntur: alij in stagnis maritimis, quæ uocant, aut omnino in aquis permistis, ubi magni fluuij ostiũ mari cõmittitur. Plurimũ certe particulatim inter se dissident, ut mugilis & murena. Asselli uero his quidẽ minus: uerũtamen hi quoq; inter se nõ mediocriter discrepant. Cæterum gobiones non perinde mollem, ac isti & saxatiles pisces, carnẽ habent, ueluti nec umbræ, quæ σκιανίδες aut σκιαῖναι duplici nomine appellantur. Quod uero ad citharos attinet, Philotimũ uehementer miror: quibus cum rhombus sit adsimilis, carnem tamen habet ipsis molliorẽ, cum interim asellis longe sit inferior. Et hos igitur, & alios, quos uocant iecorarios, atque alios, quos Philotimus saxatilibus & asellis permiscuit, scito in medio esse piscium duræ carnis ac mollis. Nam non dum duræ quidem carnis sunt, & ab ijs, qui exacte sunt molles, relinquuntur: quibus & soleam Philotimus non annumerauit: ut nec saxatilibus

scarum

scarum: nisi sanè passeris nomine soleã intelligat. Similes enim quodammodo inter se sunt passer & solea: nõ tamen omnino eiusdem sunt speciei: Solea enim mollior est, & cibo suauior, ac in totũ prestantior quàm passer. Quin & lacerti medij quodammodo sunt inter pisces carnis mollis ac durę: nullus tamen memoratorum piscium aceto, aut sinapi, aut origano indiget, ueluti pingues, lenti ac duri. Quidã etiam frixis ijs in sartagine uescuntur: alij assant, aut in patinis condiunt, ut rhombos & citharos. Verum hi coquorum in patinis apparatus, cruditatis in totum sunt causæ. ad coquendum aũt sunt præstantissimi, qui ex albo iure fiũt, quod ad hunc modum fit, Copiosam aquam primum infunde, deinde olei quod satis sit, adfundito, cum pauco anethi & porri: deinde cum pisces semicocti fuerint, salis tantum inspergito, quoad totum ius salsum nondum appareat. Hæc præparatio uel ægrotis ipsis est accõmoda: quibus uero in culpata est sanitas, ijs piscũ in sartagine frixorũ: secundo loco super craticula assorum, præparatio est accõmoda, uerũ hęc sanè oleum garumq; cum pauco uino exposcit: frixis uero plus uini gariq; addere conuenit, minus olei. Quòd si quibus id stomachum subuertat, paratũ habeant acetũ, modicum in se gari piperisq; cõtinens. Qui enim ad id condimentũ transeunt, melius concoquunt, & deiectio nihil eis deterius procedit: cuius potissimum gratia ex uino & garo quidam frixos pisces mandunt, plerisq; piper immittentibus: paucis, oleum. Nonnulli autẽ ex memoratis piscibus, cum frixi fuerint pauco sale insperso, in cibo simul sunt suauissimi, pręterea ad coquendum fiunt meliores ac stomacho utiliores, q̃ si alio quouis modo essent apparati. Omnium aũt memoratorũ piscium alimentum hominibus ociosis, senibus, imbecillibus, & ægrotis est accõmodatissimum: qui uero corpus exercent, cibos postulant firmiores: de quibus supra disseruimus. Diximus autem sæpenumero molles & friabiles cibos ad sanitatem maxime conferre: q̃ ij omnium optimi sint succi. Nihil enim est, quod ad firmam ualetudinem tutandam adeo conferat, quàm succus bonus.

De piscibus duræ carnis.

DE his quoq; in secundo de alimentis Philotimus ad uerbum sic scripsit: Dracones, cuculi, mustelí, scorpij, pagri: ad hæc trachuri, & mulli: ac rursum cernuæ, glauci, scari, canes, congri, hamiæ, libellæ, omnesq; duræ carnis pisces, ægre cõficiũtur, succosq; crassos, & salsos in corpus distribuunt. hęc quidẽ Philotimi sunt uerba: nos uero singula eius dicta, ab ipso initio expendamus. Dracones quidem ac cuculi, omnibus ijs qui ipsis uescuntur, durã habere carnem, manifeste apparent: Mustelorũ uero non una est species. Nam qui piscis apud Romanos in maximo est pretio, quem galexiã appellant, ex genere est mustelorũ: qui ne in Greco quidem mari usquam nasci uidetur: quę causa est cur Philotimus ipsum ignorasse uidetur: id tamen nomen in exemplaribus dupliciter scriptum inuenitur, in quibusdam enim γαλεοί, per tres syllabas: in alijs γαλεώνυμοι, per quinq;. Et liquet sanè celebrem illum apud Romanos galexiã in eorum numero, qui molli carne constant, esse habendum: reliqui uero musteli dura magis carne sunt præditi. Deinceps autẽ Philotimus scorpium, trachurũ, mullum, cernuã, glaucum, inter duræ carnis pisces recte connumerat: in eo autem peccat, quòd scarum (qui piscis est saxatilis) illis accenset: post hæc autem canem adscribit, quem in cetaceorum genere numerare oportebat, ut qui carnem duram habeat, atq; excrementitiam. Quæ tuor ipso in partes secto, ac salito uulgares homines uescuntur. Ingrati enim est saporis, ac muccosus. Ideoq; cum sinapi & oxelæo, atq; id genus acribus cõdimentis eum mandunt. Ex hoc item genere sunt balenæ, & delphini, & phocæ. Ad quos proxime magni thunni accedunt: quanq; non æque ac prędicti, in cibo sunt iucundi: insuaues eñ sunt hi, & pręsertim recentes: nam salsi euadũt meliores: Thunnorũ autem caro, qui & ætate & corporis mole sunt minores, non perinde dura est, eoq; hi facilius quoq; concoquuntur, & ijs adhuc magis pelamides, quæ sale conditæ, laudatissimis salsamentis nõ cedunt. Plurimæ hæ ex Ponto aduehuntur, ijs duntaxat, quæ ex Sardinia atq; Iberia importanť, inferiores. Hoc nanq; salsamẽtum iure in summo pretio habetur, tum propter uoluptatem, tum propter carnis mollitiẽ. Vocatur aũt passim usitato nomine salsamentum Sardicum. Post sardas autem ac pelamides, mylí qui ex Ponto adferuntur, præcipue commendantur. Post ipsos sunt graculi. Hæc itaq;, uelut obiter de salitis piscibus sint dicta. Libellarũ porrò haud perperàm Philotimus inter pisces durę carnis meminit, uerum unà etiã earum insuauitatis mentionẽ facere oportebat, ceu aliorũ quoq;, quos omnino prætermisit. Congrũ uero, pagrum, hamiã, & aquilã recte duram carnem habentibus annumerauit. Suntq; alij quidam pisces, ut ipse inquit, duræ carnis, quorum nomina suppressit, q̃ eis homines raro utantur. Quare satius est nos quoq; omissis nominibus, ipsorũ facultates ingrere. Haud ergo male censuit Philotimus durę carnis pisces ęgrius, q̃ mollis confici. Siquidẽ tum cõcoctio, quę in ueniculo fit, tum in singulis corporis partibus alendis assimilatio, in mollioribus quidem, facilius: in durioribus uero, ęgrius fit. Illa nanq; fiũt, cum hęc alteranť. Porrò quę molliora sunt, ea facilius alterantur, q̃ facilius etiã patianť: eorum aũt, quę alterantur, affectio est alteratio. Proinde recte dixit pisces durę carnis ægre cõfici: recte etiã crassum succum gignere. Durior nanq; cibus crassiorẽ habet substantiam: ut mollior tenuiorem. An uero salsum quoque succum dura cibaria procreent, deinceps erit considerandum. Philotimus nanque, ut & eius præceptor Praxagoras, salsum succum ex ijs quæ supra modum coquuntur, generari tradit. Mihi uero non simpliciter, sed cum limitatione id pronunciandum uidetur. Quoniã uero sermo

hic

hic ad omia dura cibaria cõmuniter pertinet, pro-
prio illum capite seorsum deinceps discutiemus.

An dura omnia per decoctionem sal-
sos succos gignant.

NOn solum in piscibus duræ carnis, sed in a-
lijs etiã omnibus duris cibis, Praxagoras &
Philotimus salsum humorẽ ex diuturniori deco-
ctione gigni arbitrantur. Quem nõ salsum modo,
sed etiã nitrosum appellãt. Equidem cõperio plu
rimorum, aut si uis etiã omnium decoctum, quãn-
diu coquitur, salsius semper euadere: post aũt (ut
& ipsi uolunt) amarũ. Nam corpus ipsum solidũ,
quod in aqua elixatur, qualitates, quæ initio sibi
inerant, in ea deponit ita: ut tandem ἄποιον, quod
uocant, & aquosum euadat, neq; quicq̃ salsedinis
aut amaritudinis, aut acrimoniæ, aut adstrictiõis
habeat. Clarius aũt hisce rei ueritatẽ intelliges, si
quando quod elixas, in aliam aquam trãsfusum,
rursus elixaris. Inuenies nanq; id, quod decoqui-
tur, propriam amisisse qualitatem, aquam autem
eam in se recepisse. Quamobrẽ lupini, qui ex cere
alibus sunt cibis, aquam amarã efficiunt: q̃ & ipsi
qualitatem amaram habeant congenitam. Sic &
eruum, & absinthium, abrótonum, polium, &a-
lia omnia amara: at solidũ corpus, quod decoqui-
tur, minus amarũ apparet. Quod si in aliã aquam
transfundens, rursus (ut paulo ante dixi) decoxe-
ris, magis etiam q̃ ante amarorem abiecisse depre
hendes. Quòd si tertio, aut quarto in aliã aquam
transfuderis, magis adhuc id accidet q̃ prius, a-
deo ut tandem omni prorsus amaritudine sit cari-
turum. Ad eundem modum, quæ acria sunt, ut
allium, cæpa, porrum, aquam, in qua elixa fue-
rint, manifeste acrẽ efficiunt: suum aũt proprium
corpus minus acre habent. Quòd si subinde in a-
liam aquam transmutaris, omnẽ prorsus acrimo-
niam deponet. Quinetiam mala acerba, mespila,
& pira syluestria, quanto magis coquas, tanto dul
ciora ipsa efficias, ipsum uero decoctum, acerbum
efficitur. Si uero succos ipsos solos per se coxeris,
primum quidem salsiores: postea aũt amari etiam
fient. Quamobrẽ, quod ad succos attinet, Praxa-
goram ac Philotimũ recte sensisse (ut diximus) est
concedendũ: de solidis uero corporibus res aliter
habent, ac censuerunt. Nam si, ut paulo ante dixi
mus, ex prima aqua in secundam ipsa transferas,
& post illam rursus in tertiã, aut etiam quartam:
comperies ea prorsus priorẽ succum deposuisse,
adeo ut degustantibus aquea insipidaq; appareãt.
Quòd si aquam non mutes, primo quidem deco-
ctum necessario salsius apparebit, postea uero a-
marum. Verum ius ipsum in primis Praxagoram
fefellisse uidet, quod per elixationem salsius reddi
tur: non intelligentem, quòd sale aut garo statim
initio condituræ in aquam iniecto, necessario pro
cedente coctione succus salsior, quàm ante effici-
tur. Quemadmodum etiam si nulla alia re immis-
sa puræ ac dulcissimæ aquæ salis minimũ permi-
sceas. Nam ea quoque feruefacta, salsior reddi-
tur: nec mirum, cum ipsa aqua optima diutius de-
coct

A cocta, salsam qualitatem tandem assumat.

De animalibus, quibus testa pro cute est.

CVm id, quod totũ corpus ceu uestimentum
quoddam cuiq; natiuum ambit, cutis appel
letur, eiq; buccinarum, purpurarũ, ostreorum, hia
tularũ, & aliorum id genus, tegumentum propor
tione respondeat: idcirco hæc animalia ostraco-
derma appellant. Tegumentũ enim, quod extrin-
secus ipsis est circundatum, testę, aut lapidi palàm
est simile. Omnibus porrò eiusmodi est cõmune,
ut salsum in carne succum contineant, qui aluum
subducit, quod seorsum unicuiq; magis minus ue
ineſt, pro qualitatis ac quantitatis ratiõe. Siquidẽ
ostrea inter alia testacea carnem habent mollissi-
mam: paruæ aũt hiatulæ, uertebręs, ungues, purpu
B ræ, buccinæ, omniaq; huiusmodi, duram. Nõ abs
re igitur ostrea quidem aluũ ualentius subducũt:
corpus aũt imbecillius nutriunt: duriora uero dif-
ficilius quidem concoquuntur, sed firmioris sunt
nutrimenti. Verũ hæc quidem omnia elixantur:
ostrea uero citra elixationẽ mandunt: quidam aũt
etiam in sartagine frigunt. Quemadmodũ autem
ex testaceis animalibus, [quę dura sunt] carnẽ ad
coquendũ, ita etiã ad corrumpendũ habent diffici
lem: ob eamq; causam ea sæpe ijs exhibemus, qui
bus cibi in uentriculo ob prauos succos corrum-
puntur, siue ex iecore in eum confluãt, siue ex ipsi
us tunicis contineantur: habent autem omnia, ut
diximus, succum salsum uentri deijciendo idone-
C um: sed minus quæ dura carne sunt, quàm ostrea.
Proinde cibum corrumpentibus ea exhibemus,
bis ter ue in optima aqua elixantes: & cum prior
salsa iam apparuerit, in aliam puram transferẽtes.
Gignitur autem ex ipsis succus crudus, quem uo
cant, plurimus: ut ex ijs quę molli sunt carne, pitui
ta. Quemadmodũ igitur (cum succũ salsum exue
rint) caro ipsorũ corruptu est difficilis, & aluum
sistit, ita siquis ipsos sale, aut garo condierit (quo
modo hiatulas solent) succum ex ipsis genitum
ebiberit, uenter quidem ei abunde deijcitur, cor-
pus tamen nihil ex eo sumet alimenti.

De crustatis.

ASTaci, paguri, cancri, locustæ, carides, gam
mari, ac id genus alia, tenui testa cõcludun
tur, duritieq; testaceis sunt similia: sed minus q̃ il-
la salsi humoris continent: quanq̃ eum habent sa-
tis multum. Dura in totum carne constãt: ideoq;
& ad coquendum sunt difficilia, & firmi alimenti,
cum scilicet in aqua potulenta præcocta fuerint.
horum quoq; caro, ut ostreorum, cum præcocta,
ut dictum est, succum salsum in aqua deposuerit,
aluum sistit. Aegre etiã corrumpuntur, non secus
ac testacea, quæ duram habent carnem.

De mollibus.

MOllia uocantur, quæ neq; squamas, neque
asperam cutim, aut testaceam habent, sed
mollem, instar humanæ: cuius generis sunt, poly-
pi, sepiæ, lolligines, & alia quæ his sũt similia. Hęc
certe quoniam neq; squameum, neq; asperum, ne
que testaceum tegmen gerunt, mollia tangenti
apparent

apparent: duræ tamen sunt carnis, & ad coquen- A
dum difficilia, exiguumq; in se succũ salsum conti
nentia. Si tamen concoquantur, alimentum non
paucum corpori exhibebunt. Cæterum hæc quo
que succi crudi plurimum gignunt.

De chartilagineis.

HOrum animalium cutis est aspera, ac noctu
splendicans, ideoq; nonnulli ἀπὸ τῆς σελας ἐν-
χειας, hoc est, quia splendorem habeant, σελαχια
ipsa aiunt fuisse nominata. Inter ipsa aũt torpedo
& pastinaca, carnem habent mollem, ac iucundã,
ceu & mediocriter per uentrẽ subeuntem, nec con
coctu difficilem. Nutriunt item mediocriter, ceu
alia quoque omnia, quæ carne molli sunt prędita.
Cũctis porrò id est cõmune, ut quę partes ad cau B
dam sunt, mediis partibus sint corpulentiores: id
quod in torpedinibus præcipue ineſt. Nam horũ
animalium partes mediæ uidentur in seipsis habe
re uelut chartilaginẽ quandam tabidam. Raia au-
tem, leuiraia, squatina, omniaq; huiusmodi, durio
ra sunt, & concoctu difficiliora, alimenticq; copio-
sioris, quàm torpedo & pastinaca.

De cetaceis animalibus.

DIximus quidem iam ante de cetaceis anima
libus, quæ marina sunt: in quo numero sunt
phocæ, balenæ, delphini, & libellæ, ac grandiores
thunni: & præter illa canes, queq; his sunt simili a:
nunc autem de ipsis quoq; in summa dicendum,
quòd omnia eiusmodi, duram, & praui succi, atq;
excrementitiam habent carnem. Quapropter sale C
prius condientes, ipsis ut plurimum utuntur, ali-
mẽtum, quod ex ipsis in corpus distribuitur, ea sa
litura tenuius efficiẽtes, eoq; coctioni, & sanguini
faciendo accommodatius. Nam recens horum ca
ro, ni ualde probe concoquatur, crudorum succo-
rum copiam magnam in uenis congerit.

De echinis marinis.

EX mulso eduñt hi & garo alui subducendæ
gratia. Paranq̃ in patinis, ouis, pipere, mel-
leq; iniectis. Imbecillis sunt alimẽti, ac medij inter
ea, quæ humores extenuant ac densant.

De melle.

OMnis alimentorũ materia hactenus duobus
generibus est cõprehensa, quorum alterum
quidem ipsorũ à plãtis: alterũ uero ab animalibus D
sumebatur: ab utroq; uero ipsorũ mel est secretũ.
Oritur enim in plantarũ foliis: est aũt neq; succus
earũ, neq; fructus, neq; pars, sed eiusdem cum ro-
re generis: non tamen assidue, nec copiose, ut ille,
prouenit. Memini aliquando, cum æstate super ar
borum, ac fruticũ, herbarumq; folia, mel quãplu
mum fuisset repertũ, agricolas uelut ludentes ceci
nisse, Iuppiter melle pluit. Præcesserat aũt nox, ut
per æstatem, bene frigida (nam tum tempus anni
æstiuum erat) pridieq; calida & sicca fuerat aeris
temperies. Peritis quidẽ naturæ interpretibus ui-
debat, halitus è terra & aquis à solis calore subla-
tos: ac deinde exacte tenuatos ac coctos, à frigore
secutæ noctis concretos coaluisse: apud nos uero
raro id accidit: in monte aũt Libano quotãnis per

sæpe. Itaq; coria super terrã extendentes, & arbo- A
res excutientes, quod ab eis defluit, excipiunt, &
ollas ac fictilia melle implent: uocantq; id mel ro-
scidum & aeriũ. Proinde constat materiã, ex qua
mel generatur, rori esse congenerẽ: uidetur aũt &
ex plantis, in quarũ foliis colligitur, boni maliue
quidpiã ipsi accedere. Ideoq; laudatissimũ in locis
mel gignitur, in quibus thymus, & aliæ quædam
herbæ ac frutices temperamento calidæ & siccæ,
affatim proueniunt: tenuiorũ enim est partium id
mel, quod in huiusmodi plantis generatur: ideoq;
in calidis corporibus prõpte in bilem uertitur: fri-
gidis uero, siue per ætatẽ, siue morbum, siue natu
ra talia fuerint, est accõmodatissimũ: ob id in san-
guinem mutatũ, nutrire ipsa potest: in calidis uero
prius in bilem q̃ in sanguinẽ mutatur. Cum aũt te
nuium sit partiũ, acrimoniæ quiddã habeat est ne
cesse, qua aluum ad excretionẽ proritet, quam cer
te adimentes, ipsum efficimus ad distributionẽ &
coctionẽ accõmodatius: cõmodissime aũt ipsam
adimemus, si primum multũ illi aquæ admiscueri
mus, ac deinde tãtisper coxerimus, quoad spuma-
re desinat: oportet aũt spumã statim ut emerserit,
continenter ab ipso tollere. Cum enim hac paran-
di ratione acrimoniã deposuerit, neq; amplius a-
luum ad excretionẽ irritet, haud cunctanter in cor
pus distribuetur. Melicratũ uero, quod paulisper,
aut nihil omino coctum fuerit, prius deijcitur, q̃
concoqui, & in corpus distribui, & nutrire possit.
Præterea in eo differũt, q̃ mel non plene coctum,
in uentriculo atq; intestinis flatus quosdã gignat:
contrà quod in decoctione spumam omnem abie
cerit, flatus est expers, & urinam mouet. Quòd si
quis citra aquæ admistionẽ, mel solũ delingat, nu-
triet quidem infirmius, sed aluum promptius deij-
ciet. Largius uero sumptũ, uentrem superiorẽ ad
uomitum solet concitare. Elixum autẽ sine aqua,
neq; uomitũ similiter mouet, neq; aluũ subducit:
uerum distribuitur, et nutrit magis: urinam aũt mi
nus eo, quod cum aqua est elixum, ciet: quanquã
ne tum quidẽ cum nutrit, alimenti multũ corpori
exhibet, adeo ut non desuerint, quibus nihil pror-
sus alere uideretur: qui abunde cõfutantur in ter-
tio de uictus ratione in morbis acutis, qui Hippo-
cratis est liber, à nõnullis quidem contra Cnidias
sententias inscriptus, ab alijs de ptisana: utrisq; in
hoc delinquentibus: uti in cõmentarijs in eum li-
brum scriptis ostendimus: in præsentia uero satius
erat ea de melle dixisse, quæ diximus, quorũ sum-
ma est. Senibus quidẽ ac in uniuersum frigidi tẽ-
peramenti corporibus, mel esse accõmodum: æta
te aũt florentibus & calidis, in bilem uerti. Præte
rea nobis exiguum alimentũ ex ipso accedere, ni-
si uerti in bilem occupet: q̃ si ei id accidat, tunc ni
hil prorsus nutrire posse. Clarum autẽ est, q̃ palli-
dam, & flauam bilem ex eo gigni dicimus, non a-
tram. Diximus enim iam sæpenumero, medicos
solere bilem eiusmodi simpliciter, citra coloris ad-
fectionem nominare: reliquas uero biles omnes,
cum coloris sui nomine explicare: alias aũt omes,

porracea excepta, cum corpus grauiter ægrotat, excerni uidemus. Flaua uero, & pallida, & porracea etiam sine morbis, euomuntur sæpenumero, ac deijciuntur. De uino.

VInum quidem ex eorũ esse numero, quæ nostrum corpus alunt, omnes fatẽtur. Nam si modo quicquid alit, cibus est, uinum etiam in genere ciborum est ponendũ. Quidam tamen medici negãt id cibum esse appellandũ, quod potus in sermone quotidiano, cibo sit oppositus, qui potio etiam appellaꝛ̃, ut cibus, esca, & eduliũ. Ob eamq; causam uinum nolunt uocare alimentum: quanq; alere ipsum non diffiteantur: quod uinum in præsentia requirimus. Quòd si alias quasdã materias alere quidem concederent, alimenta tamen nominare uetarẽt, [omnium earum doctrinã in unum uolumen cõferremus. Cum autem solum uinum nolunt appellare alimentum,] tametsi ipsum nutriat, pmittant nobis tractatui de alimẽtis breuem de uino sermonẽ adiũgere. Quas enim uires Hippocrates in libro De uictus ratione in morbis acutis enumerat, non ut alimẽti sunt, sed magis ut medicamenti. Illas quidẽ & in tertio cõmentariorum in illum librum, et in methodo medendi, ac sanitatis tuendæ libris exposuimus: in pręsentia uero ipsius differẽtias in alendo, sumus traditurĩ, sumpto hinc initio. Vinorum omniũ rubra simul & crassa, sanguini generando sunt accõmodatissima, ut quæ minima egeant mutatione, ut sanguis fiant. Post ipsa sunt nigra crassaq; & dulcia, tum quę colore quidem rubra sunt, & nigra: consistentia aũt, crassa, unà cum adstringendi qualitate. His autem minus sua natura alunt, q̃ alba sunt simul ac crassa & acerba: omniũ autem minimũ nutriunt, quæ colore quidem sunt alba: consistentia aũt, tenuia, & aquis hydromeliti faciendo appositis quodam modo similia. Quòd uero uina crassa magis q̃ tenuia alant, declarat ipsorũ natura, pręterea expientia id ipsum cõprobat. Dulcia uero conficiũtur in uentriculo, ac distribuũtur facilius, q̃ austera, ut q̃ facultate sunt calidiora. Quæ autem admodũ sunt crassa, tardius quidem perficiuntur, ac distribuuntur: si tamen in uentriculum adeo robustum incidant, ut cõfici recte ab eo possint, alimentũ copiosius corpori exhibebũt. Constat pręterea, ꝙ quem admodum hæc corpori alendo tenuioribus sunt præstantiora, ita ad urinã ciendam sunt deteriora.

De cibis sale conditis.

DE cibis sale cõditis, & medijs, ad finem operis scribere distulimus: ne hæc igitur desiderentur, tempestiuum iam fuerit utrorũq; uires explicare. Animaliũ corpora, quorum carnes duræ simul sunt ac excrementitiæ, ad saliendum sunt ac commoda: uoco autem excremẽtitias (ut superiori sermone) quę per totas sese diffusum habent humorem pituitosiorem: qui quãto copiosior fuerit ac crassior, tãto caro si saliaꝛ̃, melior euadet. Quæ uero aut admodũ mollem, aut ualde siccum, & minime excrementosum habent corporis habitum, ad saliendum sunt inepta. Salis nanq; facultas (ut in opere de simplicibus medicamẽtis, demonstrauimus) est composita: nam corporum, quibus admouetur, humores superfluos tenuat ac digerit, et præterea corpora ipsa cogit in sese ac condensat, cum nitri spuma ac laxũ aphronitrũ tenuare quidem & discutere possint, cogere uero & condensare non possint. Corpora igitur, quæ natura sunt sicca, salis consperſu exarefacta, cibo fiunt inepta: quidam autem leporem salire aggressus, mustellis exiccatis similem reddidit. Suum uero obesorum ac ætate florentium carnes, ad saliendũ sunt appositæ, ut quæ utriuscq; excessus sint expertes, annosorum uidelicet siccitatis, & nouellorũ porcellorum immodicę humiditatis. Quemadmodũ enim corpora sicca, salita, corijs euadunt similia: sic contra quę immodica humiditate diffluunt, salis commercio contabescunt. Ob eam causam nec pisces mollis carnis, & excrementis uacui, ut quos saxatiles uocant, & asselli, qui in puro mari degunt, ad saliendum sunt accõmodi. Graculi uero, & pelamides, & mylí, sardæ, & sardenæ, quæq; saxatina uocant, & salsamenta, ad saliendum sunt appositi: præterea ex marinis belluis cetacea, salita, euadũt meliora: habent enim & ipsa carnem excremento sam. Mulli uero, ꝙ dura eorũ caro sit, & ab excrementis pura, non sunt ad saliendum accommodi. Ex his autem perspicuũ est, ea ad coquendum esse difficillima, quæ sale condita, dura euadunt ac neruosa, & ueluti cutacea ac coriacea. Quæ uero contra habent, tenuia quidem ipsa redduntur: mansa autẽ, humores crassos ac glutinosos tenuant. Præstantissima autem omnium, quę mihi experientia cognoscere licuit, sunt, quæ à ueteribus medicis sardica salsamenta nuncupanꝛ̃, hodie sardas uocant: & mylí, qui ex Ponto aduehuntur. Secundum autem post illa locum habent graculi, & pelamides, & quæ saxatina appellant.

De medijs edulijs.

IN singulis differentijs, quas alimentis inesse diximus, quædã sunt media. Etenim inter ea quę molli sunt carne & quæ dura, mediũ quiddam reperias, quod nec molli, nec dura sit carne: similiter inter tenuantia & incrassantia: calfacientia & refrigerantia: siccantia & humectantia. Atq; animalibus naturalem temperiem inculpatã quidem seruantibus, similia suis naturis cibaria conueniunt. Iis uero, quæ prauam temperiẽ, aut ab initio sunt sortita, aut post acquisiuerunt: non similium sibiipsis esus, sed contrariorum est utilis. Seruatur enim similibus, quod probe secũdum naturam est temperatum: quemadmodũ quod male est temperatum, à cõtrarijs ad proprium temperamentum adducitur. Itaq; singulæ animalium naturæ suum proprium medium habebũt, ut homo quidem talę, canis autem tale, atq; ita in alijs omnibus. Præterea huic homini sigillatim tale secundum hanc & illam ætatem, ad hæc etiam secũdum uitæ conditionum, atq; institutorum, & regionum, in quibus iamdiu habitant, differentias.

CL. GALENI DE CIBIS BONI ET MALI SVCCI FERE

DINANDO BALAMIO SICVLO INTERPRETE.

101 102

ANNONÆ caritas assidua, quæ non paucos ab hinc annos multas nationes Romano Imperio subditas afflixit: ijs qui non omnino rudes imperitiq; sunt, plane significauit, quãtam uitiosi corporis succi (Græci cacochymian dicunt) ad gignendos morbos uim habeãt. Nam qui intra urbes degebant (sicuti moris est) dum sibi æstate pararent, quæ in proximũ annum uictui suffectura essent, uniuerso ex agris frumento hordeoq;, fabis lẽtibusq; asportatis, cereales reliquos fructus quos legumina & chedropa appellant, eorum etiam parte in urbes aduecta, agricolis relinquebant. Quæ cum illi per hyemem consumpsissent: mali succi alimẽtis toto uere uesci coacti sunt. Teneris nãq; fruticibus, arborumq; germinibus, & extremis ramulis, tum bulbis, & mali succi plantarũ radicibus alebantur. Agrestia quoque olera, & quicquid fors illis uberius obtulerat, utpote herbas ferè omnes uirentes decoctas, quas nemo unquam prius degustauerat, ad satietatem semper edebant. Ea propter cernere erat nonnullos ultimo uere, sed ferè omes ineunte æstate, multimodis uarijsq; per cutim ulceribus laborantes. Ex his nanq; alia erysipelatode, alia erãt phlegmonode, alia ad herpetis similitudinem serpentia, nonnulla impetiginẽ, uel scabiem quasi, & lepram referre uidebãtur. Sed ex his quæ sese mitissime per cutim extulerũt, uitiosos humores ex uisceribus, & imis corporis partibus extraxerũt. Cumq; non nullis instar carbunculi, aut phlagedænæ cum febre accideret: multos quidem longo tempore sustulerũt: uixq; paucissimi ita affecti mortis periculum euaserunt. Quinetiam febres permultæ absq; cutis ulceribus fiebant, quæ alui deiectiones graues olentes, mordacesq;, ac postremo intestinorum tormina, aut inanẽ egerendi uoluntatẽ, (quæ tineſmos græce dicitur) afferebant. Vrinæ etiam cum acritudine & graueolentia uesicã in nonnullis ulcerabant. In alijs quoq;, uel olido febres sudore, uel absceſſibus putredinem contrahentibus iudicabantur. At quibus ex his quæ ante diximus, nihil accidit, omnes uel aliquo ex extis euidenti phlegmone correpto, uel ex uehementi prauaq; febre interiere. Cum aũt morbi initio medici nonnulli perpaucis uenam incidere auderent, (neque enim abre ab eius generis remedio abstinebant, quandoquidẽ prius ægrorum uires resoluebanꝛ̃) missus quidẽ sanguis, non adeo probatę bonitatis spectabatur, qualis ex salubri corpore mitti solet: sed uel igneus magis, uel atrior, uel seriosior erat, uel acer, & eam ipsam dissectam uenam dum fluere pungens, ut egre inde ad cicatricẽ coiret. Non nullis præterea, præcipueq; morituris ea cũ febribus acciderunt, quæ menti uel uigilijs officerent, uel sopore, Græci cataphoran uocant. Sed nec mirum fuisse contrarios morbos symptomataq; quibus tunc illi corriperenꝛ̃, cũ non modo natura aut ætate inter se inuicẽq; differrent, sed uictus quoq; ratione: quo uarie & cõtrarias uires habente, superiore uictus inopia usi sunt. His enim rebus quarum cuiq; copia erat, uescebanꝛ̃, quæ cum dissimiles uariæq; essent: eas nõnulli sumebãt, quę uel acido, uel acri, uel amaro, salsoue succo forẽt: alij quę austero, aut tenaci, aut adstringẽdi, uel refrigerandi, uel egregie quidẽ humectandi uim obtinente, aut quæ ueneni participes extitissent. Ipse eĩ non nullos inspexi ab esu fungorũ protinus interijsse: alios ab esu cicutæ, aut ferulæ: ex hisq; ægre ppauc̃os mortis periculo liberatos. Cunctis ergo hominibus cõsiderate & cum ratione uiuentibus, illud erat perspicuũ, qua scilicet ratione exteriores ulcerationes multifariã se habent, (multiplices quidẽ diuersæq; sunt tumorũ species: alius nanq; phlegmonodes: alius erysipelatodes: alius præ duritie scirrhodes: alius œdematodes efficit) eadẽ ratione eiusdẽ generis affectiones nõnullis in profundis partibus quas principales dicimus fieri etiam posse. Sed illi duntaxat perperã sentiunt, errantq; qui ab Hippocratis doctrina quæ de humoribꝰ habetur, discrepãt. Audent enim cuilibet rei potius q̃ ipsis humoribus causas assignare. Veruntamen horũ nonnulli mihi clàm retulerunt, se quidẽ apertissime agnoscere, ꝙ contentiose & altercandi studio Hippocrati aduersanꝛ̃, censentq; humores ad secundã uel aduersam ualetudinẽ neq; boni neq; mali quicquã afferre. Sed eos pudet ętate iam confectos, quinquaginta post annos, in Hippocratis sententiã descendere, eamq; approbare & sequi. Nanq; hoc pacto (ut aiunt) nõ ijs tantũ qui ab illis eruditi instructiq; sunt: sed ijs quoq; qui illorũ consuetudine operaq; usi sunt, obfuisse uiderenꝛ̃. Adde ꝙ à pleriscq; ceu uera dogmata professi, honore afficiunꝛ̃: quæ si prauitatis plena, & nõ recta esse faterenꝛ̃, longe alijs imperitiores haberentur, nemoq; in posterũ, ut antea, illorũ operã studiũq; requireret. his ergo, ut ratio postulat, ignoscẽdum à nobis est: neq; horum propositũ damnãdum, sed unà ipsi etiã infelicitatẽ eiusmodi doleamus, cum prius q̃ de ijs quæ didicissent ferre iudicium possint, in pessimos præceptores inciderint: uerum illi odio digni, qui primũ honoris & gloriæ cupiditate impulsi sectas dogmatũ instituerunt. neq; eĩ inuiti errant, sed sponte hominibus imponere studeant, qui cum illis familiarius uersanꝛ̃: cum nemo eò dementiæ deuenerit, ut nesciat quã malũ sit humores corporis in uenenosas qualitates conuerti.

Nanq; illi quorũ causa hęc scribimus, difficile, uel omnino fieri non posse arbitrantur, ut haustu letalium uenenorũ pereũtes, secerni dignosciq; ab ijs possint, qui ab aliqua corporis affectione periere. Neq; enim (quòd planè perspicimus) inficias ierit quispiã, ob humorẽ scilicet quem uenenata animantia in ictam particulam infligunt, uel illam celeriter uita priuari, uel in putredinẽ labi, uel doloribus uehemẽtissimis, aut phlegmone urgeri, nec nõ scorpionẽ ieiuni hominis sputo bis terue aspersum protinus interire. Nam sicuti naturæ quædã cum alijs quoq; naturis cõueniunt, sic altera quoque alteri aduersatur, eamq; corrumpit. Ab ijs ergo alimur quę naturæ nostrę accõmoda sunt: quę illi aduersant, nos quidem ad pernicieẽ ducũt. Sed de his copiosius in libris de naturalibus facultatibus, deq; simplicibus medicamentis diximus. cæterum ad præsentis operis cognitionem, ea tãtum referre sit satis quæ ipse sterilitate annonę obseruaui. Quòd si mihi fidẽ adhibere uolueris, nulla quidem causa ad mentiendũ impulso, sed ægre admodum ferenti, q; pleriq; falsissima scribant, quæ longo sunt experimento ad hunc usq; uitæ diem à me cognita, deos quoq; ad hæc testes implorãs, recensebo. Pater meus geometriæ, architectoniæ, astronomiæ, arithmeticæ, logisticęs studijs plurimũ ualuit: maximeq;, omnibus quibus erat notus, ob ipsius iustitiã, modestiam, bonitatẽ ut quiuis ex philosophis, admirationi fuit. Is cum puer ipse adhuc essem, eam mihi uictus rationem instituit, ut nullis per id tempus obnoxius morbis uixerim. Vbi uero adolescentiam sum ingressus, ille in agrum, rei rusticæ studiosus concessit, ego uero doctrinæ studijs ardẽtius quàm cæteri cõdiscipuli die noctuq; operam dabam. Sed cum per totum id tempus, quod oporan uocant, horæis, hoc est temporarijs uel fugacibus fructibus unà cum æqualibus meis uberius usus essem, aduenięte autumno, acuto morbo correptus sum, uenãq; incidere opus fuit. Cumq; ergo in urbem Pater reuerteretur, ad me obiurgandũ se conuertit, eiusq; generis uictus admonuit, quo eodem suadente, usus antea fueram, utq; ab illo in posterum minime discederem, uitaremq; sodalium incontinentiũ cõsuetudinem præcepit: Tum sequenti etiã anno operã curamq; adhibuit ut sobrie uiuerẽ, atq; horæos fructus cum moderatione gustarẽ. Atq; ita in eo anno qui erat ætatis meæ duodeuicesimus, incolumis uixi. Sed cum altero deinde anno Pater excessisset è uita, ipseq; unà cum eiusdem ætatis amicis oporæ fructus ad satietatẽ sumerem, in ægritudinẽ superiori consimilẽ incidi, ut tũc quoq; sanguinis missione opus esset. Deinde uero uel singulis annis, uel alternis nonnunq;, ad octauũ usq; & uicesimũ annum morbo aliquo laborabã. Cumq; tunc temporis periculũ esset, ne ea pars mihi, qua iecur septo trãsuerso annexũ est, abscessu corriperetur, ab esu horęorũ omnium mihi penitus abstinendũ proposui, exceptis ficubus uuisq; omnino maturis, quas neq; intemperanter ut antea, sed cum moderatione sumebam. Quam sanè uictus rationẽ, cum quidam ex sodalib. natu me duobus annis maior cõprobaret. curam ambo adhibuimus, ut exerceremur, cruditatesq; omnino uitaremus, ob idq; ad hanc usq; diem multos iam annos incolumes uiximus. Reliqui uero ex amicis, qui me hortante exercitatione usi sunt, moderateq; cibum sumpserunt, recte omnes semper ualent, sed alij quidem à quinto iam & uicesimo, alij ab aliquanto paucioribus annis, ut cuiq; scilicet persuasum est, horęos fructus, cibosque alios mali succi uitari oportere. De qbus in hoc opere à nobis agendũ est. Siquis ergo poterit ante cibũ exerceri, haud sanè exquisitis admodũ cibis utatur. Cui uero negocia & occupationes impedimẽto sunt, non modo huic probato innoxioq; uictu, sed salubribus quoq; medicamentis opus est. Plericq; enim in eo uitæ genere constituti sunt, ut cum nec̨ ante cibũ probe exerceri, atq; aptis temporibus cibum sumere, nec̨ efficere idoneã concoctionẽ ualeant, quin morbo aliquo afficiantur, fieri nõ possit, nisi per quædã temporum interualla alui deiectiones præparẽt. Egẽt quoq; interdũ ualidiori uacuatione, opportunaq; sanguinis missione. Quædã præterea salubria medicamina accõmodatis temporibus sumẽda sunt. His ergo in primis hãc uictus rationẽ, ex qua probatissimus sanguis gigni possit, describimus, qui quiete uitã agunt, neq; ad fores potentissimorũ ciuium ante lucem accedere, aut necessarijs occupationib. adstricti, ubi nimiũ sudarint inalgere, itẽq; nonnullis dum lauantur assistere, eosdemq; domũ reuertẽtes deducere, atq; etiam celerrime, ubi ipsi lauacris usi sunt, ad cœnam sese recipere coguntẽ. Post hæc enitendũ à nobis est, ut quædã his etiam pręcepta tradantur, qui inquietã, ac negocijs dedita uitã agũt. Qua in re meminisse opus est, quæ tribus cõmentarijs de alimentorum facultate scripsimus. Cibi itaq; probati succi sunt, ex frumenta ceorum genere, Panes mundissimi, probeq; confecti, adhibita prius maceratione, debitaq; fermentatione, addito etiam sale, & in clibano decocti, mox furnacei. Alica uero, sicuti & Suilla caro, si exacte in uentriculo concoquantẽ, tum in sanguinem à iocinore conuertantẽ, probatissimos humores gignunt, sed glutinosi aliquid in se habent, ob idq; in ijs iecur obstruunt, & renes, quibus hæc à natura adstrictos meatus habent. Horum quoque usus uberior in supradictis particulis, uel grauitatem, uel dolorẽ nõnunq; facit. Adde q; iocinoris obstructiones concoctũ cibum in diuersas corporis partes reddi prohibent (id anadosin Græci uocant.) Quin etiam in uenis quæ per cauas ipsius partes, uel per mesaræon sitæ sunt, redundans humor periculũ affert, ne uel putredinẽ cõtrahat, uel eæ ipsæ particulæ in quibus congeritur, phlegmone lædãtur. Necesse est enim crudos crassosq; humores, uel cõcoqui uertiq; in sanguinẽ, uel in putredinem labi, nõ secus ac quæ calidis in locis diutius manserint. Quamobrẽ inuenta à medicis medicamenta sunt quæ salubria appellantur, tenuandi sci-

licet uim habentia. Ea nanq; adstrictos meatus obstructionibus liberant, ac siquid lenti humoris infixum uasis hærẽsq; fuerit, abstergunt, crassasq; humiditates attenuãt ac dissecãt. Quòd si ijs quispiam uberius utatur, ea uel serosum, uel bilioſum, uel melancholicũ procedente tẽpore efficiunt sanguinem. Nanq; eius generis medicamenta ut propẽ dixerim omnia, nõ modo tenuãdi incidendiq; facultatem habẽt, sed immodice etiam calefaciendi, ob idq; & solida exiccãt membra, crassumq; humorẽ reddũt, quo in renib. asso calculi gignuntur. Optima itaq; corporis constitutio quæ temperatissima est, meatus per quos humor fertur, patentiores habet. ac fieri quidẽ potest, ut corpus eiusmodi bene semper se habeat, dummodo quãtum sit satis, ante cibũ exerceatur, præcipueq; ubi crassi succi cibos liberalius assumpsit, qualis alica (ut diximus) habetur, & Suilla caro, Panisq; furnaceus, aut in clibano minus probe decoctus, neque ea cura & diligentia confectus, quã paulo ante recensuimus. Tragus ex frumẽtacei generis alimentis eiusdem cum alica naturæ est, uerum ægrius in uentriculi concoctione cẽ alica ipsa conficitur. Ad hæc quoq; propè accedunt Quorum uires, naturaq;, de quibus non secus ac de lacte multa distincte dicenda sunt, quę accurate nobis in operis progressu paulo post referentur. Sed quemadmodum prius formulam quasi quandam alimentorum describimus, q̃ boni maliq; & glutinosi succi sunt: sic eorum quoq; à nobis mentio facienda est, quæ quodã quasi examinato modo se habẽt, mediaq; naturaliter inter crassæ ac tenuis materiæ cibaria sunt. Quę alibi etiam in libro de extenuante uictu diximus. Sed plura ex his quę tenuis materię sunt, medicamina potius, cẽ alimenta à nõnullis appellantur: at quæ glutinosos crassosq; humores gignunt, si probe in uentriculo concoquantẽ, bonũq; in iocinore sanguinem efficiant, maxima ad nutricandum efficacia sunt. Cibi autem nulla omnino ex parte dãnandi, nec̨ tenues, nec̨ crassi sunt, sed ueluti in symmetria, omnisq; excessus mediocritate consistunt. Eius generis Panes optimi habentur, quorum confectionẽ libro de facultate alimentorum primo scripsimus: præterea ex Gallinaceorum genere fœminæ quidẽ & mares: ex Auibus phasiani, perdices, attagenes, columbæ, merulæ, turdi, turtures, passerculi omnes: Pisces item saxatiles, pelagici, littorales, gobij, murenæ, bugloſſi, aselli, & simpliciter pisces omnes, qui nec̨ insuaue, nec̨ mali odoris, nec̨ glutinosum quicquã gustu repræsentent. Sed ad horum naturã explicandam multa quidẽ distincte dicenda essent, quę ubi de mali succi cibis mentio à nobis fiet, enarrabimus. Sed quædã prius addẽda quæ desunt. Quisquis enim exercitatione multa uti, somnoq; ad satietatem potest, eamq; sibi uitæ rationem delegit, quæ publicis negocijs forẽsiq; labore minime impeditur, is sanè crassi lẽtiq; succi cibis uesci potest, ac tum præcipue cum horum usus frequẽtior parti hypocondriorũ dexteræ nihil uel grauitatis uel tensionis afferat: cui autem ætas, aut consuetudo obstat, quin exerceri ante cibum possit, eius generis uictu quem diximus, omnino abstineat: qui inertem penitus, et ociosam uitam agit, eius modi etiam cibos uitet, sed uel suspensus agitetur, uel deambulatione ualidioris exercitationis loco utat. Ad sanitatem enim tuendam, si corpora moderate exercẽtur, mirum in modum prodest: at contra quies & ocium diuturnũ maximo illis nocumẽto est. Nec̨ enim morbo quisquã corriperetur, si accurate obseruaret, ne in cruditates incideret, aut uehementer post cibum exerceretur. Nam sicuti bonæ ualitudini ante cibũ exercitatio maximum affert cõmodum, sic qualiscunq; sumpto cibo motus noxius admodum est. Alimentũ enim ex uentre ante cõcoctionem in diuersas corporis partes distribuitur. propterea q; crudi humoris copia per uenas aggeritur, quæ multiplices morbos affert, nisi aut multis laboribus is humor dissoluat, aut à iocinoris uenarũq; facultate concoctus uersusq; in sanguinem fuerit. Quare qui tuendę tantum sanitati, non sicuti gymnasticæ dediti bonæ habitudini studẽt, ijs tenacis maliq; succi cibos uitare tutissimũ est. Deinceps ergo quæ hactenus de crassi succi cibarijs dicta à nobis non sunt, recensebimus, rursusq; à Pane ipso ordiamur. Is emẽ si quod fermenti & salis sit satis minime in se habet, parumq; maceratus, nec̨ quã deceat in clibano cocturam adeptus fuerit, crassum quidẽ succum nonnihil in se tenacis habentẽ gignit, quẽ Praxagoræ ac Philotimi sectatores glutinosum dicere soliti sunt. Caseus omnis crassi, uetus mali etiam succi est, recẽs uero succi prauitate caret. Crassities autem cũ lentore non in omni est caseo, cum lactis ex quo gignitur, tum animaliũ, tum pabuli uarietate non parum discrimen sit. Caprini lactis usus frequens apud nos est, apud alios bubuli. sæpe etiam & ouillo utuntur, sed crassitiẽ in se habet, atq; idcirco asinino est cõtrarium, bubulum pingue. Caprinum inter cætera lactis genera moderate se habet, cum nondum admodum pingue crassumq; sit, ob idq; medium quoq; esse censetur, quod in corporibus nostris præstat. Lac enim quod serosum est ac tenue, minus nutrit, aluũ magis deijcit: contrà crassius aluum minus deijcit, magisq; nutrit. Constat enim lac omne ex triplici dissimiliq; substãtia, prima quidẽ serosa & tenui, altera crassa et ad caseum faciundum accommodata, tertia oleosa et pingui. Quæ sanè non itidem animantia omnia præstant. Nam camelinum asininumq; serosi humoris plus habet, plus caſei ouillum, plus pinguitudinis bubulum. Capellę uero inter cætera animantium genera mediocritatem adeptæ sunt, rursusq; inter se inuicemq; collatæ alio quàm diximus modo differre uidentur. Nec̨ enim harum parua discrimina sunt, ab ætate, à pastionibus, ab anni tempore, ab eo ipso spatio quo à partu ædito distant. Quæ abunde tertio de facultate alimentorum libro diximus. Nunc uero id tantum referre sit satis, caprinum lac sine melle sumptũ periculosum esse. Plerisque

risque enim qui purum illud hauserunt, coactum A est in uentriculo, in speciem casei: quod quidem quum accidit, mirum est quàm aggrauet hominem, ac strangulet. Maiori quoq; admirationi est, cum in cuiuspiam uulnus, uel in uentrem, intestinúmue aliquod sanguis in grumos compactus defluxerit. Nanq; is frigore exoluitur, ac penè examinatur, pulsusq; imminuit, & male se habet. Quin & huiusmodi sanguis sese in uulnera insinuans facit, ut partes illi proximæ protinus putredinẽ contrahant. Sed cur is humor inter omnes alios corporibus nostris accommodatissimus ubi frigefactus est, huiusmodi pathemata inuehat, non paruam certe inuestigationem requirit. Ex his enim planè perspicuum est, quantam uitiosi succi qualitates uim habeant, quas sanè tanquam parui momenti, quidã nostræ huius ætatis medici aspernantur: eosq; sequuntur, qui ita sentiendum esse primum commenti sunt. Eam ob causam lac ubi sumunt nonnulli, ne in uentriculo coaguletur, mellis, aquæ, & salis nõnihil admiscent. Ad bonos autem humores gignendos ex ijs animantib. lac probatissimum habetur, quæ bono corporis habitu sunt: idq; ubi emulctũ fuerit, statim hauriãt. Abundantius uero coctum satis crassum succum præstat, præcipueq; si uel farinam triticeam, uel milĩ, uel amylũ cum eo decoxeris. Caseus omnis crassi, uetus mali etiam succi est, recens uero et modo coactus deijciendæ alui gratia ante cibũ cum melle sumit, succíq; minus quàm uetus crassi est, nunquam autem mali. At quod ex lactis concretione C defluit serum, aluum egregie mouet. Quę ex lacte & caseo placenta cõficitur, crassi succi alimoniam præstat, propterea q; iocinoris meatus obstruit. Eadem ratione quæ ex similagine & lacte ubi lagani aut rhyematis quicquã admistum sit: tum quæ ex similagine, uel omnino ex triticea farina & musto conficiuntur, praui succi omnia sunt. Quinetiam ipsa per se lagana rhyemataque & bellaria omnia quæ ex tritico confecta sunt, & fermentatione carent, ac tum potissimum ubi nonnihil casei in se habent, succi sunt crassioris. sed mea quidem sententia quæ à nobis modo lagana ac rhyemata appellantur, ueteres cõmuni appellatione Itria dixere. Cochleæ crassi succi cẽsentur: itemq; Ouа quæ uel elixa, uel tosta, penitus densata sint, frixa D uero mali succi, fumosaq; in stomacho cocturæ sunt, secum etiam admistos cibos corrumpentis. Quapropter inter deterrimas earũ rerum habentur, quæ cõcoqui nequeunt. Mediocriter uero cocta, quæ ideo tremula appellantur, ad concoctionem, digestionem, nutritionẽ, bonicq; succi generationem præstantiora: sicuti & quæ sorbilia dicimus, si modum in coctura adhibueris, ad leniẽdas gutturis asperitates idonea sunt, cum liquidũ adhuc coactum densatumq; non sit. In Aquatilibus uero quæ mollia dicunt: uidelicet Lollígines, Sepiæ, Polypi, aliaq; eius generis, crasso tenacíq; succo sunt: necnon ex piscibus quæ cetacei generis habẽtur, cuiusmodi sunt Thynni. Sed Pelamides ex his magis ad mediocritatem tendunt. Ostreæ itẽ, Buccinæ, Purpuræ crassi admodũ succi sunt, ac simpliciter quę Aristoteles Ostracoderma, hoc est dura testa intecta uocat. Chamæ, Patellæ, Pectines, Pinnæ, & alia eiusdem generis: quorũ Purpuræ, & Buccinę duriori sunt carne, & succi crassioris: sed caro in alijs, præcipueq; in Ostreis & humidior, & tenacior est. Quarum omnium succum scire debes, non secus ac serum lactis, aluum deijcere: at solidiores ipsarum partes, serius ob crassitiem concoqui, crudumq; & crassum & frigidum humorem gignere. Eadem quoq; & Brassicæ, & Lenti euidens potestas est: multisq; alijs, sed minore efficacia. His de rebus, trib. de facultate alimentorum commentarijs uberius scripsimus. Reliqua ergo ex his omnibus, quę crassi succi esse diximus, B exceptis Purpuris Buccinisq;, & glutinosa & tenacia sunt. Brassicæ ac Lentes non eandem cum glutinosis antedictis succi naturã sortitæ sunt, sed earum succus nitrosus, & deijciẽdæ aluo efficax est, sicuti Dracunculi acerrimus & amarissimus. Vtrunq; etiã Aron præstat, sed minus efficaciter. Bulbi austero amaroq; succo sunt, ex ijsq; lotis, & sæpius iterata coctura quicquid superest crassi succi habetur. sed Fungi inter huius generis cibos frigidissimo, tenacissimo, & crasso succo sunt: à Bolẽtis tãtum neminem interijsse memoriæ proditum est: sed hæc ubi cõcoqui nequiuerint, choleram in nonnullis excitarunt. Ab esu cęterorũ fungorum alij mortui sunt, alij proxime ad mortem accesserunt, strangulationis periculo, uel alui fluoribus, aut cholera laborãtes. Tuber leniter crassi, nõ mali succi est, huius generis Amylũ habetur, nec mali, sed succi crassioris est. Itidẽ Nux pinea quã ueteres Strobilon dixere, se habet. In his quæ crassi succi censentur, Iecur, Renes, Testes annumerandi sunt: uerum Iecur malli succi nõ est: Renes, Testesq; non boni, his tamen exceptis qui ex gallináceis habentur, præcipuéque ex saginatis, itemq; suillo iocinore, si quando id animal caricis nutriatur, quod propterea Sycoton quasi ficubus altum uocant. Lien ex cæteris animantibus satis uitiosi succi est, et melãcholicus, suillus uero minus nocet. Cordis substantia durior, ac fibris magis scatet quàm quę habeẽ in alijs uisceribus: in his enim inter uascula, quædam concreti sanguinis substantia apparet: in corde fibræ multæ solidę & longæ, non secus atq; in musculis spectanẽ, in quibus carnosa substãtia circũ densatur, atq; ea de causa non nulli ipsum cor in musculorũ genere locandũ putant, ex quorũ substantia tota nostri corporis moles conficiẽ, tum quicquid proprie caro appellaẽ, esturq; ex uictimis. Sed musculorũ initia quæ Capita uocãt, neruosiora quoquomodo sunt, in eaq; capita ex ossibus ligamenta initiũ ortumq; habentia disperguntur. In fine musculi Tendones oriuntur: eamq; ob causam extremę utrinq; illorum partes neruosiores: sicuti & mediæ carnosæ sunt, & uberrime nutriunt. hæ quidẽ partes ab omnibus Carnes appellantur, cũ ipsarũ fibras præ tenuitate minime

minime intueantur, quæ ex ligamẽtis neruisq; in A hanc ipsam carnosam substantiam dispersis constant. Sed hæc cũ iam iã ab illis caro prænominetur, non sine causa extremas ipsius duntaxat partes Musculum dicunt. Verum aliter res habet, nã totus musculus propríjs quibusdã liniamẽtis circunscríptus seiũctusq; ab alijs cernitur, obitq; functionem unã quæ est ex motibus uoluntarijs. hoc eñ nomine eius generis motus ab his distinguendos putant, qui naturales & uoluntatis expertes sunt. Partes musculi quæ diximus discrimina recipiunt. In extremis animãtium partibus caro inest paucissima, ossuosę & neruosæ sunt, non nerui illius causa, qui uoluntario motu fungit (Nanq; is in huiusmodi partibus exiguus est) sed ligamentalis, & eius quem ueteres Græci Tendonem, Apo B neurosin quasi eneruationem, medici recẽtiores uocant. Hæc sanè elixa tenaci satis lentore & glutinosa sunt, eamq; ob causam simile etiam corpori alimentum præbent. Eandem quoq; naturam sortitæ sunt pedestrium animantium partes, quæ penes labia sitæ sunt. Lentum enim non crassum humorem gignũt, indicioq; est coctura, cum plurimum ibi tumoris concipiant, relaxenturq;. Cõmode hæc concoquuntur, itemq; Alę uolatilium communi quadam cum corporibus se exercentibus ratione, nanq; hæc omnia excrementis carẽt: quæ uero in ocio degunt, excremẽtosa sunt. Suilla cutis præpinguis ubi probe elixa sit glutinosum pinguedinemq; in se habentem, non satis qui C dem crassum succum præstat, neq; ueluti extremę partes concoctionem admittit, neq; bonum succũ sed excrementosiorem gignit. Cerebrum quoq; pars crassi succi est, & quę dorso excipitur Medulla. Sunt quoq; Glandulæ eiusdẽ naturæ, sed mediocriter, nec non iuuenum uictimarum Testes. Illud autem in cunctis animantibus communiter meminisse debes, scilicet seniorum, duras, siccas, & concoctu difficiles esse: at contra iuniorum, humidas, molles, atque idcirco commodius concoqui, his tamen exceptis, quæ ubi in lucem editæ sunt, protinus in cibo sumuntur. Nanque omnes eiusmodi muccosæ sunt, ac præcipue quæ suapte natura humidiori sint carne, ut Agni, & Sues: ueru Hœdi, & Vituli, ut qui natura sunt sicciores, D multo melius concoquuntur, nutriuntq;. Similiter ergo Glandulæ, Testesq; se habent: atq; etiam Lingua, cuius ferè natura glandulosa est. Quæ in Mammis glandulę habentur, si lac in se continẽt, Vbera appellantur: crassique succi edulia sunt. Quòd si animal ex quo sumuntur, boni habitus fuerit, & abunde nutriunt, & bonum succum efficiunt. Quod sanè cum commune quoddam sit, satius id quidem semel audire: ut mox facile tibi in mentem redeat. Lac ergo, ut medici omnes literis tradiderunt, succi habetur probatissimi. Quapropter nonnulli pulmonis ulceribus affectos potione tantũ lactis curari putant, antea scilicet quàm ea ipsa ulcera amplientur, callosaq; fiant. Sed præcęteris lac Mulíebre, tanq; naturę eiusdẽ, nobisq; accommodatum, ab alijs medicis, præcipueq; ab Herodoto & Euriphone celebratur, ubera quidẽ more infantium illorum iudicio ab ita affectis sugenda sunt. Lac enim simulatq; est emulctum, naturæ bonitatis nonnihil amittit, ex quo cõstat plane inter cibaria omnia lac optimi succi & horum in primis, et aliorum quoq; medicorũ iudicio censeri. Sed quod diximus non in his tãtum cibis, uerum in alijs quoq; permultis communiter obseruari oportere, iam recensendum est: lac uidelicet ex ijs animantibus quæ boni habitus fuerint, boni succi: ex ijs uero quæ deprauato, non secus ac sanguis qui in illis habetur, mali succi esse. Neq; enim lac bonũ succum præstabit unquam, cũ totum corpus uitiatos humores habuerit, propteréaq; lac ex animantibus quę boni sint habitus (ut diximus) ad bonos humores gignẽdos probatissimum est. Idem Glandulæ ipsæ tũ lac in se habentes, tum aliæ quoq; salubrium animantiũ præstãt. Itidẽ Iecur, Testesq; se habent: Hæc enim ijs animantibus sumpta, quorũ deprauati humores fuerint, bonum succũ efficere non queunt, uel eorũ quæ iam cõsenuerunt: nullũ enim ex ijs boni succi est. sed quæcunq; adhuc lactantia sunt, si matris lac probatum fuerit, eorũ iecur boni succi est, & cæteræ etiam partes bene se habent. Qualem uero alia animantium mẽbra humorẽ gignant, paulo post à nobis dicetur. Nunc autem is sermo (ut ratio postulat) quem de crassi succi cibarijs prius inchoauimus, absoluatur, quæ quidem cũ pauca C sint, à nobis recenseantur, distinguentes uidelicet ex ijs tũ qui malum, tum qui bonum succum efficiant, mox reliqua explicanda sunt. Vsus eñ præsentis operis ad id pertinet, quò scílicet bonos humores gignere, malos autẽ uitare possimus. Cũq; sicut ínitio huius tractationis exposuimus, cibi qui crassi succi sunt, corporis perspirationem difficilem reddant: in eoq; ac præcipue in iocinore & renibus nonnullas obstructiones faciant: propterea ab eorum esu cõtinuo, & si boni succi habeantur, meo iudicio abstinendum. At si qui mali succi sint, seu tenues, seu crassos humores gignant, penitus uitandi. fieri autẽ potest, ut hi duntaxat, qui uehementer exercentur, uiscerąq; à natura deprauate cõstituta nõ habeãt: crassi glutinosiq; succi cibis uescantur, ijsq; minime lędantur. Est ergo ex crassi succi cibis utraq; Balanorum species, & quernæ uidelicet, & fructus etiã φοινικῶν, hoc est Palmarũ. Græci palmas earũq; itidẽ fructus Phœnícas uocãt, ex his uero, quas quercus ferũt, Castaneæ quæ & Castana appellanẽ, gratæ sunt homini & suaues. eas tũ urbani, tũ alij quoq; per Asiam, Sardianas, & Leucenas uocant à locis ipsis in quibus uberius oriũtur. Quã igitur ob causam Sardianæ dicãtur, planè patet. Sed Leucenæ à loco quodã Idæ montis, quẽ plurali numero ut Thebas appellãt, nomen sumpserunt. Eius itaq; generis glandes uel assæ uel elixæ ab omnibus sumunẽ. Sed quæ figura oblonga sunt, & similes palmulis ad sues potiusq; homines nutriẽdos idoneæ, nisi

quíſpiam íngẽti neceſſitate oppreſſus (ut in extre A habet. Ex his em̃ alia craſſo duntaxat ſucco ſunt,
ma uictus inopia accidit) edere illas cogat. Ilignæ ut Lenticulæ. lento alia, ut Maluæ. nõnulla utrun
uero Glandes (quas Græci Acylos dicunt) duræ que ſortita ſunt, ut quæ Mollia ab Ariſtotele &
ſunt & acerbæ, & propterea inſuaues, & ſi eæ ipſę Dura teſta intecta appellantur. Noſtris autẽ cor-
elixæ ſumantur. Nam & ægre concoctionem ad poribus alimentũ accõmodatiſſimũ eſt, quod ex
mittunt, craſſumq; ſuccum reddũt, eamq; ob cauſ his rebus conficit, quæ nec craſſi, nec tenacis ſuc-
ſam uitandæ ſunt. Quòd autem adſtringẽtis ſuc- ci ſunt. Hæc em̃ moderatæ conſiſtentiæ ſanguine
ci diſcrimina quædam ſint ſecundũ plus minúsue gignunt. Quod uero tenue admodum eſt, uitiũ in
perſpicuum eſt: in auſteris enim adſtringendi qua ſe habet, ſiquidẽ parum nutrit, quæq; eo cibo nu-
litas remiſſa eſt: in acerbis intenſa. ſed quãto Acy triunt corpora, & gracilia & imbecilla reddunt.
li inter cæteras glandes ualentiore adſtringẽdi po Ad bonã itaq; ualetudinẽ eiuſmodi cibi accõmo
teſtate ſunt, tanto hac in re ab ipſis glandibus Ca datiſſimi cenſentur, qui mediã quandã naturã in-
ſtaneæ ſuperantur. In his enim aſtringendi facul ter ea quæ diximus, habent, quiq; non nimis tena
tas ualde imbecillis eſt, quamuis æque ac reliquæ ces glutinoſiq; ſunt. In his quoq; uitium ineſt, qui
glandes inter craſſi ſucci cibos annumerẽtur, cõ omino friabiles habent, ut qui pauciſſimũ in ſe lẽ
modius tamen cõcoquuntur, ac nullatenus prauí B torẽ habeant. Panis em̃ ex Panico Milióue cõfe
ſucci, & adſtringẽdæ aluo minore efficacia ſunt. ctus, dũ eſtur, arenidũ quoddã, uel quaſi cinerẽ ſa
Sed harũ uſu uberiore abſtinẽdum, non ea tantũ pit. Eapropter cum Etnos ſimiliter ac Lecython,
de cauſa, q̃ ſicuti multa quæ diximus, craſſi ſucci ex antedictis cõfeceris, pinguia, lentorẽq; in ſe ha
habeant: ſed q̃ ægre cõcoqui, aluumq; adſtringe bẽtia illis admiſcẽda ſunt. Hæc em̃ agricolæ indi
re, & inflatiões excitare poſſint. Palmarũ fructus to uel oleo, uel ſuillo caprinóue adipe, uel ouillo
(Græci omes quẽadmodũ diximus tũ palmas tũ bubulóue lacte in cibo ſumunt. Etnos à nobis ap-
ipſarũ fructus eodem uocabulo Phœnicas appel pellat, qd' ex freſis leguminibus chedropiſq; cõfi
lant) dulcis ſucci ſunt, & adſtringendi etiam facul cit: at Lecythos, cũ hæc ipſa moliunt, eorundẽq;
tatẽ habentis. hos medici quidam recentiores cõ farinã adipe aliquo admiſto in aqua decoxeris. Si
poſito nomine Phœnico balanos uocant, idq; a uero cibaria per ſe nõnulla inſpexeris anteaq; uel
pud ueteres Græcos in uſu non eſt: nanq; illi hos elixa, uel toſta, uel frixa, uel tantũmodo madefa-
fructus φοινικῶν βαλάνους, hoc eſt palmarum bala cta propriã præparationem adepta ſint, terreſtria
nos, non phœnicas, ſeu phœnícobalanos dicunt. duraq; apparent: elixa uero, aut humore madida,
Nunc autem de nominibus diſtincte diſſerere nõ mollia reddunt. huiuſmodi eſt, ex frumentaceorũ
propoſiti operis eſt: ſed ad eius generis homines C genere, Hordeũ, ac Triticũ: ex arboreis fructibus
pertinet, qui in ocio uitam agunt: eosq; potiſſimũ Nux pinea. Ad id ergo mentẽ quoq; adhibere de
qui ueterem Atticorum linguam didicerunt: ſed bes, ut non modo cũ in exteras regiones peruene
quæ ad ſanitatem faciunt, ea hominibus neceſſa ris, uerũetiam apud nos, ſiquid tibi inſuetũ eden
ria ſunt. Cum eius generis uictu quem ratio bonę dũ eſt, eius prius naturã non elixi, ſed aqua dunta
ualetudinis poſtulat, uti omnes nequeãt, uel quia xat madefacti experiare, uel id tibi elixãdũ, aſſan
negocijs dediti, uel quia intemperanter uiuãt, uel dum ue eſt. Nam quæ ex ſeminibus aut omino ex
quæ tuendæ ſanitatis cauſa agenda eſſent, ígno fructibus intumeſcunt, ueteremq; protinus ſiccita
rent, illorũ duntaxat ſtudio præſens opus aggreſ tẽ duritiemq; deponunt, mollioraq; & humidiora
ſi ſumus, qui ſalubris uictus rationem agnoſcunt, redduntur, præſtãtiora: quæ uero miníme tumẽt,
ad eamq; ſeſe accommodare ſtudẽt. Inter Acylos priſtinamq; duritiem retinẽt, deteriora ſunt. Hæc
& Quernas Glandes, Caſtaneasq; in ipſis parti em̃ & terreſtri ſubſtantia ſunt, ægreq; concoquun
culatim arboribus, non magnũ fructus diſcrimẽ tur, atq; ut, & in uentre perficiantur digerãturq;,
recipit, at in Palmis non leuiter differt. Nanq; Ae & in iocinore ac uenis in ſanguinẽ cõuertant, ua
gyptia palmula dura, ſiccaq; & auſtera, ſi cum ea lentibus corporis facultatib. opus eſt. Quæ ſanè
conferatur, quam Græci Pateton dicunt, quæq; D ambæ actiões in imbecillis corporibus haud pro
& ſatis dulcedinis & imbecilles adſtringẽdi uires ſpere ſuccedũt, ꝓptereaq; ſuccus ex cibis eius ge
habet, natura inter ſe contrarias eſſe arbitraberis. neris crudus reddit, ex quo multiplices morbi gi
Aliæ uero inter has medię cenſentur, ut quę plus gnunt. Sed quoniã ſingulæ fructuũ ſpecies maxi
minúsue auſteritatis aut dulcedinis habeant. Ha me inter ſe differunt, id animaduertendũ eſt, ut ſi
rum ſuccus & craſſitiem habet, ac facile iecur ob quí tibi in cibo ſumendi ſunt, madefaciẽdi prius,
ſtruit, quodq; ſcire ac meminiſſe expedit, dulces interdũq; etiã præcoquẽdi, ut cuiuſmodi naturæ
cibi craſſiq; ſucci iocinoris ac lienis obſtructiões fuerint, certiſſimũ experimentũ aſſequaris. Quã
faciunt, tũ inchoantẽ iam in uiſceribus phlegmo obrẽ Pater meus harũ rerũ diligens ſtudioſuſq;,
nen ſatis augẽt: inflationesq;, & ſcirroſa uitia, nec cũ Amygdalas hoc pacto expertus eſſet, Nucesq;
non abſceſſuum generationes (ut liquido patet) Iuglãdes Auellanasq; quas Põticas, & à tenui pu
proritant. Sed hæc forſitan à ſalubri uictu cuius tamine Leptocarya appellant, idemq; in olerũ ge
pars in hoc opere ſcribitur, remotiora ſunt. Rur nere, atq; itẽ in Fabis, Cicerculis, Piſis, nec nõ Lu
ſus ergo ad rem reuertamur, decq; ijs cibarijs aga pinis, Ochris, Dolichisq; tẽtaſſet, hæc ſcilicet om
mus, quorũ ſuccus tum craſſitiem, tũ lentorẽ in ſe nia uel madefaciẽs, uel pręcoquẽs, quantũ deinde

tumoris

tumoris cõciperent, agnoſcebat. De Ptiſana autẽ A omnibus gubernatrix natura fructiferas plantas
quidnã recẽſeri à nobis debet. Iã pueris planè pa præparat. Nonnulla etiam ab ea ipſa gignuntur,
tet, q̃ quæ celeriter turget, probatiſſima, quę poſt quæ nec elixanda, nec aſſanda, nec madefaciẽda,
multũ temporis parũ intumuit, uitioſa eſt. Nanq; nec aliter præparanda ſunt. Sed hæc ut omnibus
illa liquat, & in cremorẽ uertitur, hæc difficulter quæ edendo ſunt cõmunia, in uniuerſum nouiſſe
liquefcit, ac duritiẽ retinet, cremorẽq; pauciſſimũ oportet. Nunc uero quæ iam omiſimus, particula
præſtat. Quin & cerealia quædã ſemina dum co tim attingamus. omiſſa autẽ ſunt ex animaliũ par
quunt, nequaq; tument: ſed hæc à priſcis quibuſ ticulis, Ventriculi, Vuluæ, Inteſtina, Aures, atq;
dam medicis quía percoqui nõ poſſunt, Aterãna etiam Caudæ, nec non cerealium ſeminũ & plan
nuncupãtur. Quãobrẽ Pater meus & eo quo pau tarũ quas Horæas uocant, atq; olerum quoq; per
lo ante diximus modo, & copia etiã farinæ Triti multa. Ventriculi ergo Vuluæ Inteſtina duriori
cũ experiebat. Nã quod præſtantius, plus quídẽ: quàm caro ſubſtantia conſtant: quoq; ea duriora
quod deterius eſt, minus farinæ reddit. Quæ igi ſunt, eo etiã concoctu difficiliora, nec adeo boni
tur dicturus ſum ne arbitreris minime adrẽ perti ſucci: minoreq; ad nutriendum ꝑ caro ipſa effica
nere, ſiquidẽ quod cõmuniter habet de cũctis ſe cia ſunt. Sed Caudæ ſunt his quoq; duriores: reli
minibus fructibusq; qui reponi poſſunt, id ab eo B qua uero in ipſis quæ ad concoctionẽ & nutritio
dẽ Patre & à me etiã diu exploratũ, longoq; expe nẽ ſpectant, duritiei proportione reſpõdent, hoc
rimento cõprobatum eſt. Sed iam patet eos fru tamen excepto, quòd motionis cauſa minime ex
ctus cõmode meo iudicio aſſeruari, qui priuſq; crementoſæ ſunt. Cum his uolatilium Colla ſimi
marceſcant, exiccent: idq; nonnulli ſuſtinere non litudem quandam habent. Ventriculus ex pede
queunt, ut Mora, Pepones, Melopepones. Adde ſtrium & uolatiliũ genere maxime differt. Nanq;
etiã Perſica & alia eiuſdẽ generis. Hæc em̃ putre ex uolatilibus craſſus duruſq; eſt, & cõcoctu diffi
ſcunt priuſq; areſiant. Nonnulli Cucurbitas in te cilis, at ſi cõcoquatur uberrime nutrit. gallinæ &
nues offas diſſectas areſcere ſinũt. * Fungi etiam anſeris præſtantiſſimus eſt: Cæteræ uero anſerinę
cũ ſiccari nequeãt, uitiũ in ſe habere maxime indi partes alis exceptis, & durę & excremẽtoſæ ſunt,
cant. Nempe de ſeruãdis Prunis quid ſcribẽdum nec facile concoctionem admittũt. Ex grandibus
eſt: Nemo eſt em̃ qui neſciat, ea non modo apud ſtruthis (quos modo Struthocamelos uocãt) mẽ
Damaſcenos Iberoſq;: ſed apud nos quoq; ſeruari. bra omnia dura excrementoſa, & cõcoctu etiam
Quare pauciſſimos fructus deprehẽdes, qui ſic difficilia. Aurium cartilago & ſicca eſt, & minime
cari non poſſint, præter quos diximus Pepones, nutrit: Earum cutis exterior tenuis aridaq;, ægre
Melopepones, Armeniaca, Perſica, & quæ à Ro C item concoquitur, & pauciſſimi nutrimenti eſt.
manis Præcocia appellantur. Ficus etiã ſiccatæ Oculi à paucis eduntur. Conſtãt enim ex diſſimi
durant: ac Cucumeres ut Cucurbitæ reponũtur: li ſubſtãtia. Ex his nanq; Tunicæ aliam naturam
ſed hæc in uſum hyemis aſſeruata eadẽ quoq; ra fortitæ ſunt, aliam Muſculi, aliam quod à cryſtalli
tione explorãda ſunt. Nã quæ aquæ madorẽ peni ac uitri ſimilitudine Cryſtalloides ac Hyaloides
tus hauſerint, uel adhibita coctura, uel ſecus, inter dicitur. Inter hæc Muſculi tantũ facillime conco
cætera cõſimilis generis præſtantiſſima ſunt. Qui quuntur. Ex animãtibus quorũ natura ad bonos
bus uero accidit, ut multo tẽporis ſpatio non ad humores gignẽdos aptiſſima eſt, Sues mediocris
modum intumeſcãt, uitioſa cẽſentur. Quò fit, ut iam ætatis habentur: quí enim ad ſummum creue
cibi quí illico in tumorẽ creſcũt, & natura melio rint, hominibus uigentis ætatis, ſeq; exercẽtibus:
res habeantur, neq; aptius tantũ cõcoquí poſſint, qui uero adhuc increſcunt, ijs quorum ætas incli
uerũ quoq; ad bonos humores gignendos (cuius nat idonei ſunt. Caro ex porcellis paruulis excre
rei indagandæ hæc omnia ſcribimus) ſint præſtan mentis ſcatet. Quare ex pedeſtribus animantibus
tiores. Nihil enim in cibarijs omnibus ad boni ſuc Suilla caro probatiſſimus cibus eſt, deinde Hœ
ci generationẽ tam pertinet ꝑ ſi probe in uentri dina, mox Vitulina. Agnina uero humida, tũ len
culo concoquantur. Nanq; hæc & alterã & tertiã D torem mucoremq; in ſe habere cenſetur. à cæte
concoctionẽ facilius admittunt, ſed ſecũda cõco ris pedeſtris generis meo iudicio abſtineat, quiſ
ctio (ut planè noſti) in iocinore & uenis, tertia in quis boni ſucci generationi animum curamq; in
ſingulis quæ nutriũtur partibus perficitur, cuius tendit. Quæ ſane quonam pacto ſecundũ ſpeciem
quidem gratia duæ illæ priores expetuntur. Nam differant, libro tertio de facultate alimentorũ do
quæ nutrienda ſunt, nutriente ſecundũ qualitatẽ cuimus. Ex ſeminibus cerealib. Ptiſana quæ pro
mutato, & ad eius quod nutritur naturã aſſimila be cocta ſit, cibus optimus exiſtimatur, bonumq;
to, nutriuntur. Præparata autẽ præcoctaq; cõmo ſuccum gignit. Indicat quoq; hic ſermo Hordeũ
dius ꝑ quæ concocta nõ fuerint, tranſmutantur: itidem optimum eſſe oportere. Nam ſi huiuſmodi
ad inuicẽ enim concoctiones ſuccedunt: nã quic non eſt, nunquam congruam cocturam admittit.
quid uentriculus concoxit, ad iecur tranſit, ab il eamq; ob cauſam madefacta non admodum intu
lo ad nutriendas partes tranſmittitur. Cunctis er meſcit, nec in cremorem liquatur. Sed de Ptiſana
go corporis partibus iecur alimentũ præparat: illi copioſius à nobis dictũ eſt in libris de facultatibus
uẽtriculus: huic os: ori quędam uel iurulenta, uel alimentorũ, decq; morbis curandis, atq; in ijs com
aſſa, uel frixa, uel tantummodo madefacta: ſed his mentarijs quos ad eum librum interpretandum

qui de

qui de uictus ratione in acutis morbis habet, scri A
psimus. Nunc autē caput hoc quo utimur ad præ
sens opus, explicasse sit satis. Ptisanā scilicet pro
be confectā ex cibarijs omnibus omni prorsus noxa
uacare, prodesseq; tum ad sanitatē, tum ad bonos
quoq; humores gignendos. Minus hæc nutrit q̄ꝫ
Panis: de quo primo de facultate alimentorū uo
lumine diximus. Fœnogræcū non boni succi est,
si quis eo liberalius utatur. Ptisanā uero & si quo
tidie ad satietatē sumpseris, non idcirco boni suc
ci generationē impedies. Idem quoq; de fabis di
cerē, nisi inflationes parerent. neq; enim mali suc
ci sunt, aut obstructiones faciunt, quæ duo in salu
bri uictu præcipua sunt. Hæc autem sibi ipsæ uen
dicant, cū abstergendi qualitatē uimq; sicuti Hor
deū obtineant. Pisum exterendi quidem uim nō B
æque habet ac Faba, sed inflatione caret. Lentes
(ut ferè omnibus notū est) & uitiosi succi, & me
lancholici sunt, ijsq; in multis affectibus medica
menti loco persæpe utimur, sed hæc modo recen
scenda nō sunt. Ochri præterea ac Dolichi his quę
diximus deteriores, ac cicerculis meliores haben
tur. Post hordeū Olyra annumerāda est, post hāc
Typhæ: à panico quod à priscis nōnullis Meline
etiam nominatur, penitus abstineas. Huic Miliū
consimilis generis est, sed minus malum. Cicer e
gregie nutrit, sed nec boni succi est, & inflat non
minus q̄ꝫ faba, semenq; auget ac ueneris deside
rium. Lupinus non mali, sed crassi succi est, pro
pterea q̄ꝫ (ut iam patet) probe nutrit. Cætera autē
legumina ad bonos humores gignendos recense C
re non attinet, neq; enim ea edunt homines, nisi fa
me & rerū inopia cogantur. hactenus ergo de his.
De fructibus deinceps agendum est. Nanq; quos
arbores ferūt, omnes ferè (ut ita dixerim) mali suc
ci sunt, his tamen exceptis Balanis, quas Casta
neas uocāt, quæ si in uentriculo concoquātur, effi
caciter nutriūt, atq; eæ crassi quidē, nunquā autē
mali succi sunt. sed inter reliquos fructus, qui à tē
pestiuitate præcipua horæi appellantur, humorē
uitiosum gignunt, ac si forte in uentriculo corrū
pantur, similes fere letalibus uenenis fiunt, sicuti
in Moris contingit, quæ & si Persicis & Prunis
sunt moderatiora, cū tamen corrūpuntur, non mi
nus in se habēt uitij q̄ꝫ illa. Sed Ficus Vuaq; per
id tēpus, quod Græci proprie oporan uocant, di D
ctis fructibus sunt præstantiores. Refert quoq; nō
parum utrū ad maturitatē perfectam deuenerint
fructus, an secus. Maturæ em̄ Ficus ferè innoxiæ
sunt, Vuæ deinde, & eæ quidē appensæ. ita enim
quicquid inflationes facit abijciunt, & omni pe
nitus uitio carent. De Caricis siquis boni eas &
mali succi esse dixerit, forte inter se pugnantia di
xisse uidebitur, cum tamen uerū utrunq; esse pos
sit. habent enim in se, tū quod salubre, tum quod
insalubre sit. Nam si eæ ipsæ per uentrem transie
rint, quodq; ex ijs alimentū conficitur, per renes
corpusq; digestum fuerit, & salubres, & boni suc
ci censentur; sin autē retardarint, peioris quoquo
modo succi sunt, & pediculorum copiā gignunt;

cū Nucibus autē sumptæ cibi probatissimi sunt,
atq; idem cum Amygdalis, sed cū his obstructio
nis aperiendæ & abstergendi gratia sumuntur, ne
que ita bonū succum præstant, nutriuntq;, ut cum
miscentur cū nucibus, cum quibus ad omnia ha
bentur præstantiores. Quin & nonnulli de leta
lium uenenorū cōpositione scribētes, Caricas cū
Ruta Nucibusq; præsumptas, uenenis eiusmodi
uniuersis aduersari testantur. Reliqui arborū fru
ctus mali succi sunt, ijq; potissimū quos syluestres
plantæ & frutices ferunt, sicuti de his uberius se
cundo de facultate alimentorum uolumine dixi
mus. Sed Malis, Piris, Punicisq;, & Mespilis, nō
alimentorum, sed medicamētorum loco utimur,
ad stomachi uidelicet uētrisq; firmitatē & robur.
Inter fructus quoq; Cucumeres, Pepones, Melo B
pepones connumerantur, quorū nullus boni suc
ci est. Quòd si celeriter perfici digericq; non pos
sint, in succum fere letalibus uenenis similē uer
tuntur. Cucurbita duntaxat ex huiusmodi fructi
bus damnanda non est, si tamen in uentriculo cor
rumpatur, ipsa etiam malum succum gignit. Mo
ra itidem si cito perficiantur, & priusquā corrum
pantur, transierint, innoxia sunt, nisi ijs quispiam
liberalius utat. Atq; hæc de horæis fructibus om
nibus scire ac meminisse oportet. Ex oleraceis ni
hil est, quod bonum succum præstat. Lactuca em̄
in his quæ boni malicq; succi sunt, mediocriter se
habet. Post illam Malua habetur. Post hanc Por
tulaca, Atriplex, Blitum, Rumex. Sed Lactuca a
grestis, Chondrilla, Scandix, Gingidiū, Seris,
Cichoriū, aliaq; ex oleraceis agrestibus omnia ui
tiosissimi succi sunt. Radices autē olerū acrimo
niā in se habentiū, ut Allij, Cæpæ, Porri, Rapha
ni, & agrestis Pastinacæ, malū succū gignunt. sed
Ari, Caricq; radix, & Rapi, quod Buniada etiā, id
est Napum appellant, in ijs quæ boni prauicq; suc
ci sunt, media habetur. Præterea Aues, Piscesq;
ferè (ut ita dicā) omnes boni succi censentur, exce
ptis lacustribus, palustribus, & qui in immundis
fluminibus ac turbidis degunt. minus em̄ natatio
nibus se exercēt, uitiatoq; aere, & prauo uictus ge
nere utuntur, præsertim si in aquas illas, urbis ali
cuius amplissimæ, latrinarū, balneorū, culinarūq;
loturæ & purgamenta defluant, aut si in ijs & ue
stes & alia eiusdem generis abluantur. Caro em̄
animantiū, quæ uiuunt in aquis eiusmodi, earūq;
potissimum, quæ ibidem duntaxat immorantur,
deterrima est. Quę uero in meliores aquas se trā
ferunt, ijs sunt deteriores, quæ puro ex mari uictū
capiunt. Sed ferè animantes omnes, quę in ea ma
ris parte uersantur, quæ dulci se aquę non immi
scet, innoxię sunt, ut Pelagicę, Saxatiles, quę tum
ad bonos humores gignendos, tum etiam ad gu
stus ipsius uoluptatem cęteris multo sunt præstan
tiores. harum itaq; frequens usus tutissimus est.
Nonnullæ præterea sunt, quæ duplici ex humore
uiuunt, tum marino tum dulci, ut Lupi, Capito
nes, Cancri, Gobij, Murenę, Anguillę. Quare in
ijs primū quærendum est, ubinam sint captæ: de

inde id

inde id olfactu & gustu experiundum. Nam quæ A
deprauatis aquis nutriuntur, & mali odoris & in
suaues, mucco sæq; sunt, cumq; longe sint alijs pin
guiores, citissime emarcescūt. Sed quæ puro ex
mari uictū petūt, & boni odoris sunt, gustuq; sua
ues, pinguedinis autē uel nihil omnino, uel pau
cissimā in se habēt, diutiusq; à putredine illæsę du
rant, præsertim si niue circundatæ sint. Ad hunc
em̄ modū quæ duriores fuerint, præstantiores eua
dunt: cū caro ipsarū reddat friabilior, uti & caro
Aselli, & eorū quę in saxis degunt. Nam quod in
his naturaliter inest, id ea quæ duræ sunt carnis à
niue sumpserunt. Quamobrē Capitonū caro pu
ro in mari degentiū, ab his qui ustiatis in aquis ui
unt, diuersissima est. Similiter Gobij, Lupiq; se
habent, idq; in alijs quoq; q̄ꝫ in his quæ sunt dicta, B
clarius patet. Murenæ em̄ ex aquis eiusmodi pessi
mæ: Anguillæ nunq; boni succi sunt, tāetsi puro
in humore uersentur, nedū in eo qui urbiū sordes
& purgamenta in se recipit. Secundū quoq; loco
rū pastiones, pisces & meliores et deteriores fiūt:
idq; odore gustuq; facile explorabis, quēadmodū
ex Mullis, ij quidē peiores sunt qui carcinnadas
pascūt, reliqui uero duriore sunt carne, nō modo
q̄ꝫ saxatiles asellicq;, sed etiā q̄ꝫ capitones, q̄ꝫ lupi,
& cæteri pelagici: propterea q; difficilius conco
quūtur, sed efficacius nutriūt, malicq; succi nihil in
se habent. Sed de his quæ ad nutriendū pertinēt,
tribus de facultate alimētorū cōmētarijs exactius
disseruimus. Quos sanè qui salubribus cibis per
uestigandis studet, minime negligere debet, neq;
etiā omnino opus illud qd̄ ad tuendā sanitatē spe
ctat, cuius pars quædā ijdē ipsi cōmentarij sunt.
Scripsimus quoq; & aliū librū de extenuante ui
ctu, illi scilicet opposito, qui crassæ materię est, p
speræ quidē ualetudinis studiosis apprime utilē:
sed illud in primis hac in re memoria tibi tenēdū
censeo, eū scilicet neq; auxiliorū, neq; salubriū ci
borum exactā notitiā consecutū, qui materierū
uires accuratissime nouerit, nisi corporum quoq;
naturas, quorū causa cibi expetunt, agnoscat. Ex
his enim nōnulla densa sunt, & quę perspirare nō
possunt: laxa nōnulla, & quæ facile inaniuntur:
eāq; ob causam humidiore illa egēt alimēto, hæc
siccíore. Alia item glutinosius, alia tenacius: par
cius alia, alia uberius alimentū exigunt. Similiter D
quibus sanguis est admodū melancholicus, humi
di calidiq; cibi dādi sunt: quibus uero biliosior, fri
gidi: uerū ubi pituitosus existit, cibus tunc opus
est qui calefaciendi siccādiq; uires habeat: præte
rea qui probato multū sanguine abundarint, par
cius nutriendi, eorū in uictu nullę euidentes uires
insint, sed mediæ materiæ existat, ut neq; egregie
calefaciendi, refrigerādi, humectandi, siccādiq; fa
cultatē obtineat, eadē ratione neq; crassus aut te
nuis, neq; lentus aut aridus, uel (quod lento oppo
nitur) friabilis sit. Ariditas enim in duris ualdeq;
siccis rebus, id autē quod est friabile, in mollibus
medijsq; inter humida siccaq; inuenitur. Commu
ne tamē utriq; est ut tenaci lētore omnino careat.

Is ergo qui recte alimentis usurus est, scire in pri
mis debet, quæ nam sint in hominū cute laxitatis
densitatisq; discrimina, deinde quale sit totius cor
poris, postea singularū partium tēperamentum,
idq; an illæ propriū seruent. Interdū enim caput
plus iusto calidius, uentriculus frigidior est: sæpe
etiā contra, hic quidem calidior, illud frigidius. Iti
dem quoq; accidit in alijs partibus. Quę sanè in li
bris de morbis curandis, deq; tuenda sanitate pa
riter inuestigauimus. Sed quod ad alimenta spe
ctat, id ante omnia quærēdum, ac potissimū cōsi
derandū est, quonā uidelicet modo cōmodissime
concoquant. mox ut concoctus humor qui in di
uersas corporis partes ferē, illarū partiū tēperamē
to accōmodatus sit. Quāobrē ut recte quispiā uti
B alimētis possit, necessaria cognitu sunt quæ de tē
peramētis scripsimus. Qua in re cū sis ipse abun
de uersatus, quod reliquū adhuc est, ac necessario
ad earū rerū notitiā expetiē, quæ bonos malosue
humores gignunt, adiungā, à uinis scilicet initio
sumpto. Ex his em̄ q̄ aquosa tenuicq; substātia sūt,
urinā mouent, & paucissimi sunt nutrimēti. Cras
sa uero, ut Theraeū & Scybelites, nō leuiter qui
dē nutriunt. In ipsis quoq; discrimen est plus mi
nús ue, crassitudinis proportiōe. Huius generis ui
nū habetur, qd̄ Aegæ apud nos ac Perperina fe
rūt, quarū hæc Pergamo, illæ Myrrhinæ finitimę
sunt. Scybelites nec nō Theraeū absolutæ dulce
dinis est: Cilicīū austerū dulceq; simul, qd̄ etiam à
locis in quibus nascit, Albates appellat: sed quæ
C Aegis ac Perperinæ proueniūt, media inter hæc
sunt. neq; em̄ exquisitā dulcedinē, nec notabiles
adstringēdi uires, sicuti Cilicium, in se habēt: ni
graq; hęc omnia sunt. Nulla em̄ uina inuenies cras
sa pariter ac dulcia quæ nigra nō sint. Cū itaq; mu
stū ex albissimis uinis coxeris, & qd̄ sireaū uocāt,
hoc est sapam, cōfeceris (id apud nos hepsema ap
pellat) nigrū æque ac Theraeū colorē referet. ita
etiā Caryinū se habet qd̄ dulce est, itēq; Therinū:
sed tamen hoc nec colore adeo nigro, & minore
dulcedine est, q̄ꝫ Caryinū. Alba uina haudquaq;
dulcia sunt, sed alia austera & crassa, alia aquosa
ac tenuia. Ex flauis autē rutilisq;, nōnulla media
criter dulcia sunt, sicuti Hippodamātiū, Fausti
nū, Falernū: nonnulla omnino dulcedine carent.
Sunt autem his rubra crassiora. Et ex rubris, quæ D
proxima colore ipso nigris sunt. Nutriunt autem
hæc omnia crassitudinis proportione: eāq; ob cau
sam, qui indigēt refectione, ut dulce uinū potent,
suadēdi sūt, ac tū præcipue cū horū iecur, lienq;,
& renes uitio careāt. Verū cui crassus humor per
uenas redūdat, tenuis substātię uinū: cui frigidus,
acre & uetustū: cui non frigidus, quod neq; acre
neq; uetustum sit, accōmodatū est. Ad bonos au
tem humores gignendos, odorū præstantius, sed
tamen caput tentat. Tenue ciendæ urinæ magis
idoneum, capiti nullam infert noxā. Vitanda quę
crassa simul, maliq; odoris, gustuq; non grata &
austera sunt, quale est Bycīū, grandioribus uideli
cet testis nō paruis cōditū. Quod em̄ sumitur ex

his quæ

his quæ paruæ sunt, nec grauiter olet, nec insua-
ue, nec crassum admodum est, neq; item cũ acer-
bo sapore astringendi uim habet: id nec boni nec
mali succi est, sed horũ mediũ censetur. Ex uinis
probatissimi succi Falernũ habetur, potissimũq;
id quod dulcius. Eiusdem quoq; generis Tmoli-
tes existimatur, rutilum scilicet ac dulce. Nanq;
aliud ex hac ipsa specie & austerum est, neq; eque
atq; illud bonũ succũ præstat, sicuti & alia omnia
quæ egregie austera sunt, quamuis laxum stoma
chum ac uentrem firment, ac tum præcipue, cum
calida intemperie affecti sunt. hac enim de causa,
atq; etiã ad alui fluctiones sistẽdas austeris utimur
uinis: ꝑterea ad nullos alios usus ea accõmodare
solemus. Nã nec alimẽti ipsius digestioni, nec san
guinis confectioni, nec bonis gignendi humoribus, nec facile reddendæ urinæ, nec eliciendis sudoribus, nec aluo deijciendæ quicq; cõmodi alimentiq; afferunt. Sed non enitendũ nobis nunc est, ut bonitates omnes, uitiaq; uinorum recenseamus, quæq; potissimũ pro morborũ qualitate differũt. Quod ergo præsentis nostri est operis & instituti, iterũ sumamus, & per breuia quidẽ capita explicemus. Corporibus itaq; intẽperie uel naturali, uel quoquo modo aduentitia bilio sis, nec Falernum uinũ, nec Tmolites rutilum scilicet dulceq;, nec Ariusium, nec Lesbium odorũ rutilumq; & antedictis simile, idoneum est. Cũcta enim huius generis uina calida sunt: propterea q; nec bilio sis, nimioq; æstu, & ardore, fameq;, aut mœrore uexatis, nec itẽ ubi anni tẽpus, regio, tẽpestasq; calida existat, danda sunt. Cõtra uero utiliter ijs dantur qui calefaciendi sunt, utpote pituitosis frigidisq; tẽperamentis, crudicq; humoris copia refertis, tũ ijs qui frigidis in locis ociosius uiuunt. Dantur quoq; in hyeme, frigidaq; & humida tempestate. His itaq; omnibus rutilum dulceq; uinũ accõmodatum est. Contrarium uero ijs qui contrario modo se habent, atq; id quidem, nõ quòd uitiosos humores gignat, sed quòd eos qui refrigerãdi essent, calefaciat, capitisq; dolores & febres facile inferat, neruosq; nõnunq; lædat. Ex rutilis autẽ illud quod mediocriter dulce est, (nullum enim ex his dulcissimũ, sed paulo dulcius, et nigrius inuenies) nõ æque ac rutila ipsa calfaciẽdi uim habet. Non ergo ab re capiti neruisq; innoxium est, nec more eorũ quæ diximus, febres excitat. Quod aũt crassa uina dulciaq; aluũ deijciant, nemini ferè ignotũ est, sicuti mustũ: quod tametsi ægre cõcoquatur, crassumq; succũ, & inflationes faciat, aluum tamẽ mouet, idq; boni duntaxat in se habet, quod si interdum efficere non potest, mirũ in modũ nocet. Inest autẽ cõmuniter uinis omnibus (his tamen exceptis quæ nimis crassa dulciaq; sunt, quale est Theræum & Scybelites) ut longo tẽporis spatio flauo colore perfundantur, quiddamq; igni simile coruscans præseferãt. E nigris uina qualia apud nos gignit Perperina, uetustate in rubrũ, giluũq; prius, deinde in flauum colorem transeunt. Albũ quoq; quale est Bithynum Aminæum, quod ubi inueterauit, Romani Cecubum uocant, cuiusmodi fuerit generis, haud planè agnoscas. habet em amaritiẽ quandã qua potui minus idoneũ reddi-
tur. id tamen caupones cũ recentioribus uinis admiscent, eaq; pro uetustis uendunt, atq; ita nõnullos fallunt, qui in degustandis uinis non omnem notitiam habent. Vitanda ergo quæ nimis uetusta sunt, nimisue recentia. nanq; illa præter modũ, hæc nullatenus donec recẽtia fuerint, calefaciũt. quæ ut aliquem usum cibis concoquendis afferant tantũ abest, ut ipsamet sint difficilis cõcoctionis. Præterea nec cõmode per aluum transeunt, nec digeruntur, nec urinã mouent, nec sanguinis confectioni, nutritioniq; idonea sunt. Sæpe etiam (ut aqua) in uentre suspensa remanent, ut si paulo amplius ex ijs hauseris, facillime coacescant. Sed ex recentibus uinis genus illud dũtaxat tutò ebibitur, quod tenuis substantiæ est, sicuti ex Italicis Gauranũ, Albanum, & ex Sabinis Thuscisq; nõ nulla, ea enim non in uniuersum omnia eiusmodi sunt. Aminæum quoq; quod in eo colle nascitur, qui Neapoli imminet, cito ut bibatur idoneũ reddi-
tur, quale est apud nos in Asia Tibinum, Arsyinum, ac præterea etiã Titacazenũ. Sed hæc exẽpli gratia à nobis sunt posita. Nanq; ego uina huius generis apud omnes ferè nationes inueni, uerũ non ita facile ea nouerunt externi, duabus de causis, uel ꝙ non ita multum uspiã abundent, uel quòd longam nõ ferant nauigationẽ, propterea q; à mercatoribus in exteras uehi prouincias nõ possint. Huius autem generis uina facile dignoscuntur, primũ tenuitate, deinde cãdore, quibus cum aqua potissimũ quandã similitudinẽ habent. Gustu ẽnim aquosum quidpiam sapiunt, nullasq; adstringendi ualentiores uires habent, neq; uberius dilui patiuntur, unde à priscis medicis ꝙ parum aquæ ferant, dicta sunt oligophora. & quẽadmodũ rutila uina, cum calida potestate sint, replent protinus caput, sic quæ diximus, non modo capiti penitus innoxia sunt, sed etiã leues eos dolores nõnunq; tollunt, qui ab humoribus in uẽtriculo collectis solent prouenire. Neq; enim caput tantum modo tunc dolet, cũ proprijs quibusdã uexatur affectionibus, uerũ quoq; cũ halitus uaporq; ex deprauatis uentriculi humoribus eò ascendit. Huic dolori leue, & parũ aquæ ferẽs uinum, quodq; exiguam adstringẽdi uim habeat, epotum succurrit. Quæ uero omnino sunt exinanita, cuiusmodi apud nos Tibinũ est, & ex Italicis Sabina nõnulla, tanto his deteriora sunt, quę leniter adstringũt, quanto sunt aquis præstantiora. Quin & aquę potio uitium præcipue in se habentis nonnullis capitis dolores infert. Nam & ipsa corrumpitur, & naturale robur exoluit, quò fit ut ubi uentriculũ inualidum reddidit, in cauas eius partes ex reliquo corpore sanies quædam bilio sa defluere consueuerit, more eorũ quos inedia premit: quibus sanè offensis noxisq; dictum uinum sui tẽperamenti ratiõe hominẽ actutũ liberat, ac paulo post ubi uentriculũ firmauerit, quæ illi noxia sunt, ad inferiores

riores partes defert. His ergo qui natura aut æta-
te calido admodũ sunt tẽperamento, aquæ potus longe accõmodatior uino. Quod utiq; si necessario interdũ adhibendũ est, sit quidem tenue, & leuiter austerũ. Ea etiam ratione esculenta poculentaq; omnia non unicuiq; simpliciter sunt idonea, sed distingui ad utentiũ naturas, aptariq; debent. Vina quidẽ si distincte (ut diximus) species ipsorũ à nobis considerẽtur maxime: reliqua uero nõ admodũ inter se differũt. Nunq; em uel Lenticulam uel brassicã humectantis naturæ esse deprehẽdes, sed minore alterã ad siccandũ efficacia, cũ humectãdi potestate nullã. Ex Cæpis itẽ, Porris, Alijsq; nulla sunt quæ refrigerãdi uim habeant, sed plus minũsue calefaciunt, neq; agrestis Lactuca, Atriplex, Blitũ, Portulaca, calefaciendi facultatẽ habent, in his tamẽ plus minũsue non magnũ discrimen recipit. at in uinis quod uetustissimũ est, & Cecubũ, ut diximus, à Romanis appellatur, adeo ab albo simulq; austeritatẽ habẽte, necnõ recente crassoq; differt, ut illud efficacissime calefaciat, sensibilẽ hoc refrigerãdi uim habeat. Mellis quoq; non parua differentia habetur. nã quod uiriatũ est, tanq; mali odoris, gustuq; aliã qualitatẽ admistã referens, mel quidẽ dici nõ debet. Synceri & uitio carẽtis mellis discrimina hæc sunt, plus minũsue dulcedinis & acrimoniæ in se habere. Dulcissimum acerrimumq; eximiæ æstimationis est: sed cuiuslibet generis mel calefaciẽdi uires habet, sumptumq; à calidis corporibus facile in bilẽ conuertitur, idq; in omni melle cõmuniter inest: propterea pituitosis admodũ naturis, ætateq; & senio confectis, utiliter datur, frigidis quoq; morbis accõmodatum est. Acetum mulsum sanitatis tuẽdæ gratia ætatibus naturisq; omnibus utilissimũ, siquidem obstructiones omes discutit, adstrictosq; meatus ita aperit, ut nulla in parte crassi glutinosiq; humores deprehendantur. ea propter eius generis medicamina, quæ medici salubria uocant, tenuandi omnia in se potestatẽ habent, tutioraq; ad bonam tuendam ualetudinẽ censentur, ꝙ quæ crassiores humores reddunt, sed bonã habitudinẽ roburq; efficere non possunt. Quin & nonnulli incertam potius & non tutã sanitatẽ expetunt, dummodo bonã corporis habitudinẽ assequãtur, ꝙ gracili semper & imbecillo corpore firmissima sanitate frui: sed ex his qui bonæ habitudinis acroboris sanitati studẽt, alij suismet corporibus uacant, alij eam sibi proponũt uitã, quæ uel militiæ, uel ciuilibus occupationibus dedita est, noctuq; exurgere, totaq; die necessarijs rebus inseruire cogunt. Sed ex his qui poterit ante balnea exerceatur, quodq; gymnastę apotherapeuticon, quasi recuratorium dixeris uocant, adhibeat. Sed pleriq; negocijs impliciti hoc nequeunt: propterea q; fieri non potest, ut bene semper se habeant, & si modeste sobrieq; cibum sumant. Qui uero quoad possunt, quæ ad bonã tuendam ualetudinem agenda sunt, nõ omittunt, raro morbis corripiuntur. Ab his ergo uberius nutriẽs cibus crassoq; humores gignens, necessario sumẽdus est, sed cũ moderatione quadam, eo præsertim tempore, cũ euidens illos necessitas cogit: at omnino in posterũ mediæ materiæ cibis, nec parcius uidelicet, nec copiosius nutrientibus utantur. Vitanda penitus quæ uitiosi succi sunt, præter quã æstate, cũ languentiũ corporum siccitati & calori succurrendum est: his enim hoc ipso tẽpore Mala, Pruna, Cerasa, Moraq; idonea sunt, itẽ Cucumeres, Pepones, Melopepones, sed parcius his uti debemus. Dantur quoq; Præcocia, Persica, & quæ à Romanis Melce dicitur, refrigerata tamẽ, nec nõ spuma lactis quæ à Græcis Aphrogala nominat, atq; etiam cibaria ex lacte confecta, quale est, qd Argyrotrophema appellant. Ficus itidẽ frigidæ & cucurbitæ ita affectis accommodatæ sunt. Sed moderatus uir ac prudens, in æstuosis quos diximus laboribus, alium adhibebit modum, ad refrigerandam humectãdamq; corporis siccitatẽ. Ex balneis nanq; rediẽs, epota prius aqua, mox uino mediocriter aquoso, ijsq; per uomitionẽ reiectis, Lactucam edat, quæ innoxia est, simulq; refrigerandi uires habet: sumat post ea suillos Pedes bene decoctos ex aceto & garo, itemq; Alas gallinæ uel anseris, & eiusdem etiam Ventriculũ, nec non Pisces nonnullos frixos ex his qui molli sunt carne: danda itẽ ex oleribus quæ mali succi nõ sunt, sicuti Malua, Cucurbita: uinum postea ubi frigida aqua ualde dilutum sit: potet. Ante id tamẽ aliquid, uel ex Salsamentis, Ouisq; tremulis, uel ex Piscibus ex oleo & garo sumi potest. Sed melius (ut dictũ à nobis est) calori siccitatiq; corporis gelida aqua succurritur: uitandaq; semper mali succi cibaria sunt. Idem quoq; frigida Alica præstat ex mulso uidelicet uinoq; frigida sumpta, maliq; succi nihil in se habet. Sed mihi sæpius similes æstus & calores perpesso Ptisanæ cremor bene refrigeratus, satis fuit, per id scilicet tẽpus, quo quispiam commode (ut modo dixi) frigida aqua usus est. Sed alter alteri refrigerãtis cibi potusq; sit modus. Nam nonnulli cum niue uti soliti sint, ea ipsa refrigerantur, alij aqua fontana, cum hac etiã utãtur, quibus niue minime opus est: sit quoq; dilutũ uinum præfrigeratum, (sic enim eius generis uinum à medicis appellatur, quod uase exceptũ, tũ in gelidissimam aquam iniectum prius refrigeretur.) Sed hæc illis præcepta traduntur, qui in eo uitæ genere uersantur, quæ assiduis occupationibus impeditur, ut qui regendis populis & administrandæ reipublicæ præsunt, horumq; potissimũ satellites & ministri. Itidem quoq; se habent, tum quos bellicus labor exercet, tum quos uiarum & itineris lõgitudo fatigat. Qui uero huiusmodi negocijs uacui solutiq; sunt, si exercitatione uti solent, quamrarissime frigido egent potu. Qui minime exercentur, summa æstate cũ uehementi calore urgentur, fontis aquam bibãt, niuisq; usum uitent. hæc enim quãuis protinus nullam iuuenum corporibus sensibilem læsionẽ inferat, sensim tamen occulteq; crescente uitio cum iam ætas pro-

gressu temporis inclinarit, articulos, neruosq;, & uiscera ijs morbis uexat, qui uel difficulter admodum, uel omnino tolli non possunt, neq; id quidem temere. nãq; ea pars corporis quæ natura imbecillissima est, à lædente quolibet patitur. Quòd autem uitiosi humores, morbiq; gignantur, cruditas assidua maxime in causa est, siue ea ex boni siue ex mali succi oriatur cibis. Sed id euidens palamq; est, eam scilicet cruditatem longe alijs deteriorem esse, quàm uitiosi succi cibaria effecerunt. Quæ cum duplici modo se habeant, si tenuẽ quidem succum reddunt, acutos morbos cum maleficis quoq; febribus inuehunt, succorumq; uitio in unam duntaxat particulam decumbente, tunc erysipelata, herpetes, aliæq; affectiones calidæ oriuntur. Si uero crassum succum efficiunt, articulorum, & renum uitia (Græci arthritidas & nephritidas uocant) podagræ, anhelationes, tum lienis iocinorisq; scirrosi affectus gignuntur. At quibus malus corporis humor melãcholicus fuerit, cancri, lepræ, scabies, quartanæ febres, nec non atræ biles, cutisq; uitiatus & ater color, cum lienis itidem tumore fient. Horumq; permultis ex hoc ipso humore nigri uarices, & hæmorrhoides accident. Sed ex multis humoribus mistæ affectiones proueniunt, ut herpetes, & phagedænica ulcera, atq; item malefica omnia quæ Cacoethe appellant, & eius generis acutæ febres, quæ denuo ad tempus reuertantur.

CL. GALENI IN LIBRVM DE SALVBRI DIAETA COMMENTARIVS.

HERMANNO CRVSERIO CAMPENSI INTERPRETE.

Nus hic liber peculiarẽ habet titulum, ut totius præsentis libri pars prima, ubi de natura humana sermo habetur. Nam in illo, quod receperat, præstitit omnibusq; numeris absoluit. Et hic quæ instituit, toto opere tradit. Vnde uniuersus liber, exceptis illis q̃ his duobus libris interposita sunt, conuenientem sibi inscriptionẽ sortitus est, quidam de Natura humana, & Diæta fecerũt. Atq; ut est prorsus liber de humana natura inculpatus, omnino autẽ quæ inter duo hæc uolumina irrepserunt, reproba: item liber de salubri diæta, ferè caret uitio, ubique cũ Hippocratica elementorum institutione coniuncta: sunt tamen eius loca, cæterũ admodum pauca, quæ non absunt à uitio. At esto, quod multis probatum est, Polybi.

Idiotæ hac debent diæta uiuere.

Ecquos idiotas appellat, huius libri interpretes, in quæ quidem incidi commentaria, præterierunt: nec unq; ex præceptoribus meis, cum librũ prælegerent, quæsiui. Nunc quando commentarium in ipsum statui scribere, male prætermissum à meis præceptorib. iuxta atq; interpretibus quosnam dicit idiotas, animaduerti. Nempe eũ hoc in confesso est, quam infra diætã tradit, hanc Polybũ nõ omnibus hominibus, sed solis præscripsisse idiotis. Atqui hoc libro si solis priuatis consuluit, parũ recte interpretes libri indistincte acceperunt, quasi ad omnes in cõmuni homines sit habitus sermo. Inuenimus enim ἰδιώτας à Græcis appellari nõ simpliciter, sed in relatione ad aliquid. Nam hunc esse huius idiotã ajunt; illũ illius exercitij. Est cũ hos opponant illis, qui genti aut oppido præsunt, aut omnino publicũ aliquod munus obeunt: itaq; qui ueluti priuatã uitam agunt, idiotas hos, id est, priuatos appellant. Equidẽ cũ mecũ cõsiderarem, ecquos de his Polybus uocet hoc loco idiotas, Athletas illũ existimaui à cæteris hominibus aperte separare: quandoquidem unam illi diætam in pane constitutam, & carnium esu habent. Ab his, qui militant, aut peregrinantur, aut etiã pugnant, quibus non est delectus habendus, quibus cibis uesci, aut nõ oporteat. His enim uti cogitur quisq;, quorũ datur facultas. Præterea, qui quoquo modo festinanter faciunt iter, nequeũt ullo modo, ut dictat Polybus, rationem habere uictus. Et breuiter, quicunq; negocijs publicis distinentur, aut uitã degunt quã uocãt πρᾶξιν πολιτικήν. Quare ad hos solos, qui sibi uiuũt, quos priuatos uocant, diæta, quam tradet, spectat.

Hyeme præ cæteris plurimum comedendum, bibendum quam parcissime. Et potus esse uinum debet quammeracissimum: cibus, panis: obsonia, assa omnia. Oleribus hac tempestate præter cæteras paucissimis utendũ: nam hac potissimũ ratione corpus calidũ & siccũ sit.

Summa totius narrationis cõmemorata, recte ad finẽ orationis adscripsit, qua de causa singula, quæ dicta sunt, præscribat. Etenim calfacere corpus & siccare instituit, adductus tẽporis immoderato tẽperamento. Quòd si moderatũ fuisset, ut uere est, moderatã seruare diætã mandasset: conseruanda siquidẽ moderata sunt; quæ modum excedũt, immutanda. Iam mutatio nõ nisi ex cõtrarijs fiat immoderatis. Nam quod ultra modũ corpus, aut tã est calfactũ, aut calfit, refrigerari quærit. Quod uero est refrigeratum, uel refrigeratur, calfieri. Simili

mili ratione in immoderata humiditate & siccita te morbiferas excellentias contrarijs admouẽdis repellere oportet. Ac cõtrariam immoderationẽ applicare debemus, quæ hactenus à tergo medium & mediocre relinquat, quatenus ab illo recessit morbifera. Quocirca bruma, quia temperamento est frigido & humido, conducit quamplurimum cibi sumere: bibere autem omniũ parcissime. Plurimum hic non ad facultatem referes, sed ad cætera tẽpora. Itidem bibere omnium parcissime, compones cum reliquis temporibus. Eodem est modo dictum, esse uinũ meracissimũ debere, præ eius alijs temporibus mistione. Veruntamen ad uiriũ modum, præsentemq; usum, moderaberis uinum & cibum offerẽdum: sic etiam somnũ, gymnasia, & in summa, quæcunq; à medicis exercitia appellantur. Nam uinum quidem meracissimum, & assas carnes calfacere simul & exiccare, si cum maza & oleribus conferantur, quis est qui ignorat? Et panem item præ maza calfacere dixeris & siccare. Atq; hæc quidem authorẽ attulisse ueluti exẽpla duces. Tu porrò legumina deliges, quæ calefaciunt & exiccãt, ut lenticulam. Præterea de oleribus, quæ hac sunt facultate prædita, ut brassicam: sic ex carnibus, quæ syluestrium sunt animantium, & sale conditæ. Sed & mihi quoq; hæc sunt pro exemplis dicta. Nam solida per se alimentorũ sylua tribus commentarijs, qui de facultate alimentorum inscripti sunt, constat. Itaq; quẽ admodum recte sunt hæc de cibis in qualitatibus deligendis & uitandis dicta, sic quæ de modo tradidit. Nam cibi, præut alijs temporibus, plurimũ hyeme concedemus, memores probe in Aphorismis esse dictum: Aestate & autumno cibos difficillime ferunt: hyeme facillime: secundum locum uer tenet. Quòd sicui, qua de re hæc fiant, cognoscere cordi sit, docuit & hoc in Aphorismis, his uerbis: Ventres hyeme & uere calidissimi sunt, quòd aer id temporis frigidus intrò arceat densando, & in penetralibus corporis concludat naturalem calorẽ, qui æstate perspiratione digeritur. At respiratione aer attrahitur calidus. Respirationẽ uoco, cũ spiritus intrò & foras per os fertur. Perspirationem, quæ per totum corpus perinde fit.

At Vere ineunte, amplius potandum & dilutius est, ac paulatim. Sunt præterea sumendi molliores cibi, pauciores q;, atq; panis subtrahendus, mazaq; exhibenda, tum obsonia eadem ratiõe. Iam etiã assa elixis cõmutanda, ac oleribus iam in uere paucis utendũ, dum æstatem homo attigerit, tũ cibis omnibus utendũ mollioribus, obsonijs elixis, olerib. iuxta & crudis & elixis, poculis multo dilutissimis & plurimis, & ut ne magna mutatio sit subito utẽti.

Ampliorem dixit, & dilutiorem, non plurimũ, & dilutissimum uere potum esse offerendum. Nã plurimum & dilutissimum æstate iubet, quæ contrarium hyemi temperamẽtum habet, bibere. At uer ut medio est inter extrema temperamento, ita mediam requirit diætam, frigidiorem illam quidẽ & humidiorem, ratiõe hyemis, calidiorem & siciorem, æstatis ratione. Proinde ex his planũ est, quomodo quam tradidit seruandam æstate & autumno diætam, interpretari debeamus. Quare id quidem mihi prætereundum est. & lectoribus sæpius seduloq; attẽdentibus dicta omnia clare sunt, ut hactenus quæ habita sunt, nullum desiderent interpretem.

Aestate maza molli nutriri, & potu dilutosimulq; multo, tum obsonijs omnibus elixis oportet. Atque his ita, ubi sit æstas, uti debemus, quo frigidum sit & molle corpus. Siquidem tẽpestas calida est & sicca, corporaq; reddit & adusta & squalida. Quare his ratiõibus obuiãdum est. Eodem modo, ut ex hyeme in uer, ita ex uere in æstatem cũ deuenitur, cibum deducere, potum autem augmentare oportet, atq; in eum modum annũ cõplendo, ex æstate in hyemem peruenire. In autumno contra, cibi maiori copia, & sicciores exhibẽdi & obsonia eadẽ ratione. Pocula pauciora, ita ut meraciora, ut cum hyems commoda fit, homo perpetuo potu utetur meraciori, & pauciori, & cibo quamplurimo & sicciissimo: nam ita in primis ualebit, minimeq; rigebit. Tempus enim hoc magnopere frigidum & humidum est.

Quæ in præsentia tractant, ita sunt dissecta, nec ullũ desiderãt, qui ipsa interpretetur: q omnibus plana fecit Polybus, nec ullam quæsiuerit puram methodũ: cæterũ ut sunt scripta, ita accipiuntur.

Habitibus corpulẽtis, & multũ mollibus, & rubicũdis, toto ferè tẽpore uti uictu sicciori ex usu est: humida enim est illorum natura.

Quemadmodum temporum differentię aliam atq; aliam rationem uictus denunciant, sic habitus corporis: ad quos nunc, absoluto de temporibus sermone, descendit. Et ut accõmodatam diætam demõstrauit in temporibus, sic in corporum formis. Nam corpulenti, molles, & rubicundi, tales ex temperamenti humiditate euaserunt. Qui contra ac hi constituti sunt, de quibus mox aget, ex siccitate. Quamobrem conuenit humidis siciior uictus, siccis humidior. Quæ si recte sunt dicta, neminem latet, temperatos decere diætã temperatam. Atq; temperatos uoco, quos nec corpulentos, nec graciles, sed appellant quadratos.

Duri, graciles, rufi, & nigri ferè semper uictu debent uti humidiori. Siquidem corpora horum sicca sunt.

Temperamentorum notas in commentarijs de temperamentis omnes scripsi: ubi οὖς σκυφνὸς, id est, duros, & οὖς προσθαλμώδης, hoc est graciles esse temperamenti siccioris docuimus: sic nigros quoq;. At rufos non diximus sicco temperamento esse, cæterum hos, qui illis sunt colore finitimi, quos flauos nuncupant, quando & flaua bilis est tẽperamento sicco. Verum quidam scriptores minorem in uocabulis usurpandis diligentiam adhibentes, committunt, ut rerum doctrinam confundant. Atq; sic nõnulli Germanos flauos uocant, qui flaui tamen non sunt, si de nomine exactam rationem ineas, sed rufi. Quod est huius reliquũ orationis, tum uere, tum clare est dictum. A

Corporibus iuniorib. utilis uictus est mollior & humidior. Nam hæc ætas sicca est, & corpora etiamnum sunt concreta. Senes uero siccior uictus plerũq; decet, quod id ætatis corpora humida sint, mollia, & frigida. B

Hic ad ætates transit, ubi diuisionem non plenam fecit, qui eas non in quatuor differentias secauerit, sed in duas tantũ: cum deceret, siquidem ætatum temperamẽta rationis uictus studebat indices habere, sicut tẽperamenta quatuor sunt, sic dissecare ętates in quatuor, ac humidam & calidã statuere puerorum, siccam & calidam adultorũ, siccam & frigidam eorũ qui ætate inclinata sunt, humidam & frigidam senum. Sed puerorum ætatem merito est par esse humidam, q̃ incrementũ incidere in aliud tẽperamentũ possit nullum. At ætati adultorũ, quando quidẽ plus iusto calida est & sicca, utilis est contrariæ diætæ usus: id quod etiam ad ætatem spectat inclinatã & uergentẽ. Verum de ætate senũ magna est quæstio, quam neglexerãt propè omnes: de qua paulo inferius, posteaq; ætates satis exposuero, uerba faciã. Si nãq; pueri plus habent citra controuersiam, ut humiditatis, q̃ est ex usu inculpate ualentibus: ita caloris (neq; eñ simpliciter sunt, ut adulti, calidi: sed natiuo calore, qui temperatus est, qui in bono sanguine consistit) ætas quæ inter pueros intercedit & adultos, quæ epheborũ est adulescẽtulorumq; optimo fuerit temperamento. Atqui optimũ quãdo medium est, uictus etiam medio esse temperamento debet: ut, neq; humidius corũ corpus, neq; siccius, neq; calidius, uel frigidius reddamus. Veruntamen corpus puerorum, quanq; habeat plus humiditatis, q̃ salubris habitus postulat, nihilo magis est siccandum: alioqui incremento prohibeas illos. Sed iam quia senes nonnulli esse humidos uolunt, alij siccos, atq; id utriq; indefinite, faciundum nobis est, ut partim illos esse siccos, partim humidos declaremus: qd' in cõmẽtarijs ostẽdimus de tẽperamentis, ubi solidis corporis partibus esse declarauimus siccos: sed excremẽtorum quia ex temperamenti frigiditate copia abundãt, hactenus dicũtur humidi. Vnde si spectes utrũq;, contraria & duplex ab hac ætate indicatio existit medicis: q̃ ob solidarũ partiũ siccum tẽperamentum, humectari desiderent: rursus propter affluentiã humidi excrementi, desiccari. Itaq; quonã modo utriusq; possis rationem habere, abũde in opere de tuenda sanitate diximus. Hoc loco satis sit summã illorum, quæ illic scripsimus, retulisse. Cibus, potus, & quæ reliqua sunt, spectent humidũ & calidum, quasi senũ solidæ partes corporis, quę solæ recte partes uocantur, humectandæ & calfaciendæ sint. Rursus respicieda est uacuatio pituitosorũ excremẽtorum. Quare si ex opere de temperamentis colligas, & uia scietiæ discas propriũ senum temperamentum esse frigidum & siccum: acquisititia autem humiditate esse præditos eos, q̃ multa illis excremẽta pituitosa generãtur: dein de illinc profectus ad cõmẽtarios de sanitate tuenda, discas quoq;, qua sint uictus ratione nutriendi senes, clare perspicies, quod hoc loco est obscurũ. Neq; enim in duo erat humana uita diuidunda, neq; senũ dicẽda corpora humida & mollia, neq; uictus eis sicco tẽperamento imperandus. At uero iuuenes cũ dicat corpore esse concreto, & tẽperamento sicco, constat solos adultos eum dicere, hosq; appellare iuuenes. Proinde puerorũ prætexit, & inclinatã ætatẽ, atq; ut equidem dico, præterea temperatissimã, quæ media est inter pueros & adultos. Atq; adeo deprehendimus suũ sibijpsi esse suspectum sermonẽ: neq; enim uno uerbo dixit, esse senes sicco uictu nutriendos, sed addidit, plerunq;, quod est perinde, ac nõ semper: id quod nec habitui corporis, nec alteri adiecit ętati. Nam suus cuiq; corpori est uictus semper deligendus. C

Quare pro ætate, tempore, & habitu, est uictus nobis ineunda ratio, obuiandumq; constitutionibus, ęstibus & hyemibus: nam ita demum optima sanitate degemus.

Hæc in summa dixit autor cum clare, tum uere: quæ sæpe nos, & multis locis explicauimus.

Et iter facere hyeme uelociter debemus, ęsta te lẽto gradu: nisi sub sole iter faciendum est.

Quo pacto iter faciẽdũ sit singulis tẽporibus, docet. Nam esse hyeme eligendã ambulationem siccantẽ & calfacientẽ: æstate cõtrariã spectandã: nisi sub sole, inquit, iter faciendũ est: tũ eñ festinato opus est, quo liberemur ocyus siccitate & calore, quæ corpori in itinere eiusmodi comparantur. D

Corpulentis ocyus est iter faciendum, gracilibus lentius. (Multis lauacris æstate utendũ, hyeme minus multis. Gracilibus cõuenit plus balneum, quàm corpulentis.)

Celer motus augendo plurimũ calore corpus colliquat, in motibus uero remissiorib. calor medio cris sanguificationi & nutritiõi prodest. Quãobrẽ animãtibus, ut bene nutriãtur, adiumẽto est.

Vestes hyeme mundæ sunt induẽdæ, æstate oleo infectæ.

Quid

Quid scriptor magis congruũ, q̃ quod omnes attulerunt interpretes, intellexerit, ipse uiderit. Quòd si mundas, quia magis calfaciunt, aut halitus non interpellant, ideo uult hyeme indui: & infectas oleo, q̃ aut refrigerãt, aut halitum obstruũt, non probo orationem. Nam mundæ uestes, quæ denso contextu sunt, maxime si lacernæ sint, refrigerant: quo est harum cõmodior usus. Nam oleo quidem infectæ, planè sordidę sunt. Neq; est quisquam hominum elegantium, qui uestiri tam spurce sustineat, idq; æstate: cum etiam temporis diuturnitate plus calfaciant oleo infectæ, q̃ mundæ, licet primo concursu sint frigidissimæ. A

Crassi, qui tenues esse uolũt, ieiuni exercitationes cunctas subire debent, & cibum adhuc anhelãtes sumere, hauddũ refrigerati, & prius uinũ bibere dilutũ, non admodũ frigidũ: præterea obsonia sesamis parare, & condimentis, alijsq; id genꝰ. Ac obsonia maiori copia sumãtur. Nã ita paucissimis bellarijs saturabuntur. B

Quod postremo loco orationis est dictum, Nam ita paucissimis saturabãtur: quidam de omnibus prædictis pronũciari uolunt: quidam de obsonijs tantũ, quæ sesamis, & similib. uult condiri, alijsq; multis. At quę prædicta sunt, hęc sũt. Ieiunũ exercitare: qd' quidem aperte uacuat, ut replet à cibo exercitatio. Ad hæc ab exercitationibus anhelantes cibum sumere, nondum per halitum eorũ calore digesto, aut refrigerato corpore: quã causam esse, quo quis celeriter impleaꝰ, liquet. Si uero alia ratiõe id huius libri autor uult exenuare, nos præterit. Hoc certe noui, istud in causa fuisse, cur multis uiscera sint oppilata, in primis iecur: ut etiã à cibo uehemẽtes exercitatiões. Præterea his, qui habent in iecinore arctos transitus alimenti, lauacra obstructiones creãt. Sed hæc omnia unà cũ distinctis priuatim explicationib. in opere de sanitate tuẽda sum persecutus. Restat ut dictionẽ ipsam consideremus, in qua ait: Et prius uinũ bibere nõ admodũ frigidũ: atq; ita orationem instituit, quasi frigidũ esse illud, nõ admodũ tamẽ frigidũ iubeat. Cęterũ nõ ita statim uult ab exercitationibus bibi uinũ, sed prius aquam, quẽadmodum athletæ docti experientia faciunt. Quippe uinũ caput tẽtat, si uel mox à balneo præ omnibus alijs cibis & potibus bibatur. Non tamen frigidæ post exercitationes potio, nisi calidam præbibas, noxa uacat. Offendit eñ & hæc nõ obscure uentrẽ ac iecur, nonnullis etiã neruos. Iam corpus etiã auget frigidũ uinũ, & autor id resoluere uult. Nisi forte aliter erat scriptũ, & sit lapsus qui descripsit, (Nam talia etiã hodie multa cernunẽ) qui pro nõ omnino calidũ, scripserit, nõ admodũ frigidũ. Etenim qui anhelãtibus adhuc præbere alimentum uult, corpore multis uaporibus oppleto, cũ uini potione calidi magis illos repleret, qd' magnopere calidũ non secus ac frigidũ cogẽdo uentri atq; cõtendendo cõparatũ sit: nõ cõmittet ut istud faciat. C

Et semel tantum cibum sumere, supersedere balneis, duriter cubare, nudusq; obambulare, quoad eius fieri potest. D

Rectius diceret parũ cibi sumere, q̃ semel tantum cibum sumere. Sunt enim, qui semel duntaxat cibũ sumũt, & longe plus comedunt his, qui bis. At uero ut balneũ corpus calfaciendo, maxime foris, ad digestionẽ refert, & digestorũ appositionem: sic si non laues, contrarijs cõmodes. Iam durum cubile solicitat corpus, cõprimit, constringitq;: itaq; eius in omnem partem incrementũ interpellat. Eadem ratiõe nudum deambulare omnes ad cutem attinentes partes refrigerat, tum uero in altum & uiscera calorem impellit, ut probe quidem coquantur cibi: cæterũ quo minus quouersum permeent, obstat.

Ediuerso qui ex tenuibus crassiores uolunt euadere, omnia hi cõtra ac illi instituere debẽt, nec ieiuni quenquam laborem subire.

Contraria his, quæ obesis præscribebãtur, hęc sunt. Anhelantes non sumere cibum, sed ubi iam naturaliter respirauerint. Neq; semel tantũ cibum sumere, uerum iterũ aut ter comedere. Qui uero contra facit, ac illi, qui balneis abstinent, lauabit bis ut tamen semper in primis tẽpus à cibo, secundo balneo tribuat, interim etiã primo. Ita exercitationes quoq; breues & remissas obibit, easq; à cibo. Eadem ratione molliter cubare, nec nudos in aere uersari his conducit. Quæ causa est, cur athletæ quasdã statuunt exercitationes, quæ consistũt in hoc, ubi complexibus, uel toto corpore pugnatur, πάλαισι & σωματομαχίαις ipsi uocant, in his quibus parare corpus student, uitantes, ne nudo eos corpore exercitẽt, nec complexu. Contra quos extenuatos uolunt, celeri exercitatiõe, ac citra primum complexum exercitant.

Vomitus oportet & uẽtris cataclysmata in hunc modum usurpare. Sex brumalibus mensibus uomere: quia id tempus æstiuo est pituitosius, & morbi caput tentant, & regionem supra septum transuersum. At æstus ubi uigeãt, uti cataclysmatis, quippe hoc tẽpus torridũ est, & corpus biliosius, & grauitates lumbos, & genua afficiũt, calorq; urget, præterea fiunt in uẽtre tormina. Quare corpus oportet, & quæ eleuantur deorsum ab his locis subducere.

Ecquæ uocet cataclysmata, ex his quę sequuntur, autor ostẽdit: hæc eñ dicit, quæ lacte cõstant, & ex ciceribus elixã aquã, saliuginẽ, & aquã marinã. Nam alia horũ sunt purgantia medicamẽta, quæ totum corpus uacuãt. Quare ut balneatores purgare se balnea dicũt, cũ ab illorum lapidibus cœnũ abstergũt, & sordes: ita uentris & intestinorũ cataclysmata pituitã eis & bilẽ abluũt. Quãdo igiẽ hyeme generaꝰ in uentre pituita, autor nobis

est,ut pitúltã uomitíb.expurgemus.Et bilẽ ẽstate innatantẽ, retrahamus deorsum. Verũtamẽ uniuersum corpus si purgare instituas,ẽstate per uentrem superiorẽ,hyeme p inferiorẽ purgabis,ut est in Aphorismis relatũ.Nã quæ in præsenti abũdãt, his medeberis purgatione,ut tamẽ p loca quò uergũt,purgationẽ instituas.Sigdẽ ducẽda sunt, quò tendũt, p loca accõmodata.At qbus,ne augeanẽ, uelis obsistere, per contraria loca retrahere debes.

Administrentur cataclysmata corpulentioribus & humidioribus salsiora,& tenuiora: siccioribus graciliorib.& imbecilliorib. pinguiora,& crassiora.Cataclysmata,pinguia & crassa sunt,q̃ lacte cõficiũtur,& ex cicerib.aqua elixa, & id genus alijs.Tenuia uero,& salsa,brassica, & aqua marina,et quæ eiusmodi sunt.

Quæ magis incidunt, corpulentioribus iubet præberi, q̃ pituitosiores hi sint:leniora uero gracilibus:nã sunt hi bilioſiores.At uero quæ sint materię utrorũq; ipse subijcit:q̃ quia interpretẽ nõ requirũt,ideo his p̃teritis,ad p̃xima me conuerto.

Vomitus autem hoc modo irritare oportet: homines obesi,ieiuni uomant,currendo,aut celeriter eundo meridie.

Vult crassis,qui uomituri sunt, corpus excalfactum,quò succi pituitosi,quo plurimo crassi abũdant,liquescant.Quinetiam omnium apertio uasorum,& angustorum meatuum raritas hac maxime ratione paretur.Faciunt autem hęc omnia ad facilem & minime molestum uomitum.

Sit hyssopi quadrans contriti in congio aquę,quẽ ebibat,acetum affundens,& sal asperges,quo sit iucundissimum.

Incidentẽ esse potionẽ uelle illũ, & qua de causa,non est obscurũ.Nanq; homines crassi quãdoquidẽ humoribus sunt præditi prorsus crassis,& frigidis,ijsq; nõ nullis lentis,ideo potionẽ eorum discutientẽ uult esse. Cæterũ quantã potiõis,quã præscribit,copiã porrigat,non habeo exacte dicere:q̃ mensura,quẽ congium uocant,non sit apud omnes eiusdẽ capacitatis.Si atticum congiũ imperat bibere,nõ mihi ille mos placet,multũ enim esse uidetur mihi.Erat tamẽ maioribus solenne, siquando uel lactis sero,uel eiusmodi purgatione utendum statuissent,magna copia offerre.

Bibat tardius primum,deinde uelocius.

Nam à primo si affatim bibisset,cõtinuo uomeret priusq̃ omne ebibisset,atq; succos in uẽtre cõtentos absterget,quos cũ unà effunderẽtur, quos primę uenæ habẽt.Sin autẽ primo lentius,postea omnino bibat largius,ea ratione fiet,ut mediocri tẽpore cõtinere possit,atq; in tẽpore impetum ad uomitũ capiet,quod tandẽ magis affatim bibat.

Graciliores, & imbecilliores à cibo uomitũ prouocent hunc in modum.Calida loti præbibant meri heminã, mox omnis generis cibos ingerant,nec in comedendo bibãt, nec à cibo, sed cõtineant se,dum quatuor stadia quis progrediatur. Deinde illis in potum triplex uinũ miscebis,austerum,dulce,& acidum: primum meracius,& paulatim, tractimq;: deinde dilutius,celerius,& affatim.

Calida lotũ, præbibere mandat poculũ meracius,hac,ut cõijciamus,inductus ratione:Calido balneo totũ corpus calfit,humores colliquanẽ,uasa euadũt laxa.quæ & ipsa uinũ meracius præstat, eadẽq; opera uiribus robur cõciliat, cuius habere maximã rationẽ in gracilibus uidẽ.Mox,inquit, omnis generis cibos ingerãt:cuius nõ eandẽ omnes rationẽ, qui hunc librũ enarrauerunt, scripserunt. Nam quibusdã de illis uarios cibos offerre uidẽ, q̃ inter sese mutuo dissidẽtes,minori negocio uomitũ cieãt.Alijs,quò plus ingerant:quippe simplices,& unius speciei,mox saturãt. Præterea non illis concedit statim bibere,ut cibi statim ne supernatent,qd cauet.Et ne istud accidat, tẽpus etiam constituit interea,quod cõmorentur, nutritioni sufficiens.Ipsumq; adeo tẽpus pronũciauit, dũ quatuor stadia quis progrediatur.Quæ postq; ita præcesserint,dat bibere uina tria, quæ inter se sunt diuersis qualitatibus.Nã ex his uinis hoc esse austerũ uult,illud dulce,aliud acidũ.Sed hoc etiã loco causam reticuit, quãobrem id præscribat. Qui uero ad eius sensum diuinationibus aspirãt, dicũt austerũ ipsum administrare ob instrumento rũ,per quæ uomeẽ,robur:dulce,ut uomitũ concitet,ad hæc q̃ fundat humores dulce uinũ: acidũ, ut abstergat,quæ uẽtri sunt infixa. Forte uero & cibos illis præscripsit diuersis qualitatibus, ut hi uentrẽ cõfirment, illi uomitũ irritent, alij succos abstergãt impactos.Verũ qd frequẽter in sodaliũ meorũ & amicorũ cæterorũ cõgressibus dico,nõ tacebo in præsenti.Nõ paruũ esse istorũ delictũ cẽseo,qui rationalẽ sectã uẽditant:qui omissa ratiõe eorũ, quæ dictant, pronũciant, tanq; edicta regia. Nã multo erat satius ipsum libri scriptorẽ, singulorũ præceptorũ uim exprimere: ut fecit Hippo. in lib.de ratiõe uictus in morbis acutis, ubi de ptisana refert.Nã uiscositas eius lenis,cõtinua,sucũda,lubrica, & modice laxa est,sitim arcet, & ubi ablutiõe opus est,facile descẽdit, nõ astringit,nõ uellicat grauiter,neq; in uẽtre intumescit. Similiter de aqua mulsa,uino,oxymelle,& lauacris scribit:ut initiũ habeamus uiæ,qua nonnulla ab scriptore omissa,quæ cũ eius sentẽtia sunt cõiuncta, adijciamus.Et nũc quidẽ cũ alia protulit,nõ addita causæ ratiõe,tũ q̃ bibendũ est uinũ primũ quidẽ meracius,& paulatim,& tractim, deinde dilutius,celerius,atq; affatim:cogimur nos mentẽ cõiectare,qua scripsit.Est uero cũ omnis alioqui ambigua cõiectura,tũ sanè maxime,ubi hominis sentẽtia etiãnũ ignoraẽ.Proinde diluti bibere uinũ, celerius,& affatim, de his qui cupiunt uomitum, nõ absonum uideatur dictum esse: quãdoquidem his qui retinere uolunt,& concoquere alimentũ,

contra-

cõtraria cõferunt,meracius,paulatim, ac tractim. A Quare autem, quæ omnino retentioni sunt congrua,hæc offerat prima iamiam uomituris, nõ habeo quod probabile adferam.Fortassis horum autori non alienum uidebatur, quod interpretibus nonnullis probatur:quando hoc illi propositũ est, ut uires hominũ gracilium, quibus hæc dictat, ne prosternat,ideo p̃ter cętera eas confirmat,ac mox ad cientia uomitũ progreditur. Verũtamen ad uires constituendas tempus,quod à cibo sumpto dabatur, satis erat. Alio item aliud, ut dixi,uidetur, non tamen numerandũ ut necessarium, quod demonstrationibus stabilitur ex scientia profectis.

Qui consueuit bis mensib.singulis uomere, rectius ille ordine duobus dieb.uomat,q̃ quin B todecimo quoq; die.Alij planè contra faciunt.

Et huius quoq; oportebat rationẽ scriptorem cumprimis apponere, quando præter distinctam ullam declarationẽ dixit de uomentibus bis quoque mense. Video enim esse qui uacuationis gratia uomunt:ut alios,qui unum diem in mense ieiunant.Et quosdam,qui humorem hunc uentri impactum,aut uiscidum,aut crassum expurgãt. Sed nihil tamẽ causæ est, quin per interualla ista faciamus,non continuis duobus diebus.

Qui facile cibos reuomũt,aut quib.sunt alui astrictæ, omnibus cõuenit his crebro in die cibum sumere, & esculẽtis uti uarijs, ac obsonijs uarie paratis, uina itẽ bina bibere,uel terna.At C qui cibos nõ reijciũt uomitu,uel aluis sunt p̃diti sanis,his ex usu est,ut faciãt illi modo cõtraria.

Qui uentrem purgare,aut corpus uacuare modice uolunt,his confert uomitus.Atq; hos sępius uult cibum sumere,eumq; uarium,et diuersa uina bibere. Contrà,eos qui nolunt uomere,uentresq; habent plus æquo humidos, ut quærant sisti, hos nec frequẽter comedere,& uarijs cibis et uinis abstinere. Nam semel cibum capere, & eum unicũ, uinum item unum bibere,interest ad hoc, ut uenter illa & retineat,& coquat. Contraria uero ægri us tum concoquuntur,tum in uentre commoran tur.Et pro ciborũ qualitate,et ordine sumptionis, aut innatare illos, aut excerni per aluũ contingit. D

Infantes diu sunt calida lauãdi,ijsq; uinum dilutum exhibẽdum, quod prorsus tamen frigidum nõ sit, idq; offerendum, quod minime uentrem attollit, & flatum creat. Atq; hæc facienda sunt, quo minus tentent conuulsiones, ipsiq; crescant,& melioris coloris fiant.

Quò hęc dicta dięta spectet,ipse enarrauit:nempe eẽ ut minus, inquit,tẽtent cõuulsiones, ipsiq; crescant,& melioris coloris fiant.Nam calida qui multo pueri tempore lauãtur, mollia permanent: id quod conuulsionibus resistit.Nã conuulsiones ipse Hippocrates frequentiores esse dicit corporibus contentis, q̃ remissis & laxis:tum mollia corpora facilius augentur, q̃ in omnem partem faci-

lius intendantur. Atqui quæ à conuulsionibus libera sunt,probeq; crescunt, his totũ esse habitum salubrem,id latet neminem.Ergo id ipse uno insigni prodidit nõ cõtemnẽdo, coloris. Et uero etiã uinum hos dilutum iubet bibere,nolẽs eos nimiũ calescere, idq; adeo q̃ non raro laborẽt conuulsione,quod quidem neruorum imbecillitati, & uora citati acceptum referunt.Ideoq; uinum eos nõ frigidum bibere imperat. Atq; uinũ quod esse eiusmodi debet,ut minime sit flatuosum,omnibus iuxta,nedum solis infantibus commodat.

Mulieribus ratio uictus esse siccior debet, commodiores enim sunt cibi sicci mollitiei carnis: ut item pocula meraciora referũt plus ad secundas,& fœtus nutriendos.

Mulieribus siccioręrationẽ uictus præscripsit: quæ qualis est,ipse subijcit. Cæterũ hęc opinio autoris cõtrouersa est. Etenim si mulieribus esse humidis p̃ter naturã sit,ut in intemperatis naturis, & affectis humidis morbis,recte illas siccaret.Iam cum eis hoc sit naturale, tuendum est:nisi salubrẽ mediocritatẽ excedat.Sed illud nos etiam in uiris spectamus.Nãq; & his natura comparatũ est mulieribus esse sicciores, qui ubi iustam siccitatem superent, ibi eorũ intemperiẽ cõtrarijs corrigimus.

Qui exercitãtur,his hyeme cõuenit currere, & luctari:æstate luctari quidẽ parũ,currere uero haudquaq̃:sed deãbulare multũ in frigore.

Exercitationum differentias,quæ anni temporibus sunt peculiares, docet quæ hyeme calfacere ualent & exiccare:æstate contra.

Qui cursu defatigãtur, hos oportet luctari. Qui uero defatigãtur luctãdo, currẽdũ his est. Nã ita laborãs partẽ corporis defatigatioi obnoxiã,calidã cõseruet,simulq; maxime recreet.

Si ita omnia medici rationales conscripsissent, nõ fuisset uerborũ fundendorũ locus interpretib. relictus.Id autẽ dico, ut addatur causa,cur ita nos agere iubet:id quod fecit hoc loco Polybus.

Si hos qui exercitantur maxime alui profluuia arripiũt, ac excremẽta cibũ referunt,suntq; cruda: de exercitationibus detrahere debent, nõ minus tertiam partem, & de cibis dimidiã. Constat enim nõ ualere uentriculum aceruum ingestorum ciborum omnem calfacere. Sit his cibus panis q̃ potest fieri maxime coctus,in uino tritus,potus quãpauciſſimus & temperatissimus,caueantq; à cibo deãbulare. Hoc autem tempore semel tantũ oportet illos cibum sumere:nam hoc modo uentriculus maxime calfiat, ciboscq; uincat. Porrò modus hic alui profluuij corpora quæ carne sunt densiore, frequentior exercitat,ubi compellatur homo, quãdo ita est natura cõparatum, uesci carnibus Venæ siquidem constipatæ, cibos nõ suscipiunt comestos.

Non uidetur hic de exercitatibus sese gratia sanitatis loqui, sed de his qui munus aliquod obeũt gymnasticum, ut non detur illis eius omnino dimittendi facultas, aut admodũ multum remittendi. Propterea de illis detrahit de exercitio tertiam partem, de cibis dimidiam. Nam hactenus sperat cibum superaturos, ut non iam aut cruditate laborent, aut alui profluuio. Cæterũ hic quoq; suo officio functus est, quòd eorũ adscripserit rationem, qua adductus, hæc ipsa, & quæ hic sunt dicta, præscripserit. Nam modus, inquit, hic alui profluuij, hos qui carne sunt compactiore, capit, ubi carnes comedere cogantur. Vbi de gymnasticis uerba se facere significauit: hos etenim comedere carnes cogunt. Ac subiungit: Venæ constipatæ cibos non suscipiunt comestos. Quod obscure dixit: quare interpretes putare compulsi sunt, cõstipatas eum dicere, pro induratis, & quæ ægre intendũtur, ut nõ excipiant alimẽtum: quod denotari aiunt ex hoc: Cibos non suscipiunt. Sed istud digestionẽ citius q̃ lædere concoctionem consueuit, ut excernant illi humida quidem, at non cruda tamen. Atqui dixit ante, cruda hos, & quæ cibum referrent, deijcere. Verum quando adscripserit rationem, qua fretus ea consuluit, quæ consuluit, et etiamnum tenemur implicati, quid in his orationibus fieri existimabimus, quibus causam, quare facere illa nos iubeat, non adscripsit? Equidẽ nisi de his, Carne qui sunt cõpacta, adscripsisset, hærere me ingenue faterer, ut in multis aliis, in quibus cũ nihil eiusmodi apposuerit autor, audacissimi isti interpretes quod in mentem uenit, pronunciant. Iam quia prædictorum compacta carne meminit, quo cõmentarentur illi quoque, quod utile esset de his naturis, ansam prębuit. Hi enim citissime plenitudinem acerbuant, q̃ non satis perspirationis habent. Vnde fit, ut cum consistat digestio, prorsus humida euadãt excrementa. Interdum non humida solum, sed & tenuia, & præter ceteros uoracibus. Nam cum ex deglutitis aliquid in corpus digerit, residua promptius uenter concoquit. At uero cum ciborum in eo permaneat aceruus, siquando eum degrauent, semel deijcit prius uniuersos, q̃ sint concocti. Potuit etiam per uenarum duritiẽ quia intendi multum non poterant, digestio impediri alimenti. Verum talium naturarũ quo pacto haberi potuit ratio, scribere ipsum oportebat, instituto contrario. Siquidem totius habitus sunt scopi raritas & mollities, quæ molli frictione, & multa pinguedine in solijs fiunt. Hic uero symptomatibus immoratur, ac eorũ neglígit interim ueluti radicẽ resecare. Iã in præsenti oratione istud quoq; dicit: cõstat enim non ualere uentriculũ aceruum ingestorũ ciborũ omnem calfacere. Atqui si uere incusauit habitus densitatem, & uenas cibum non suscipientes, iniuste de uentriculo cõquerit. Quòd si hic eum quis uera dicere admittat, sequentem etiam diætam recte esse dictam, causam non dixerit: Panem perco ctum, potum temperatum & pauciorem, semel cibum sumendum, nec à cibo deambulandum.

Et hæc quidẽ præceps natura, & ad partem uertitur utranq;, parumq; uiget bonus habitus in eiusmodi corporibus.

Bonum habitũ appellauit, compacta carne prędítorum naturam, quæ æque celeriter facit mutationes. Itaq; subriectit: Et ad partẽ uertitur utranque, hoc est, ad bonũ habitum, & contrariũ. Præterea addit: Parumq; uiget bonus habitus in eiusmodi corporibus. Nam in cõmentarijs in Aphorismos ostẽdimus, bonum exercitatorum habitũ, præter sanguinis repletionem & carnis, robur conseruare naturalium facultatum. Sed ut illic summam habitus bonitatẽ esse periculo ostendimus obnoxiã, quam nõ cito arida corpora consequuntur: ita usu uenit his, qui corpore sunt compacto, postea quam uelocissime propter difficilẽ per halitum digestionem his generatur, cogiturq; scilicet euestigio euerti, celerem obtinent generationem & dissolutionem.

Habitus uero rariores & hirsutiores, carniũ esum magis admittunt, & labores. Suntq; his boni habitus diuturniores.

Quòd corpora hirsutiora cutem obtinẽt rariorem, itemq; genus carnosum, in libris de temperamentis didicimus. Quare hæc merito sanè commodius ait esum carniũ ferre, nempe quæ transpirantur: & labores, quòd minus sint lassitudinibus obnoxia, id quod etiam in libris de tuenda sanitate traditum est. Quòd si hęc, & bonos habitus habent constantiores, ut quæ non attingant continuo extremum.

Ac qui cibos postridie eructãt, & si præcordia eleuantur, his tanquam cibis nõ percoctis, diuturnior somnus prodest: nihilominus horum corpora ad alium laborem sunt adigẽda. Vinum bibãt meracius, & largius, cibi uero minus sumant hoc tempore. Liquet enim præ imbecillitate & frigiditate uentrem non esse ciborũ multitudini parem concoquendæ.

Laudo hic eum, q̃ fini adiecerit: Liquet emẽ prę imbecillitate & frigiditate uentrẽ non esse ciborũ multitudini parem cõcoquendæ. Nam quasi ad id respiciẽs, eum studet calfacere, eaq; gratia longiorem somnũ eis cõsulit, item exercitationẽ, atq; uinum bibere, & meracius, et copiosius: præterea, id tẽporis minus comedere, quo ipsis cõtigit crudita te laborare. Nam reliquo tẽpore exercitantes sese et mouentes, uinumq;, ut diximus, bibentes, nihil est q̃ ciborum mediocrem copiam imminuant.

Quos sitis infestat, cibos hi & labores minuant, ac uinũ dilutũ bibãt, idq; quãfrigidissimũ.

Hic expressa est eo modo calidarũ naturarum nota. In sexto libro Epidemiõn his uerbis: Calido naturaliter frigidæ potio cõuenit, & quiescere. Vt emẽ appellauit corporis intẽperamentũ, subiunxit diætã, quã, qui ita sunt affecti, requirũt. Caput autem

autem eius est, refrigeratio. Potissima in hac diætæ summa sunt, aquæ potio, & uacatio exercitatiõis. Hoc loco quiescere aliter expressit, nẽpe, labores minuãt. Et pro frigidæ potione scripsit, ac uinum dilutũ bibant, & quãfrigidissimum. Mihi uero rectius hic præcipere uidetur, quòd potio diluta & frigida cum refrigerat, tum præterea uini obtinet commoditates.

Quibus uiscera ab exercitatione uel alio itinere dolent, his requiescere ieiunis confert. Potus sit parcissimus, qui corpus ingressus cieat urinam: ut ne uenæ, quæ uisceribus sunt innatæ, contendãtur plenæ. Quippe inflationes hinc, & febres generantur.

Omnia hæc præcepta in lucubratione de sanitate tuenda abunde tradidimus: & nunc memorię causa, ut in supioribus, ita hoc loco exponemus. Multis enim tametsi febri liberis dolores in uisceribus oboriuntur, potissimũ in iecinore, ubi à cibo se exercitauerint, uel lauerint. Cuius quidem causa angustia est uisceris trãsitus, ascendentiũq; crassitudo humorum. Etenim occlusi, & resistentes in uenarum strictis finibus, qua sanguis ex simis iecinoris partibus transsumitur in cõcauas, tum transitum obsepiunt, tum uenas intendunt, quæ in sima sunt iecinoris regione. Quas ita affectas dolores citra febrem excipiunt. Hos sopire eo tempore oportet, quo infestant: ac potare aliquid, urinam quod moueat, et iecur referet. Qui nisi minxerint, his occasionibus succedunt flatus & febres.

Quem morbi corripiũt à cerebro profecti, huius primũ torpedo caput tenet, mejtq; frequenter, ac alia patitur, quæ in urinæ stillicidio solent euenire. Hũc illud dies uiginti molestat. & de naribus si fluat, aut auribus aqua uel mucus, à morbo uindicatur, & urinæ quiescit stillicidium. Mejt autem absq; dolore multum & album, dum diem uigesimum transierit, & capitis dolor relinquit hominem, cæterũ oculos intendentem splendor illum fugit. At uiri est, qui facultate est præditus ratiocinãdi (quia homini tanti nihil, atque sanitas est) nosse de suo consilio in morbis esse præsto.

Merito habuerunt hanc orationem suspectam. nõnulli etiam damnarunt, nõ esse Polybi, & multo minus Hippocratis. Nã orationis omnino non constat initiũ, uolens cerebri morbos torpedinem inducere, & urinæ stillicidium. Quæ tamẽ oratio, uel si putet quis non cunctos eum cerebri tales esse morbos constituere, sed eos solos, quos fluens de naribus & auris. muccus et aqua depellit, haud est uera. Necq; enim semper ita rem se habere, necq; frequenter apparet.

CL. GALENI DE ATTENVANTE VICTVS RATIONE LIBER

VNVS MARTINO GREGORIO INTERPRETE.

VVM uictus ratio attenuãs plerisq; diuturnis morbis adeo conferat, ut sola ea, sine ullo alio medicamento, sublati sæpe fuerint, operæpretiũ fuerit aliquid de ea distinctius perscribere. Sunt emẽ, quos præstiterit sola uictus ratione, sine medicamentis persanare. Vidi equidem non paucas arthritidas, quæ iam articulorum ossa nudarant: alias quidem hac uictus ratione in totum persanatas: alias, mitiores fuisse redditas. Vidi præterea & eorum plerosq;, qui spirandi difficultate (quã ἀναπνοίαν uocant) sæpe prehenduntur, adeo leuatos, ut aut prorsus reualerẽt, aut longo saltem interuallo leuiter affligerentur. Eadem etiam hæc tenuãs uictus ratio magnos lienis tumores, & hepatis scirrhũ colliquat. Ad hæc epilepsias paruas quidem & etiamnũ incipientes penitus sanat: inueteratas uero ac consumatas iuuat nõ mediocriter. Hanc uictus rationem medici tenuantem appellarũt (quemadmodũ aliam ei contrariam, incrassantẽ) pro eo humore scilicet quem in corporibus nostris gignit: nota autem longa ex perientia nobis est, & ratione explorata: nam olfactus ac gustus mentem nostrã ad omnes eiusmodi cibos dilcernendos satis instruunt. Quæ enim sensus nostros pungunt, ac mordicant, ea omnia, palàm est, acria esse, & quæ succos crassos tenuare queant: quæ etiam si largius q̃uo sumpta fuerint, uentriculum mordicant, ciborumq; nauseam magnam inducunt, & halitus acres emittunt, nõ modo dum manduntur, sed etiam postquã è corpore fuerint egesta. Pluríma aũt eorũ urinas & sudores graue olẽtes & acres promouẽt: phymatibus præterea, ac furunculis sunt accõmoda. quædã aũt ex ipsis cutim diuellunt facile, atq; erodunt: alia uero pertundunt: alia ipsius partem aliquam in pus uertunt: ulceraq; magna, & quas uocant escharas efficiunt. Hęc omnia satis probãt, ea acrẽ quandã, atq; incidentem habere facultatẽ: cui rei euidentissimo etiã sunt argumẽto humores in corpore nostro abeis extenuati. Quin & experiẽtia ipsa rationẽ confirmat: uidemus emẽ corpora omnia, in q̃bus humores frigidi, crassi, ac lẽti abũdãt, huiusmodi ciborũ usu maiorẽ in modum alleuari. Vt in alijs, ita in his quoq; oportet medicũ tempori ac mẽsurę usus diligenter esse attentũ: periculum enim est, si quis nõ recte ijs utatur, ne tandẽ prauo succo impleat.

Verum

Verum de omnibus in præsentia tradere nõ est in A stitutum, sed de eduliis duntaxat pertractare. Nemo igitur est, qui allium, cæpam, nasturtium, porrum, & sinapi propter facultatis ipsorũ uehementiam ignoret in genere esse tenuantiũ: post illa autem smyrniũ, pyrethrũ, origanũ, calaminthen, sisymbrium, pulegium, satureiã, thymum: quæ omnia uiridia quidem & prius q̃ exiccẽtur, mandun tur: exiccata uero, iam non amplius sunt cibi, sed medicamẽta: in summa, omne quod siccum est, uiridi est ualentius: eorum uero quæ sicca non sunt, maturiora minus maturis: & quæ in montibus ac locis siccis proueniunt, iis quę in campestribus ac planis & hortis, ac paludibus crescunt, sunt fortiora: hæc sane sunt quę de iis cõmuniter scire conuenit. Prædictis autem ordine proxima est cappa- B ris, & terebinthi fructus: his aũt eruca, sium, apiũ, petroselinũ, orminum, raphanis, brassica, & beta. Malua uero, & blitũ, & atriplex, tametsi iis specie sunt proxima, facultatibus tamẽ dissident: aquea enim sunt, minimumq̃ acris facultatis habẽt, quo modo cucurbitæ, & citrulli melones, melopepones, & pruna: humida enim sunt hæc omnia, ac frigida, & pituitosa, potissimũ, si cruda & non elixa mandantur. Atq̃ hinc adeo fit, ut quidam citrullos ac cucurbitas duriores elixent. Ex pomis præterea ac piris ea minus nocebũt, quæ elixa fuerint. Ad hæc ex iis quæ cruda manduntur, ea prędictis minus sunt noxia, quæ ad condendum sunt apta. Sed de his non est nunc dicendi locus. Rursus igitur ad eos cibos, qui succos crassos in corpore C tenuãt, reuertamur, ab iis unde sumus digressi, ad spicantes: exactius eñ de ipsis determinare est necesse. Omnia igitur tenera & increscentia propter humiditatẽ, qua adhuc toto incrementi tempore affluũt, facultatibus (ut paulo ante diximus) sunt moderata. Quò fit, ut pleraq̃ medicamenta dum oriuntur & adolescunt, non aliter ac cibi mandantur, ut silphij ac sinapis stolones, pyrethri, iringij, & multorũ aliorum, quæ olera syluestria uocare cõsueuerunt: quæ haud ita multo post spinis adeo horrescunt, ut ne pecoribus quidẽ sint uesca. Hęc autem omnia ubi cõmaturuerint, magnã quidem habent incidendi facultatẽ: tenuant uero admodũ dum oriuntur adhuc atq̃ adolescunt. Pari modo & urtica priusquã exiccetur, est esculenta, præte- D rea fœniculus, ruta, coriandrũ, anethum, eiusdem cum illis sunt speciei, euidẽterq̃ etiam calfaciunt. Aliud aũt est olerum agrestiũ genus, quæ memoratis minus incidũt, ut mediocris non secũdæ sint naturæ, quippe quæ neq̃ incidant manifeste, neq̃ densent. Olera aũt communi nomine huiusmodi omnia nominantur: singulis tamen speciebus singula nomina à rusticis fuerunt imposita, ut lactucæ, condrillæ, tum iis quæ Syrij gingidia uocant, tum aliis id genus plerisq̃ apud singulas gentes: Athenienses tamen omnia communi nomine appellant: ueteres aũt ipsorum speciebus nullum nomen indiderũt. Cum igitur plures horum sint species, & earum pleræq̃, propterea quòd non ubiq̃ proueniunt, multis sint ignotæ, ubi eorum facultatem in genere didiceris, nihil erit, quòd ea oculis singulatim inspicere ac dignoscere desideres, sed ipsorũ duntaxat enarratio tibi satisfecerit. Si quid igitur olfactui, aut gustui, aut utriq̃ simul, acre, & mordicans, & calidũ apparebit, scito id facultatem habere tenuandi atq̃ incidendi. Ad hæc siquid olfactui odorem bonum inserens, aromatis speciem gustui repræsentet, id quoq̃ uiribus calidum esse oportet, sed non æque ac mordicãtia, & rodentia, & insigniter calfacientia. Incidũt præterea & quæ saporem quendã habent nitrosum aut salsum, quorum etiam plurima aluum deijciunt: nec minus iis amara tenuandi facultate sunt prædita: atq̃ hinc adeo fit, ut plurimis huiusmodi uulgo uescantur: differunt tamen in eo plurimum, si unà cum eis oxymel, aut acetum, aut sal, aut oleũ, aut aliud id genus sumatur: eorum enim facultas aceto & melle intẽditur: oleo autem minuitur. Si quidẽ olcum ipsum præterquã quòd succos crassos non incidit, eorum etiam omnium, quę id præstare possunt, robur imminuit. Huius etiam generis sunt cibi omes aquei ac mucosi, præterea olera plurima, potissimũ hortẽsia propter superfluam humiditatem: quibus omnibus cum aceto uescuntur, eis quidẽ quę cruda libenter mandunt, id non permiscent: his uero quæ elixant, oleum infundentes. Quidam aũt pro delitijs acetum omnibus permiscẽt, sed cum melle, uel sinapi, uel libystico, uel cumino, uel apio, uel id genus aliquo commiscentes. Natura enim ipsa suggerit quid sit faciẽdum, ac docet nõ eos modo, qui hoc apertius norũt, sed sæpe etiam imperitos, atq̃ idiotas. Quin & ipse iis quibus uictus ratione tenuante opus erat, delitijs eiusmodi uti iubebam, præter q̃ carne dactylorũ, quam multam pulmentis plurimis cõmiscebant. In summa autem de iis delitijs est habendum, omnes eas tenuantibus esse accensendas, quę tum cũ multis acribus & calidis (cuiusmodi sunt ea quæ nuper memorauimus) tum cũ cæpis, allijs, & coriandro præparantur. Quibus uero ea parcius fuerint permista, subst antiã incrassantem habent copiosiorem. Quoniam autem ab initio de cibis oleraceis disseruí (in eo enim genere plurima sunt quæ tenuãt) proximum sanè fuerit, de asparagis, quos uocant, disserere, elijs, mixacantho, chamædaphne, uite alba, uitice, spina, & alijs eiusmodi. Eodem in genere sunt uitium germina, & rubi, & omnia denicq̃ arborũ germina, quibus uesci consueuerunt. Mixacanthus igitur, quem uocant, mediæ quodammodo est facultatis, ab eo autem elij & chamædaphne utrinq̃ non multum differunt. Stomacho autem non minus prædictis commodant, uitis albæ, & uiticis, & spinæ asparagi: omnium autem maxime austeri atque adstringentes, quales sunt uitis, ac rubi. Spinæ uero asparagus aluum deijcit. Sed quæ purgant quidem, non possis ante experientiam cognoscere: quę uero uentriculum roborant, coniectura possis assequi. Omnia enim stomachũ iuuãt, facultatisq̃ sunt mediocris, quo in

quo in genere est palmæ cerebrũ. Sic enim nomi- A natur tenerum germen, quod è summa ipsa planta producitur, ut elate in oleribus. Qui aũt amaroris quidpiã præferunt, quanto amariores, tanto iis sunt sicciores, & incidentes magis. Quòd si linguam euidenter mordeant, ac calfaciãt, in tenuantibus erunt numerandi. Verum de oleraceis quidem eduliis hæc sufficiãt. De seminibus autem deinceps tractabo. Vt autẽ de eis in uniuersum dicam, facultate plantæ suæ sunt similia, nisi q̃ illis prorsus sunt sicciora, eoq̃ magis tenuãtia: non omnia tamen sunt uesca, ut ne herbę quidem ipsæ, quarum semina manduntur, omnes sunt esculentę. Omnia tamẽ semina, quibus uescunt, sua natura ad siccius & calidius magis, q̃ herbæ ipsæ, semper sunt ꝓpensa. Proinde & papaueris semen her- B bæ ipsa est melius, adeo ut tanquã innoxium panibus ipsum misceant, & placentis. Quòd tamen & ipsum palam refrigerat, ex eo intelliges, q̃ caput grauat, & soporiferũ est: non tamen æque ac eius succus, sed quanto is magis refrigerat, tanto semine est magis soporifer. Soporiferũ est & lactucæ semen. Quandoquidẽ & olus ipsum frigidũ est & humidum. Ab his igitur frigidis & humidis seminibus ei est cauendũ, qui tenuante diæta uti uolet. Nam sisami semen succũ crassum ac lentũ in corpore gignit: apij uero, & petroselini, cumini, carui, anisi, prꝫterea libystici, sinapis, ameos, dauci, seseleos, & omnium denicq̃ odoratorũ, & acrium, & euidenter calfacientium semen tenuante diæta C utentibus conuenit. Quorũ quædã adeo sunt fortia, ut nihil à fortissimis medicamentis dissideant: cuiusmodi est rutę semen, quod ualidũ admodum est ac tenuans. Pari modo & lini & cannabis semina. Hæc enim nõ modo sunt medicamentosa, sed caput etiam tentant. Quocirca unicũ est tempus, quo quis recte iis utatur, cum scilicet sanguinem per urinas purgare uolet. Verum de medicamentis dicere nũc non est propositũ, ut quorum uis & actio est magna, eoq̃ non est eis insistendũ. Ad aliud seminũ genus est transeundum, quę cerealia appellant: hæc autem appellatio in toto eorum genere Grꝫcis est usitatior, q̃ leguminũ nomẽ, quæ nonnulli chedropa etiam nuncupant. Omnia aũt generaliter uocantur legumina: speciatim uero ea sola ex eis appellañ chedropa, quę manu carpun D tur: alia cuncta, quæ falce putantur, frumenta: quidam aũt solum triticum, frumentũ uocant: alij hordeum quoq̃ ei adiungũt. Sed uocet quisq̃ quo lubeat nomine: ipse uero de eorum omniũ facultatibus deinceps pertractabo. Triticũ ergo firmissimi est alimenti, succumq̃ crassum admodũ gignit ac lentum. Proinde nisi quis ipsum, quo modo nunc præparatur, exhibeat præparatũ, succus ex eo succrescet uehementer crassus ac lentus. Tritico igitur simpliciter elixo non est uescendũ, ut in Asia plerosq̃ rusticos esitare obseruaui. Nam cõdiunt id pauco sale, nec ipsum in farinam redactum, ut ἄπυρον, id est, pulticulã, aqua uel lacte perfundentes, elixãt. Cæterũ quod eo modo est paratum, ad coquendum est difficile, & crassi succi: sola aũt ea præparatio est probanda, quæ fermento cõstat, sale, et clibano: paulo deterior, quę minore furno: ex reliquis uero nulla est, de qua uerba facere sit necesse. Est & in tritico nõ parua speciatim differentia. quippe quod graue est ac densum & in profundo flauum, copiosissimi id alimenti est, crassiq̃ succi ac lenti: cõtra quod leue est & rarum & album, minus nutrit, succumq̃ gignit crassum minus ac lentum. Similago aũt & alica multum alunt, crassiq̃ sunt succi ac lenti. Verum similaginẽ quidem non conuenit eos attingere, qui extenuante uictu utuntur: Alica uero possunt uesci moderate, tum sola aquę incocta, tum uero cum mulso, aut uino, & eo quidẽ dulci, sed flauo ac tenui, & quod uiribus falerno sit proximũ. Possunt & alijs multis cibarijs permiscere, & maxime betis tritis, & iusculis accõmodatis. Quòd siquis pultem aut sorbitionem ex alica parare uolet, cõueniet nõ anethi modo, sed et porri quidpiam, uel pulegij, uel calamin thes, uel hyssopi, immittere. Piper præterea si misceatur, non solũ elixationibus eiusmodi, sed alijs etiam propemodum omnibus, quę ad tenuantem diætam conferunt, non mediocriter iuuabit. Ptisana autem ipsa quidem per se nonnihil absterget, ut hyssopo non magnope egeat. Siquando tamen ipsius uim inaugere uelis, piperis aliquid ei permiscuisse suffecerit. Mel uero ptisanę immiscere non est opus, nisi quis ea quæ thorace ac pulmonibus continentur, studeat expectorare. In hepatis uero ac lienis affectibus, ipsum admiscere non cõuenit. C Nam horum uiscerũ tumores à sorbitiõibus ipsis solis ex alica adaugentur, & multo magis, si cum melle eas paraueris: at de mellis quidẽ usu omni paulo post dicemus. Nunc aũt ad hordeũ redeundum. non enim in ptisana tantum eo uescimur, sed & panes hordeaceos conficimus, & eius farinam cum lacte elixamus: præterea ex eo frixo polentã conficimus: denique non secus ac alicam, coctum ipsum in aqua cũ uino dulci aut sapa exhibemus. Verum quod ad panes quidẽ pertinet, scire oportet omnes quoquo modo parentur, exigui esse alimenti, succumq̃ crassum, ac flatus minimum generare. Polentam uero omnem similiter ac panes nutrire, nisi quòd siccat magis propterea quòd frixa est. farinam ipsam utriq̃ esse humidiorem, ex crementosamq̃ magis ac flatulentam, & potissimum si cum lacte coquatur. Quod uero hordeũ, ut alica, ex dulcibus quibusdam sumitur, propositæ uictus rationi multo minus confert. succum enim crassum ac lentum, ut alica, gignit. Sumẽda igitur hæc sunt non cum sapa, neq̃ cum uino aliquo uehementer crasso, sed cum mulso, aut uino quopiam falerno simili. Eodem autẽ modo & typha uti licet & auena, sunt tamen hæc quàm ptisana & alica, cõcoctu faciliora, et excrementosiora. Porrò horũ seminũ pleraq̃ in Asia ac Mysia proueniunt, adeo ut panes ex eis conficiant, qui uticq̃ & ipsi ad coquendum sunt difficiles, & succi non boni. Olyra etiam quam uocant, frequens in Asia

usitatur

uisitur, mediumq; inter hæc & triticũ, locum obti A net. Siquidẽ tritico tanto est deterior, quanto his melior: utuntur autem & ipsa eodem modo, quo prædictis. Quod uero ad zeã attinet, nulla alia est inuestiganda, præter olyras & typhas, quæ sunt esculentæ, &, ut ingenue fatear, non mihi constat, de utris harũ antiqui nomẽ zeæ enunciarint. Tertium enim præter illas genus non uisitur, quod eis sit simile, sed typhas & olyras sic uocitabãt. Cum autem Mnesitheus de ijsdem seminibus utrunq; nomen enunciet, typhas & olyras nominans, in eo declarat se suspicari zeã quoddã aliud esse prauum eduliũ, ipsumq; existimo zeam appellare, qd nos typhas nominamus, aut aliquid his deterius. Cæterum semen id, ut hordeum, & olyra, & auena, est mũdandũ, ac cortice spoliandũ. Quod cum factum fuerit, tritico, hordeo, & olyra longe est tenuius atq; exilius: flauum præterea est ut triticum, non album ut hordeũ. Porrò hordeũ apud quasdam gentes nudũ prouenit, ut in Cappadocia, uocaturq; ita ut iamiam dixi. Quòd si aquæ incoctũ, ut alica, cum aliquo uino dulci sumat, nullis alijs bonitate cedet. Fabę aũt minus quidem q̃ hordeum tergent: uerum & ad coquendũ sunt difficiles, & multum flatulentæ. Proinde satius fuerit pisis uesci. Fabis enim ad omnia sunt præstantiora. Eruiliæ uero, & dolichi, & phaseoli, multo fabis sunt deteriores: Lentes aũt, tametsi succũ crassum generent, non tamen omnino sunt aspernãdę, sed, cum aliorum meliorũ ciborum copia non suppetit, eis est utendum. Lupini similes sunt lentibus, nisi q minus siccant. Cicer autẽ cibus est flatulentus, & concoctu difficilis, atq; excrementitius: ad mouendas tamen urinas, est accõmodum: terget præterea nonnihil: Eruum uero, boum magis q̃ hominũ est alimentum, incidendi tamen facultate pollet, unde & ex eo medicamentũ paratur, quod in ijs quæ thorace continent, expectorandis, nulli est secundũ. Βόκορας autẽ seu scœnum græcum (utroq; enim modo appellãt) non incõmode alui deijciendæ gratia, ante alios cibos sumitur: cum melle quoq; eius succũ exhibent, ut qui calfaciendi uim habeat ac detergendi: estq; ad utrunq; hoc ualde accõmodus: quod tamen caput tentet, usus eius multus est cauendus, & aliorum omnium, quæ alui subducendæ gratia, prima mensa sumuntur. Nam bona pars eorum flatulenta est, & ad coquendum difficilis, in quibus est lupinus, eruilia, & phaseolus. Pruna etiam Damascena hydromeliti incocta præmandunt ij, quibus extenuãte diæta est utendum: uerum his aluum magis deijciunt, quæ ex Iberia importantur. Ventrẽ præterea subducunt echini marini, & concharum omnium atque annosorum gallinaceorũ iuscula, neque quidquã ijs officiunt, quibus tenuante uictu uti est propositum. Meline uero seu panicum, & milium, praui sunt succi, & flatulenta, ac concoctu difficilia. Nam alui fluxum uehementer siccant. Lobi etiam hortenses cibo adaptantur: crassi tamen sunt succi, & pituitosi: cæterum fabis minus inflant, nec, ut hæ, detergẽdi facultate sunt præditi. Quid iam loquar de alijs prauis seminibus, quæ omnes etiam si non moneam, fugitant: de ipsis tantum dixisse suffecerit, solum hordeum ex cibis frumenta ceis, tenuanti uictui esse innoxium. Secundũ hoc sunt panes clibanitæ, qui ex tritico fiunt. A reliquis uero est abstinendum, nisi quis forte pisum, uel lentem, aut alicam per magna interualla gusta re uelit. Ex piscibus saxatilibus, montanisq; auiculis multum, ac copiosum potes alimẽtum ad tenuãtem uictum accommodare. Animalia enim quæ in stagnis, ac locis aquosis, & campestribus degunt, humidiora sunt, atq; excrementosa: quæ uero in montibus uiuũt, omnia temperatura sunt B sicciora, ac calidiora, eorumq; caro minimum est pituitosa, ac lenta. Ex quibus intelligi potest, animalia omnia, quæ in montibus nascuntur, multo ijs quæ in locis planis oriuntur, esse præstantiora. Et, ut ego iudico, aues monticolæ nõ modo quòd aeris, sed etiam alimenti, quod nobis præstant, tenuitate antecedãt, alijs auibus, quæ in locis aquosis, ac cãpestribus degunt, sunt præferendæ. Passeres igitur, turdos, merulas, perdices, et reliquas id genus aues monticolas, mandas licet. Abstinendum autem ei qui tenuante uictu uti uolet, alijs auibus, quæ in locis aquosis uiuunt, ut tardis grues ἀντίδας uocãt, anseribus, & magnis auibus, quas sane & struthocamelos nominant, & alijs id genus: nam omnia hæc carnem habent excrementi C tiam. Mandendæ etiam sunt aues eæ, quæ tum in turribus, tum in uineis uitã agunt. Ad hæc columbæ turricolæ domesticis sunt meliores, tum etiam pari modo & apri suibus domesticis in cibo sunt anteponendi: ac, ut in summa dicam, omnia quæ exercentur, ijs quæ sunt ociosa: & quæ cibis siccioribus, ijs quæ humidioribus utuntur: denique quæ purũ ac tenuem aerem inspirant, ijs quæ contrarium, sunt præferenda. Siquidem suum domesticorum caro, omnium aliorum ciborum firmissime nutrit. multum enim in seipsa habet lentorem, tum propter uitã desidiosam, tum propter cibi humidioris affluentiam. Verum ab his prorsus abstinebit, cui propositum erit uictu extenuante uti. Quod uero ad reliquas carnes attinet, nõ quibus D uis simpliciter uescetur, sed si multum sese exercebit, licebit ei & auribus, & rostris, & pedibus suillis uesci, uentre præterea, & matrice, si modo ea elixa belle fuerint. Qui autem uitam in maiore otio ac quiete degunt, ijs nõ modo eiusmodi suum esu est temperandum, uerum etiam syluestribus. Abunde enim fuerit eis auibus montanis uesci, & piscibus saxatilibus, utputa iulide, fuca, merula, turdo, scaro, & in summa, omnibus quæ carnem habent mollem simul ac friabilem: ab ijs uero quæ duram habent uel lentam, omnino eis est abstinendum. Asellorum autem caro mollis quidem, sed non æque ac saxatilium est friabilis: Mullorum autem, friabilis quidem est, non tamen mollis. Hæ itaque duæ tibi sint notæ, de cuiusuis animalis carne, mollities scilicet & friabilitas:

quibus

quibus attentus eam animalis carnem cui utrun- A
que adest, quantum uis mandas licet: cui autẽ neutrum inest, abijcias: cui alterutrum, interdũ, cum alijs cares, mandas, modo ea ad saturitatem usque nõ utare. Cum igitur saxatiles desunt, asellos, mullos, & alios eiusdem generis pelagicos, possumus exhibere, & eos potissimum, qui cum sinapi manduntur, cuius generis est scorpius. Sunt & alia quidem animalium genera, quibus altera memoratarum notarum inest: uerum propter alterius exuperantiam, in cibo sunt fugienda. Nam anguillæ, & mollium pars maxima, tametsi carnem habẽt mollem, quòd tamen succo lento ac pituitoso abũdat, ijs qui tenuante diæta uti uolunt, plurimũ est noxia, idem accidit & plurimis ostreorum. Hirci aũt, & boues carnem quidem habent minimum humi B dam, pituitosam, ac lentam: nocent tamen admodum ob duritiem, & in alterando difficultatẽ. Adhæc plurima ostracoderma, & crustata, uel propter utrũq;, uel propter carnis duritiem, sunt uitanda. Sola autem chartilagineorum torpedo & turtur laudantur, possisq; nonnunquam, in saxatiliũ penuria, ijs uti. Satius tamen fuerit pisces eos præparari cum beta trita, aut albo iure, porrum prolixius miscendo, & piperis portiunculam. Dictis piscibus, uiribus propinquum est buglossum, & † saxatiles pisces. Ex terrestribus uero animalibus, hirci, & arietes, & genus omnem ouiũ, ac caprarum, non undequaq; laudabilis sunt alimenti. Solis aũt hædis innoxie utare: Agnorum esus propter insignem humiditatem est fugiendus: E quorum & a- C sinorum esum hominibus asininis, ut pardorũ, ursorum, & leonum, hominibus feris permitto. Proximi asinis sunt cerui, eoq; ab eorũ esu est abstinendum. Caro autem leporum ad aliam uictus rationem siccantem est accommoda: ad propositã uero non admodum confert: sanguinem enim uehementer crassum gignit. Ad hæc sanguis omnium animalium in cibo est uitandus, & multo adhuc magis in tenuante diæta. Pari modo & uisceribus est abstinendum. sunt enim excrementitia, & ad coquendum difficilia, & crassi succi. Canum uero, & uulpium carnem, nunquam equidem gustaui, nec sane gustare unquam fui adactus, neq; in Asia, neque in Græcia, neq; in Italia: aiunt tamẽ hanc quoque mandi: coniectare tamen possum uim ei inesse D carni leporum similem. Nam canis, & uulpes, ut summatim dicam, temperamento sunt sicco. Porrò quemadmodum partibus porcorum extremis uesci concessimus, ita & gallinarum alis uti concedimus: testes tamen, & uiscera tenuanti diætę non competunt: corporum autem gallinarum esum, siquis exerceatur, non uetо, & potissimum earum quæ in montibus fuerunt enutritæ: qui uero non exercetur, mandendæ ei erunt modice, non modo gallinæ, sed columbæ etiam, ac turtures, tametsi turtur temperamento est sicca, & potissimum quę in montibus degit, itaq; uesci quis poterit ijs innoxie: recens tamen non turtur modo non est mandenda, sed nec perdix, nec alia omnia, quę carnem

Aliæ persici

habent moderate siccam, sed ubi unũ diem ad minus suspenderis, ita demum mandas licet. Porrò palumbes, præterquam quòd carnem habent columbis, & perdicibus, & turturibus duriorem, difficilem etiam ad coquendum & excrementitiam habent. Perdices uero, ac turtures, neq; durissimas habent carnes, neq; concoctu difficiles, neq; prauo succo uitiosas, sed & ipsarum durities, si mortuæ uno die asseruentur, facile uincitur, fiunt que friabiles omnino atq; inculpatę. Alimentum enim corpori dant laudabile, sanguinemq; minimum uiscosum generant, & crassi ac tenuis mediũ. Proinde quibus salubris cibus curæ est, eos, ut arbitror, uti his conueniet. Verum de ijs quidem dictum abunde est, ad ea quę restant, est transeundũ. Olerum omnium radices (ut generatim dicam) excrementitiæ sunt, & concoctu difficiles. Solius autem dauci, ac pastinacæ radix propositæ diætæ ut nihil incommodat, ita nihil confert. Aduersissimæ autem sunt rapæ. His paulo minus aduersi sũt bulbi. Omnium autem pessimi sunt fungi. Itaque eorum omnium quæ gustu nullum morsum, nec acrimoniam, nec calorem referunt, radices suspectas habere oportet, unde & blitі radix uitanda, tametsi olus hoc minime sit pituitosum. Quid iam olera memorem, quorum non solum radices, sed germina etiam & stipites ac folia, succum gignũt pituitosum? Vt autem paucis rem omnẽ finiam, omnes quidem radices tanquam ad coquendum difficiles habere suspectas oportet, solæ autẽ acres ac calidæ gustandę, ut sunt allij, cæpę, & radiculę, eæq; pro pharmacis potius quam pro alimentis sunt habendæ. Atq; de radicibus hæc dixisse sufficiat. tempestiuum enim iam fuerit ad fructus arborum transire, quorum plerіq; sunt humidi sine ulla siccitate, & potissimum qui non reponuntur. In quibus ij minus sunt noxij, qui uentrem lubricant, cuiusmodi sunt mora, & post ea, pruna, & cerasia ac ficus. Deteriores autem sũt, qui tarde permeant, & maxime si consistentia sint duri. Ab eis enim prorsus est temperandum. Mandendi autem qui ad reponendum sunt apti, qualia sunt pira, cydonia, & pleraq; uuarum genera, in quibus mollіora potius quàm duriora sunt edenda: nemo tamẽ ullo horum ad sanitatem utetur, quemadmodum D neq; pomis, neq; persicis, neque armeniacis, quæ Latini præcocia appellant: & ijs multo adhuc minus sericis, quæ uocant, & myrtis, & alijs eiusmodi: parі modo nec mespilis, nec sorbis, quibus tamen rectè quis ad alia utetur: ad uictum autem ex tenuãtem non sunt accommoda, & potissimũ mespila. Vt autem summatim perstringam, quæ uehementer sunt austera ac pontica, huic uictus rationі sunt aduersa. Soli autem uentris fluxui, aut uẽ triculo, stomachóue imbecillis conferunt. Porrò inter ea quæ in hyemem seruari possunt, caricæ, ac nuces tum ad id sunt accommodatissimæ, tum etiam nihilo minus ad propositam nobis uictus rationem. Pistacia præterea, & amaræ amygdalæ, haudquaquam sunt improbãda: his duriores sunt

nuces ponticæ, nullamq; abstergendi ex uisceribus excrementa habent facultatem. Castaneæ uero siue elixentur, siue assentur, siue denique frigantur, semper sunt pravæ, & multo magis, si crudæ mandantur. Oliuæ autem, quod ad propositam diætam attinet, medium quodammodo sũt edulium. Proinde neque eas magnopere commendare possim, neq; damnare, quemadmodum nec uuas pensiles. Quæ uero in uinaceis seu βρυτίοις conduntur, uentriculi quidem imbecillitati conferũt: præsenti autem scopo, haudquaquàm: & his adhuc minus, quæ in uinis conduntur. Vuæ passæ si non sint adstringentes, lieni quidem & hepati tumentibus non conducunt: thoracis tamen ac pulmonis affectibus conducunt. noxia etiam sunt mala punica, si fuerint pontica, imbecillum tamen uentriculum iuuant. Atq; etiam de alijs arborum fructibus, si ad memoratos iam conferis, licebit similiter pronunciare, siquidem duri omnes ac pontici, sunt pravi: reliquis uero moderate uti poteris. Quòd si quis existat, qui in uarijs sui partibus sapores habeat diuersos, partes quidem acidæ & acres sumendæ: alijs autem temperandum. Multos sanè eiusmodi reperias, ut malum medicum, quod etiam citrium nominamus, quippe cuius cortex est acris: acida autem pars intima, eius caro pituitosa ac crassi succi. Quæ in aceto & muria conduntur, ea tantum à pristinis uiribus esse immutata, sunt putanda, quantum à conditura fuerint alterata. Quò fit, ut, cum acetum & muria ex eorum numero palàm sint, quæ incidunt ac tenuant, pisces aridi atq; exucci, humores crassos ac lentos uehementer attenuent. Eligendi tamen sunt, qui natura carnem habent mollem: fugiendi uero caracei, & eis adhuc magis ipsa cete. Quòd si quis penuria melioris uesci his uelit, uel alioqui appetat, ἀποθέσμιον id est, condimento aliquo acri (cuiusmodi est, quod ex sinapi uel oleo & aceto solo fit) erit utendum. In summa autem, ciborum omnium id est commune, ut qui in memoratorum quopiam conduntur, aut parantur, extenuanti uictui maxime conferant. Proinde qui hoc uictu uti uolet, licebit ei ijs omnibus uesci, si ex aceto aut oxymelite fuerint præparata: tum alijs etiam plurimis eorum, quæ succo omni exhauriri queunt. Quin & suilla ipsa exucca tutò uescetur, quæ uticq; alioqui esset uitanda, ut quæ succum crassum ac lętum generet. Cum de ijs abunde tractauerimus, reliquum est, ut de melle ac uino disseramus, & prius de melle, quod uticq; non modo reuera ciborũ est dulcissimum, sed succum etiam consistentia tenuissimum gignit. Quod uero ad uina pertinet, quæ dulcia admodum sunt, omnia sanguinem crassum gignunt: nigra nanq; hęc sunt, & consistentia crassa, & ijs adhuc magis sireon quod uocant, id est, sapa: est autem id mustum plurimum coctum. Sunt qui & ficuum siccarum decoctum ita nominent. Est autem decoctum id prauo melli adsimile, habetq; & ipsum incidendi uim quandam, in eo tamen à melle plurimum superatur, ut parum absit, quin tenuantium specie excludatur. Porrò ficus exacte maturæ, ex medio ciborum sunt genere, quod genus succos neq; condensat euidenter, neque tenuat. Aliæ uero omnes hoc genere sunt inferiores, quippe quæ nondum satis maturuerint, ut uinum musteum, crassi sunt succi ac frigidæ, prę terea ad concoquendum difficiles & flatulentæ. Id tamẽ eis inest commodi, ut celeriter permeent, ob idq; ipsum haud multum officiant. Eiusdẽ sunt naturæ uuæ dulces, & his adhuc magis palmulæ, quarum quæ in Alexandria, Cypro, Lycia, & Cilicia, prouenium, condi omnino nequeunt, sed ut sunt, manduntur, quòd propter superfluam humiditatem celeriter putrescant. Aliæ uero quæ condi possunt, minus sunt noxiæ, crassum tamen & ipse succum gignunt. Proinde ipsarum esus in proposita uictus specie est fugiendus. Quod uero ad uina attinet, quæ clara sunt ac pellucida, colorecq; pallida ac flaua, ea forte minimum dulcia inuenias. Præterea nullum album dulce comperies, quẽ admodum nec flauum quoduis, admodum est dulce. Cæterum eiusmodi omnia, sanguinem consistentia gignunt mediocrem. Quæ uero crassa simul sunt & nigra & dulcia, crasso sanguine uenas refercĩt: at alba simul & tenuia, humores crassos incidunt, & sanguinem per renes purgant. Quæ uero inter hæc consistentia sunt media, ut sunt flaua simul ac dulcia & splendida, uiribus etiã quodammodo sunt similia, ut quæ neq; ut crassa, sanguinem crassum generent, neq; ut alba, per urinas secedant. Sunt autem uina apud omnes gẽtes plurima, celebrantur tamen in primis Ariusium, Lesbium, Falernum, & Tmolites, quibus semper intentus, media deliges, quòd omnia sanguinem bonum & consistentia mediocrem generent. At quę odora sunt, & alijs uinis calidiora, ea merito caput tentant. Quocirca uitanda eiusmodi ijs erunt, qui cephalæa, aut hemicrania, aut alia cephalalgia laborant, ut epilepticis, & maniacis, &, ut in summa dicam, omnibus quibus caput infestatur, sunt fugienda. Affectus uero omnes thoracis ac pulmonis, qui diuturni sunt & sine febre, à uinis eiusmodi multum iuuantur, & potissimum qui humoris per sputa expectoratione purgantur. Non em incidenda tantum sunt, aut calefacienda, quæ belle sputis sunt expectoranda, sed moderate etiam humectanda, ne tandem siccata sputa, ac lenta reddita, tusses excitent, exitusq; uiolentia, uas aliquod inruptionis discrimen adducatur. Quamobrem quę uina sunt crassa & dulcia, propterea quòd humiditatem habent crassam, & ob id ipsum perdurantem, in thoracis ac pulmonum affectibus, si cũ tenuantibus medicamentis adhibeantur, multum adferent commodi: uerum nec acerbam, nec austeram, nec omnino adstringẽtem uim eis inesse, sed ad melleam magis odore ac gustu & uiribus omnibus spectare ipsa cõueniet. Eius generis est, quod in Pamphylia prouenit, tum quod Tmolitem appellant (abunde enim fuerit eorum quæ dicimus uelut normam & scopum subiecisse, in quem intentus

tentus omnia similiá ex eo inuenias ac dijudices.) Optimum sanè suorum congenerum id est, cuius tamen si copia non sit, uti licebit Thereo, & Protropo, & Thyrino, & Carino. Nigri autem dulcis simul & austeri exemplum petes ab eo uino quod fert Cilicia, quippe quod Aegeatem nominant, omnibus uticq; thoracis affectibus, de quibus nũc agimus, est noxium, & eo etiam magis, quę uehementer sunt acerba. Porrò non omnia dulcia nec ea quæ exiguam habent dulcedinem, sunt aspernanda, quæ tametsi multis in locis proueniũt, pleriscq; tamen sunt incognita, adeo, ut neq; mercatores ipsa studiose coemant, nec apud pfessores magno in pretio sint. Solum autem uinum ponticum in conuiuijs, aut nuptijs, aut sacrificijs, aut alijs celebritatibus adhibebant: multum enim implent: & tarde permeant, ambasq; excretiones morãtur, tum eam quæ fit per anum, tum quæ per uesicam: hærentq; in hypochõdrijs diutissime: & facile acescunt: nauseamq; prouocant. Soli autem uentriculi enti conferunt, idq; si moderate sumãtur. Eiusmodi uini in locis Aegisoliæ campestribus magnus est prouentus, cui simile aliud est, quod iuxta urbem quandam Pergamo uicinam habetur, quo uticq; omnes eius regionis incolæ propter consuetudinem citra molestiã utuntur. nam debito modo sumptum sitim extinguit: lædit autem omnes qui ei non assueuerint: corpora tamen bibentium euidenter nutrit: cui rei argumento sunt incolæ iuuenes, qui in palæstra, bonæ habitudinis comparandæ gratia sese exercent: utuntur enim hoc uino in potu non aliter, quàm suilla in cibo.

CL. GALENI DE PTISANA LIBER.

IOANNE POLITO INTERPRETE.

OSTEA QVAM haud pridẽ aliquot inuenissem medicos, qui ptisanæ cremorem porrexerint quidem languentibus: non tamen declararint quibusnã ægris hanc usurpare expediat, obsitúe: nec modum, aut exhibendi mensuram, neq; sorbitionis assumendæ accommodatum tempus assignarint: uerum ubiubi libuerit, usum eius statim opportunum esse autumarint: Visum mihi est, quęcunq; ab Hippocrate obscurius de ptisana recensentur, hęc ipsa multorum nomine interpretari, simulq; enarrare elixandi rationem, tum huius uim, actionem, occasionem, mensuram, porrigendi modum, tum quot afferat emolumenta, si rite decumbentibus propinetur: quantam rursus ijsdem noxam, si inopportune exhibeatur: ad hæc quibusnam corporibus hanc dare conueniat, quibusq; minime conducat. At quoniam complicata quædam res est ptisana cum eius cremore, ex hordeo nanq; probe tuso, id est extenuato, atq; aqua & nonnulla coctione conficitur: ergo primum huius partes per capita commemorare decreui. Nienim quispiam hęc antea perpendat, apprime uticq; læserit. Deinceps itaq; & reliqua omnia, nobis exacte pensi habebuntur. Quòd igitur optimam aquam, in ptisanæ confectionem electum iri, necessum sit, neminẽ ambigere arbitror. Porrò probatissima aqua, tum substantia, tum gustu, tum odore, tum colore discernitur. E gustu quidem atq; odoratu, ut nullam exoticam referat qualitatem: hoc est non existat dulcis, non salsa, nec acida, aut acris, non grauiter olens, uel putris, neq; penitus ullius acquisitæ qualitatis particeps, sed prorsus simplex, ac citra omnem alienam qualitatem atq; immistionem, quæ uel gustu, uel olfactu deprehẽdatur. Oportet præterea, pellucida sit, pura, minimeq; cœnosa: sed ueluti exquisite colata, frustillorumq; innatantium expers. Siquidem huiuscemodi aqua usui accommoda est: natura uero haudquaquam sic syncera existit, perinde ac ne ullum quidem aliud sensilium elementorum. Cęterum si quo pacto dixi, aqua fuerit, illico tenuium est partium, facilis & concoctu & distributu, atq; prędia subito transit: nec solum non difficilis est alteratu, appropinquans caliditati naturali, sed & igni externo admota, breui calefit. Testis quoque huius orationis Hippocrates est: quippe aquam quæ celeriter calescat, rursusque eustigio refrigeretur, hanc leuissimam esse existimat. Porrò nõ ponderе leuem dijudicat, uerum quæ tenuium sit partium, nec grauatim contrariam admittat qualitatem. Huiuscemodi sanè aqua tum frigida est, tum humida, proprieq; aqua nominatur. Quæ uero uel substantia, uel qualitate, ab hac degenerant, ut sũt bituminosæ, sulphureæ, aluminosæq;, tanto ab huius discedunt natura, quanto alienata sunt. Expetis autem uel demonstrationem, quinam scilicet aqua infrigidet, madefaciatque: atqui id explicari non est præsentis sermonis, nimirum cum de ptisana dicere decreuerim. Verum quòd aqua frigida sit & humida, prisci uniuersi indicarunt: atq; ipsa experientia suffragatur. Ergo cum omnia in ratione ista conueniant, hanc aquam assumito. Porrò nunc in hordei enarrationẽ deueniamus. Hordeum itaque sanè generaliter acceptum, refrigerat atque exiccat. Habet autem quippiam detersiui ac inflationis: utriculorum nanque furfuraceorum ratione, & aridius existit, & magis abstergit. Quod uero in eo uelut carnosum est, atq; nutriẽs,

tergit quidem uel id, sed minus furfure. Ineſt etiam huic quippiam inflationis. Cæterum altera membrana tenuis, quę à furfure plus interna eſt, hordeumq; inuoluit, ipſa mediocris inter hęc uiribus eſt: ideo abſtergit furfure minus, potius autem hordeo. At optimum hordeum ſermone noſtro ſubaudiri neceſſum eſt: quod uidelicet nil adſcitiæ putredinis aut redundantis humiditatis contineat: non nimis recens, uel plus æquo uetuſtum ſit: Nam recentius fœcundum eſt ſuperfluo madore, quem ex regione contraxit: plenum humiditate, atq; ſpiritu refertum. Vetuſtius uero diutino tempore exhauſtum, imbecilleq; fit, ac ſuis deſtituitur uiribus. Indicio autem fuerit, corrugatio huic enata, magnitudinisq; eius imminutio, & quod dum inciditur, uelut friatum emittat puluerem. Præſtat igitur integrum eligere hordeum, in ptiſana conficienda: nempe quòd haud plus iuſto recens uel uetus ſit, omnisq; adſcitiæ qualitatis expers. Atqui ne hoc quidem ſolum ſuffecerit, quin & experimẽto id explorare conueniet: quippe ſi ad nunc memorata, dum elixatur, in tumorem quoq; affatim attollatur, ſumendum tibi profecto fuerit in ptiſanæ coctionem, dummodo hac ratione (quatenus liceat) conſtruere tibi certum ſit. Iam ſanè quæna optima aqua, quoq; pacto hanc diſcernas, tum quod probatiſſimum hordeum, & quibus id agnoſcas indicijs, ſummatim recenſuimus. Reliquũ dicendo tertium eſt, utiq; coctio. Conſtruunt ſed enim nõnulli ptiſanam, mortario prius hordeum in exiguas infringentes partes, deín ſubito coquẽtes adijciunt† elixationem * alij uero amylum, ſunt qui cyminum & mel. Sed uitioſa id genus confectio eſt. Verum præſtantiſſima, quamq; merito cõcinnes, huiuſcemodi fuerit: Primum hordeum crudum in aqua macerato, deinde manibus adeo tento, ut tenuis membrana cõſpiciatur: poſt hæc iterum manibus eatenus ſcilicet ualenter conterito, ut quodq; glumoſum excutiatur. Atqui ſicui eſt animo, hanc plus abſterſiuam efficere, ſatius fuerit eam ſimul cum mẽbrana decoquere. Fit autem elixatio hoc modo, ut ſcilicet hordeum primo diu cogatur: mox ad mollem quoque ignem, donec multum ſucculẽtum reddatur. Sic ſanè elixata, quicquid inerat flatuum deponit, atq; cuncta nanciſcitur commoda, quæ atteſtatus eſt Hippocrates. Siquidem uiſcidum eius (inquit) lene, continuum, & blandum eſt, lubricum, modiceq; cum humore flaccidum: ſitim obrepere non ſinit: & (dummodo eo uſus ſit) facile infernis elabitur: neq; adſtringit, aut moleſte uellicat: nec dum in uentre eſt, in tumorem eleuatur: nimirum cum tam in elixatione tumuerit, quatenus uel maxime tumeſcere natum erat. Quòd uero ptiſana nil contineat glutinoſi, aut obſtructioni aptum, (ueluti uniuerſa cætera quæ lenta ſunt) perſpicuum eſt. Detergit nanq; non ſordem corporis ſolum, ſed & exhibita pituitoſum quoq; in uentre humorem expurgat. Porrò abundans decoctio, exacta'que miſtorum unio, hunc apparentem efficit lentorem.

ἔψησις, id eſt ἕψημα

A Atqui nec euidens eius uiſcidum, ullam ſanè habet aſperitatem: uerum lene penitus, atq; æquale eſt: quinimmo & continuum: ſiquidem nullius adſtrictionis, aut acredinis (e quibus aſperitas naſcitur) particeps exiſtit. Lene autem neceſſario continet, non modo tactu, ſed & ipſa potentia: quippe alia lenta (quemadmodum ſunt oleum, mel, atq; reliqua) tangenti tibi lenta uidebuntur, & æqualia, nihilq; ineſſe inæqualitatis, ut ſcilicet aliquod tenue, aliud craſſum, aut diuulſum, ſeu diuiſũ ſit: atque ex hoc cernuntur lenitatem tactu poſſidere, in alia autem quapiam actione facultateq; haud quaquam. Sedenim illa admota, neque uniuerſas corporis particulas iuxta & continue humectant, uerum diſſident in hoc ab inuicem omnium uiſcidorum partes, præter ptiſanam. Hæc nanq; à tactu lenis exiſtit, continua, diuulſionisq; expers: atque talis ipſa conſiſtit potentia. Illa utiq; guſtu nullam referunt ſuauitatem: Hæc uero inter alia & ſaporis quoq; quiddam dulcis, blandiq; exhibet, ac potiſſimum ęgrotantibus. Iam tametſi panis reliquis præſtet uirtute, atqui & is iniucunditatem multã habet, & ſi maceretur aqua (ut ſanè indiget manſum.) Rurſus uel hac parte ptiſana longe ſuperior fuerit, cum ne ullam quidem dum manditur, inferat inſuauitatem, habeatq; quoddam lubricum, id qúe maxime huius ſuccus: nec opplendo quippiam in tranſitu relinquat, ueluti cũcta tenacia (hac dempta) facere ſolent. Siquidem hæc, quòd ei detergendi uis inſit, facile in partes ſecundum thoracem commeat: ſic & ad excretionem, digeſtionẽq; idonea eſt, atq; maxime his, cum quæ aſſumunt, grauiter iecoris partes tranſeunt. Cæterum flaccida moderate exiſtit, id eſt madida, ac ſitim abigẽs. Madidum utiq; ex aqua nanciſcitur, ueruntamen idipſum quoque confractum, ob hordei uidelicet naturam modice ſiccantem. Nam quod ex diſſidẽtibus complicatum eſt facultatibus, aſcititiã quandam naturam ſortitur, atq; ab extremis alienũ eſt. Sitim autem reprimit, ceu humidum, atq; eandẽ (quantumuis humiditate inferior ſit) plus aqua compeſcit. Porrò quòd citius digeratur, quòd ob eius lentorem firmam quandam habeat humiditatem, quodq; præterea frigida ſit, horum inquam nomine, febribus ardentibus accommodatiſſima eſt. Nimirum his omni ex parte opponitur, refrigerans ſcilicet & humectans, ac ſuccos putridos detergens, atq; non parum alimenti corpori cõferens: ſemiputres uero ſuccos concoquens, & incommodum humorem tranſmutans. Hæc autem uniuerſa adipiſcitur, cum interim nullius adſtrictionis, aut uentriculi euerſionis particeps ſit.

* Lenis autem eſt, non ſolum dum tangitur, uerum etiam ſua ipſius tum actiõe, tum facultate. Eſt uero blandi ſaporis, hoc eſt nullam habens inſuauitatem, humida, atq; ob præſentem lentorem ſitim arcet. Quòd autem lenis, madida, iucundaq; ſit, adſtrictionis, aut alterius ualidæ qualitatis expers eſt. Et inter cætera omnia, quòd commodum elixata ſit, ſitim obrepere uetat.

uetat. Ergo cum ſic ſe habeat, acutis febribus admodum conueniens fuerit. Nec ea tantum gratia, quòd his undequaque repugnet: ſed quòd è maxime concoctilibus ſit, ac in nulla non qualitate imbecillima, digeſtúque facilis, atque ob deterſiuam uim, putridos ſuccos luſtret, ſemiputres autem concoquat. Verum haud nude, in morbis hanc porrigere expedit: ſed circunſcriptionibus multis opus eſt. Neque enim periculi diſcrimine laborantibus eam dare conuenit: nec his qui indigeant uenæ ſectione, aut purgatione, aut quopiam clyſteri: nec quorum uenter excrementis redundat, aut ingenti quodam cruciatu turbatis: minime tamen his, qui medicinalibus fomentis, uel ſanguinis imminutione, uel purgatione indigeãt. Contemplandæ porrò ſunt, tum occaſio, tum exhibendi menſura.

* Sanè itaque ſi quiſpiam ſemel ueſci aſſueuerat, & huic unicam exhibebis potionem: ſin uero bis in die nutriebatur, duplam efficies portionem. Adcrementum autem ſorbitionis que adiectio, nequaquam in aridioribus morbis admittenda eſt: ſiquidem hi ualidiores ptiſana potiones expetunt, quæ ſcilicet uberius madefaciant. Sunt uero morbi ſicci, πλευρίτις, id eſt lateris dolor: περιπνευμονία, id eſt pulmonia: ac in uniuerſum, qui in pectore conſiſtunt: cum uidelicet nullum ſputum reddatur. Hi etiam qui in iecinore, uentre, & inteſtinis ſunt, nimirum dum aut nihil excernetur, aut durum, nec ut neceſſum erat, aut dignum memoratu. At quæ in arterijs & uenis contingunt ariditates, hæ tum lingua, tum externo colore perſpicuæ fiunt. Sic & qui in capite ſunt affectus, patent, dum nihil uel palato, uel naribus expurgatur. Pari modo ſiccæ phlegmones, atque hulcera exiſtunt, cum haud quicquàm ſecernant ſanies. In huiuſcemodi igitur ægritudinibus ptiſanam conficere miníme conuenit: nam has humectare nequit: proinde cum non nimis madida ſit, atque idcirco his morbis parum conferat utilitatis (utpote multam ualidamqúe expoſcentibus humectatricem facultatem) hinc è repletionis quoque offenſa, corpo-

ra tentaret. Cum uero corpus humidius extiterit, ac ex pulmone quippiam ſputi procedat, augenda atque adijcienda ptiſanæ exhibitio fuerit: hæc nanque madefaciens, iuxtaque incidens largam in corpore humiditatem, afferendo ſcilicet huius particulis, ob ſyncerum alimentum, robur, breui animal ab turbante malo ſucco explicat: quippe cum ambo conueniant, uitioſa excrementa facile expurgantur. Sed ne ullum quidem alterum datur inuentu, quod ſiue ut medicamentum, ſeu tanquàm nutrimentum exhibeatur, horum amborum compos ſit: ſiquidem aut modice attenuando, humens præbebit alimentum, ueluti ſunt panis, alica, oua, & piſces: aut ſi inciſiuæ fuerit facultatis, & madefacere & nutrire neutiquàm poterit: ſicut eſt acetum mulſum, & ſiquod id genus aliud. Verum hos uſus omnes ptiſana complectitur. Atqui hæc ipſa nil ſanè emolumenti conciliarit, ſi citra circunſcriptionem adhibeatur: quin potius ſi porrigatur, uel exitij cauſa conſtituitur: nempe cum excrementorum purgationis nomine, clyſteri indigeat æger: uel uenæ ſectione, ſanguinis redundantiæ ergo: cum ſcilicet dolor ex repletione naſcitur, ſi tum ptiſana afferatur, utique cauſa interitus fuerit: forſan duplam quoque efficiens repletionem. Eapropter haud expedit hanc febre affligente, propinare, ſiue hæc cum cruciatu ſit, ſiue eo careat. Sed neque ſi paulo ab nutrimento (antea quàm inferius excernat) febri homo corripiendus eſt. Huiuſcemodi autem circumſcriptiones, non ad ſuccum ſolum, ſed ad ipſam etiam ptiſanam attinent. Quibus itaque emolumento fuerit, his non conueniet hanc illico porrigere: at primum dumtaxat ſuccum, uel ſucci quiddam uberius: ptiſanæ autem parcius: mox utrunque ex æquo: tandem eam ſolam: pro comperto habens, ptiſanam in robur, corporiſque alimentum, maximopere conferre. Cremorem uero facilium eſſe tum operationis, tum concoctionis, digeſtionisque. Hæc habui, quæ de ptiſana ſummatim referrem: quò agnoſcas & moderatum eius uſum, & neceſſarias circunſcriptiones.

CL. GALENI DE PARVAE PILAE EXERCITIO.

VALERIO CENTANNIO VICENTINO INTERPRETE.

QVAM quidē ad bonā ualetudinem cōferant exercitia ò Epigenes, quāq; ipsa opus sit cibaria antecedere, ab antiquis præstantissimis, tum philosophis, tū medicis sufficienter traditū est: quā uero illa, quæ ex parua pila habetur exercitatio alias oēs excellat, hoc nondum satis priorum quispiā explicauit. æquū igitur est, ut qd' hac in re sentimus, id nos in mediū afferamus. tu aūt dictorū eris iudex quippe qui omniū optime eius artē exerceueris. at uero ijs sanè utilia dicta esse uidebuntur, quibus uel tu cōmentariolum hūc fueris impertitus, ea nanq; (ut arbitror) omniū cōducentissima est exercitatio, quæ non modo corpus fatigare, uerum etiam animā oblectare possit. & profecto qui leporū, ceruorum, aprorū, cęterorūq; id genus insectationē, nec non aliam quālibet uenationis formā adinuenerunt, uoluptate, oblectamento, & cupiditate laudis, horū laborem tēperātes, illi sapientes, & humanæ naturæ peritissimi extitere. tantū em̄ in ipsa potest motio animæ, ut & multi præ sola lætitia morbos euaserint, multi etiā præ mœrore ægrotauerint. neq; ulla est tam uehemens corporis passio, ut affectiōes animæ uincat. non igitur paruipendere oportet huius motiōes: quales nam sint: immo uero lōge magis q̄ corporis motus obseruare: tum aljs de causis, tū q̄ corpore dignior sit anima. hoc igitur omniū, quæ ex hilaritate cōstant, exercitationū cōmune. alia uero earū sunt propria, quas nobis ex parua pila cōparamus: quæ nos nunc exponemus. Principio quidem adest facilitas. si igitur cōsideraueris quāto egeant apparatu, & ocio, tum cætera omnia uenandi exercitia, tū quę lepores, ceruos, apros, atq; id genus alia, canibus insectando fiunt, tibi manifeste cōstabit, neq; ciuilibus addictos negocijs, neque artifices ipsos ad huiusce modi exercitia accedere posse: multa em̄ hæc, atq; admodū liberū hominē exposcunt. hoc aūt solū adeo familiare est, ut ne quidē infimus eius indigeat apparatu: non em̄ retibus, non armis, nō equis, non uenatorijs canibus, sed pila sola, et quidē parua, opus est. adeo uero actionū aliarum rationē habet, ut earum nullā sua causa nos deserere cogat. quid uero unquā cōmodius esse possit, q̄ quod et humanā fortunā omnem, atq; actionē admittat? uti nanq; uenandi exercitijs nobis nō adest facilitas; diuitias em̄ instrumentorū apparatū suppeditantes, ociūq; liberum opportunitatē attendēs exigūt: paruæ aūt pilæ exercitationis instrumentorū apparatus uel infimis

(ut dictū est) facilis existit: atq; utendi occasio uel plurimū negocijs addictos expectat. cōmodū igitur, qd' in huiuscemodi exercitatiōis facilitate cōsistit, tale est. eam uero aliarū omniū quam integerrimā esse, hinc potissimū cognoueris: siquidē ipsarum uniuscuiusq; uim, & naturā intueberis: alias enim singulas inuenies, uel uehementes, uel mites, uel corporis inferiora magis, uel superiora, uel præter cæteras partē aliquā, ut ilia, caput, manus, aut thoracem mouentes: quæ autem omnes corporis partes æqualiter moueat, possitq; & in sūmam uehementiā tolli, & in minimā motionē deprimi, aliarū nullam inuenies, illa excepta, quę ex parua pila habetur exercitatio: hæc inquam cōcitatissima uicissim, & tardissima, & ad placitū, utq; corpus tolerare uisum fuerit, uehementissima, & remississima fieri cōsueuit. sic uero & simul omnes corporis partes, cū hoc præstare uisum sit, & quasdam præter cæteras, cum hoc itidem uideatur, mouere licet: cum em̄ inuicē congrediētes, secq;, ne cōstitutus in medio pilam excipiat, mutuo uetantes laborauerint, maximū id, uehementissimūq; est, multis utpote colli obuersionibus, multisq; palæstricis occursibus cōmistum: adeo ut & caput, & ceruix, colli obuersionibus, latera uero, thoraxq;, & uenter, faciei elationibus, ac depressionibus, expulsionibusq;, ac obnixibus, aljsq; palæstricis ritibus fatigentur. eodē aūt exercitationis genere, iliacq; uehementer, ac incessus fundamenta crura tenduntur. progressus uero, & in obliquū saltatio non paruum est crurū exercitium: immo re uera id solum est, quod omnes eorū particulas sūma cum iustitia moueat. dum em̄ procedimus, aut recedimus, aut nos in obliquū transferimus, alij atq; alij nerui, ac musculi plus fatigantur. quicūq; etiā uno motionis genere crura mouet, quemadmodū qui sine ratione cursitant, sic quoq; non secus, q̄ qui crebro sese in obliquum transferunt, partes inequaliter exercet. uerum quemadmodū cruribus, sic & brachijs, exercitatio hæc sūma cū iustitia, primū partiē opus: siquidē in omni figura pilā excipere cōsueuerūt. hic em̄ necesse est, figurarū uarietatē alios atq; alios musculos uehemētius tēdere: adeo ut oēs uicissim laborantes, intermissionē his habeant equalē, qui dum alij operant, quiescunt: atq; ita uicissim oēs operantes, & quiescētes, neq; segnes omnino relinquātur, neq; soli laborātes lassitudine corripiant. q̄ aūt & oculos exercere oporteat, hinc uidere licet: si animaduerterimus q̄ nisi quis, quò uergat pila, diligēter præuiderit, quo minus eam attingat, ipsū aberrare necesse est. In hoc aūt & consiliū æquale solicitudini paret opus est. tum illā ne humi incassū dejsciat, tum ut uersantē

in medio

in medio eandem assequi prohibeat, uel ipse transmissam rursus excipiat. atqui solicitudo corpus sola quidē extenuat, cuipiam uero exercitio, ac laudis desiderio commissa, utpote in lætitiam desinens, ad bonam corporis ualetudinem, atque prudentiam plurimum confert. illud autem exercitium non modicum pręstiterit usum, quod ambo corpus uidelicet, atque animum, pro sua utriusque uirtute iuuare possit. quòd autem maximis ambo exercitijs afficere possit, ad quæ militum imperatores potissimum accedere ciuitatis reges legibus iubent, uidere non est difficile. hostem etenim opportune inuadere, atque inuadendo latere, nauiterque prouinciam suscipere, aduersariorumque res, uel ui, uel extemporario aggressu sibi suas facere, ac parta tueri, optimi est imperatoris: atque, ut simpliciter dicam, exercitus imperator, & custos, & fur egregius esse debet. artis enim illius uniuersæ hæc est summa. Nunquid igitur aliud quidpiam exercitium æque idoneum sit, hominem ut instituat, aut parta defendere, aut præcipitantia restituere, aut propositum aduersarij præuidere? mirum profecto, siquis dixerit aliud quidpiam inueniri: multa nanque ipsorum contrarium efficiunt: ignauos siquidem, & somnolentos, ac sensu hebetes reddunt. etenim quicunque in palçstra laborant, ad crassitudinem potius quàm ad uirtutis studium excitantur: multi siquidem crassitiem adeo contraxerunt, ut uix respirare possint. huiusmodi sanè homines, nec militię, nec regijs negocijs, aut ciuilibus utiliter prefici possent. suibus potius, quàm illis, rem quamlibet mandare quis possit. Forsitan autem existimaueris me cursum, & quæcunq; corpus extenuant, exercitia probare: uerum hoc secus habet: ego enim quod immodicum est ubiq; damno, artemq; omnem modice tractandam censeo: quòd siquid mensura caruerit, pulchrum illud haudquaquam fatebor. Cursus igitur minime laudauerim: quippe qui corporis habitum extenuent, hominemq; ad fortitudinē nullatenus assuefaciant. non enim celeriter fugientibus uictoria debetur, sed ijs, qui cominus ualeant obdurare. neq; quòd celerrime currerēt Lacedæmonij plurimum potuerunt: sed quòd hostes persistendo trucidarent. quòd si cursus quàm bonæ prosit ualetudini quæsieris, quatenus corporis partes inæqualiter exercet, eatenus salubris nō est censendus. Necesse est enim in hoc alia quidem nimis fatigari, alia uero penitus torpere, quorum neutrum conducit: immo uero ambo morborum gignūt semina, uiresq; imbecillas reddunt. Exercitium igitur id potissimum commendauerim, quod bonam corporis ualetudinem, ac partium cōcinnitatem, unaq; animi uirtutem prestare possit: quale illud est, quod in parua pila consistit; animum etenim undique iuuare potest, omnesq; corporis partes pari modo maxime exercet id quod & ad bonam ualetudinem plurimū confert, & corporei habitus cōmensurationem efficit: utpote quod crassitiem nullam immodicā, aut gracilitatem afferat: quin potius actionibus robore, aut celeritate indigentibus sufficiens sit, atque idoneum. Quantum igitur ad uehementiam attinet, nullo omnium est inferius. Mollicies autem deinceps uideamus: hac enim aliquādo indigemus: aut propter ætatem, quę maximos labores, uel iunior nondum ferre, uel antiquior iam facta non etiam sustinere ualeat; aut quòd lassitudini cōsulere uelimus: aut quòd à morbo conualescamus. in ea quoque (ut mihi quidem uidetur) reliqua cuncta excellit: nullum est enim adeo lene, modo leniter ipsum tractaueris. oportet autem ipso medium te locum obtinentem, nullaq; ex parte ab eo, quod modicum sit, declinātem, nunc quidem sensim procedendo, nunc uero loco stando, ac denique membra non admodum agitando uti. mollibus postea ex oleo frictionibus, calidisq; balneis uteris. Hoc quidē omnium est remississimum: adeo ut & quiete indigentibus utilissimum atq; ad imbecillas uires reuocādas ualentissimum, senicq;, ac puero sit conducentissimum. Quæ uero hoc quidem laboriosius, mitius uero quam quod uehementissimum sit, in paruæ pilæ exercitio fieri solent, ea quoq; cognoscat opus est, quicunque ipsa recte semper tractare uoluerit. Etenim si quando ob necessaria negocia, qbus persæpe detinemur, aut supernas partes omnes, aut infernas, aut manus duntaxat, aut pedes immodice fatigaueris, tibi licet exercitatiōe huiuscemodi partim quidem sistere, quæ prius laborarunt, partim uero quæ antea penitus torpuerunt, ad parem illis motionem ducere. Siquis enim è multo interuallo crurū opus, aut nihil, aut omnino parum admittens, magno cum conatu proijciat, inferna quidem sistit, superna uero uehementius mouet. quòd si plerunque, ac celeriter cursitās, è multo interuallo perraro pilam proiecerit, inferna magis fatigabit. festinatio insuper, ac celeritas in ea reperta absque graui conatu, anhelitum magis exercet. alterum uero, receptio uidelicet, ac transmissio, exceptioque absq; celeritate, corpus magis intēdit, ac roborat. at si uehemēs conatus, unaq; festinatio fuerit, hoc & corpus, & anhelitū magnopere fatigabit, eritq; omnium exercitiorū uehemētissimum. Quouisq; autem pro singulo quoq; usu intendenda, aut remittenda sit exercitatio, scribere quidem impossibile: neq; enim fieri potest ut uniuscuiusq; quantitas explicetur, in opere tamen ipso adinuenire, atque ostendere possumus: in qua sanè uis tota maxime consistit, nihil em̄ prodest qualitas, ubi quantitate labefactetur. hoc igitur sit curæ pædotribæ, qui exercitationi sit præfuturus. Reliquum aūt sermonis nostri absoluatur. animo est enim prēter bona quæ mihi dicta sunt, huic exercitio nō nihil etiam addere: neq; ullo pacto, q̄ citra pericula sit, quibus aliorum plurima sunt obnoxia, missum facere. cursus enim celeres rupto uase precipuo multos iamdudū perdidere. itidem & uoces magnę pariter, ac uehementes, uno tempore affatim emissæ maxima detrimenta non paucis attulere. uiolenti

quinetiam equitatus circa renes, sæpe quoq; circa thoracem aliquid fregere: nonnunquam etiam seminarijs meatibus noxã intulere. taceo equorum delicta: quibus sæpe à sella delapsi equites illico sunt pernecati. eodem pacto & saltus, & discus, & quæ per flexiones fiũt, exercitia se se habẽt. Quid autem de ijs dicendum qui in palestra uersantur? quàm omni ex parte, non minus quàm quę apud Homerum, Ieſi sint. Quemadmodum enim ille inquit poeta claudas, rugosas, atq; oculos distortas esse preces: sic eos, qui in palæstra uersantur, uel claudos, uel distortos, uel fractos, uel omnino mutilos uideris. Cum igitur præter bona quæ dixi, id quoq; accedat paruę pilæ exercitio, ut scilicet neque periculo sit obnoxium, aliorum omnium ad usum optime patebit.

CL. GALENI LIBELLVS
DE COGNOSCENDIS CVRANDISQVE
ANIMI MORBIS QVAS PERTVRBATIONES LATINI APPELLANT.

BERNARDO DONATO VERONENSI INTERPRETE.

POstquam etiam in commentarijs redacta tibi habere uis ea, quæ olim tibi respondi, cum interrogasses nos de libello, quẽ Antonius Epicureus scripsit de subsidio aduersus proprios affectus, hinc iã hoc ipsum agam, hincq; initium sumam. Optimum quidem factu fuisset, si ipse Antonius aperte explicasset, quid tandem subsidij nomine uellet significari. ut uero ex ijs cõiecturam facere licet, quæ in ipso libro memorat, uidetur mihi eo uerbo, aut obseruationem, aut diiudicationẽ intelligere, aut etiam correctionem. Siquidem ille, ut nosti, pleraque eorum quæ dixit, ita obscure elocutus est, ut conijcere longe facilius sit quid dicat, quàm planè percipere. modo eñ nos hortari uidebitur, ut cogitemus, nos quoque ipsos similiter ac cæteros peccare, modo autem quo pacto singula quæ ab unoquoq; peccentur, unusquisq; dijudicet ac dignoscat. modo qua ratione quis seipsum à peccatis abducat. quod quidem mihi eiusmodi orationis uniuersæ caput esse uidetur. cætera uero omnia inutilia planè ac superuacanea sint, nisi ad hoc ipsum referantur. oportet autem in ijs maxime infortunijs, quæ propter peccata eueniunt, seipsum corrigere. nam illius interdum quasi de solis affectibus oratio est: plerunque tanquam de peccatis: nonnunquam de utrisque tibi disputare uidebitur. ego uero hoc ipsum primum, ut nosti, iam pridem distinxi, cum peccata quidem ex falsa opinione committi affirmaui: affectum uero seu perturbationem ex quadam experte rationis ui fieri, quæ ipsi rationi minime obtemperans sit. communi autem uocabulo (quod quidem ad significatum ampliorem pertineat, qui genus ipsum magis attingit) utraque peccata appellari. dico autem illum peccare, qui, exempli gratia, aut immodestius, aut animo concitatiore aliquid agat, aut calumniæ credat. scripsere igitur & alij ex philosophis plerique, & Chrysippus præterea, quæ ad remedia pertinerent animi perturbationum tractauit etiam Aristoteles eandem materiam, & eiusdem philosophi sectatores. ante hos uero etiam Plato. & satius forsitan fuisset ita ab illis uiris hæc discere, quemadmodum ipse quoque didici. uerum tamen hoc priore libro, capita tibi omnia, quoniam ita iubes, breuiter exponam, eo planè ordine, quo me respondentem audiuisti, cum de Antonij libello interrogasti. Quod igitur peccare nos probabile sit, tametsi nihil prorsus ipsi nosmet aberrare existimemus, ex ijs quæ dicam, argumentari facile fuerit. Cernimus cunctos homines existimare seipsos aut esse omnino sine omni peccato, aut in paucis exiguisq; rebus rectam rationem offendere: hocque ipsum illis maxime accidere solere, quos alij plurimum peccare arbitrantur. quam sanè rem ego, siquam aliam præterea, plurimis notam habeo experimentis. ergo quicunq; alijs permiserunt, ut de seipsis ferrent sententiam ac iudicarent, quales nam sint, hos in paucissimis aberrare solitos animaduerti. at quicunque se ipsos esse optimos existimarunt, nec alijs iudicium sui ipsorum facere permiserunt, hos contra, & in maximis rebus & in plurimis offendẽtes inspexi. quo circa, quod ipse quondam adhuc puer temere laudari putabam, (id autem erat Pythium illud, quo iubetur unusquisque seipsum cognoscere) propterea quòd magnum non esset præceptum, hoc postea deprehendi, merito admodum commendari solere. nam is solus qui sapiẽtissimus est, perfecte se ipsum cognoscit. reliquorum autem omnium, perfecte quidem nullus: alius autem alio & magis & minus. quod enim in uita uniuersa & in artibus omnibus uidemus, ut magnas quidem atque insignes rerum eminentias differentiasque

quiuis unus è multis facile possit discernere, exiguas aũt ac tenues, ij duntaxat qui & prudentes sint & ipsarũ artium periti: idẽ in peccatis quoq; atq; affectibus usu solet uenire. siquis enim, exempli gratia, minima de causa uehemẽter iratus mordeat, ac uexet seruos domesticos, tum is tibi planè uidebitur malo quodam affectu teneri. item si quis ebrius inter scorta & lasciuos cœtus diuersetur. ac mediocriter animo cõmoueri ob magnã amissam pecuniã aut ob repulsam atq; ignominiã, quãuis in genere affectuũ contineatur, nõ tamen eque ut illud superius perspicuum est: sicut ne placentam quidem exedere auidius. uerum tamen hęc quoq; emendationis indigere, ei qui animum suum execuerit, & à cunctis affectibus uindicauerit, haud dubium est: quamuis eadem euitare, propterea q̃ parua sunt, magis arduũ sit. quisquis igitur uolet se & honestum & probum fieri, is necesse est cogitabit, prima à se peccata sua ignorari: quæ ut cuncta deprehendat, cum possim ego dicere quo pacto ipse deprehenderim: nondũ tamẽ id dico, propterea quòd fieri potest, ut hic libellus etiam in aliorum manus aliquãdo perueniat: quos ipsos quoque exerceri uolo quoad rationem qua peccata sua agnoscant. quẽadmodum olim, cum eadem de re loqueremur, te itidem mihi dicere postulaui, & quam diu illa ipsa tibi uideri significasti, cõticui. quare etiam nũc eodem modo agam: & exhortabor eum qui hoc scriptum nostrũ legerit, ut quod ipsi permissum sit ac relictum, id quærat, quomodo uidelicet unusquisq; possit seipsum peccantem agnoscere. duplicem enim, ut Aesopus aiebat, manticam è collo suspensam gerimus, alteram quidem ante pectus alienorũ, alteram uero à tergo nostrorum. ex quo fit, ut aliena spectemus semper, propria autem nunq; intueri possimus. quã quidem narrationẽ cum omnes probent ut ueram, Plato etiam causam cur id fiat, nobis exponit. quidquid enim amat, inquit, cæcum est erga eam rem quam amat. itaq; si nostrum quiuis seipsum maxime omnium diligit, unusquisq; nostrum ad seipsum maxime cæcus sit necesse est. quomodo igitur propria mala inspiciet? aut quomodo se peccantem intelliget? multo enim magis etiam nunc, q̃ res ipsa fert, tam Aesopi apologus q̃ Platonis oratio uidetur nobis nostrorũ peccatorũ inuentionẽ desperabilem cõstituere: siquidẽ neq; quis facere potest quin se ipsum amet, & quod amat, erga eam rem quam amat, cæcũ sit necesse est. nec uero ipse postulassem, ut quí hunc librum legere instituerit, curet per se, ut sibi uiã inueniat qua peccatorũ suorũ cognitionẽ accipiat, nisi res ipsa difficilis admodum foret, quãuis quis uel q̃plurimum eam rem apud se ipsum tractauerit. proinde ego hic meam enucleo sententiã, ut si quam aliam quisq; præterea rationẽ per se ipsum inuenerit, mea quoq; sibi assumpta, liberalius adiuuet, quippe qui duas salutis uias pro una sit nactus: sin minus, at hac nostra saltẽ uti possit, donec aliam meliorẽ offenderit. sed iam uidetur esse tempus, ut quænã hæc sit mea in mediũ proferã, hinc sumpto initio. Quoniã peccata ob falsam opinionem committi solent, affectus autem seu perturbationes ob expertem rationis appetitũ, placuit mihi prius me ipsum liberare ab affectibus. par enim est nos ab his detentos falsa opinari. sunt autem animi uel affectus uel perturbationes, quę omnes nouimus, impetus, ira, timor, mœror, inuidia, uehemens cupiditas: mea uero sentẽtia etiam nimio alicuius rei qualiscunq; ea sit, uel amore uel odio occupari, in genere affectuũ est habendum. probe enim dictum esse uidetur, mensurã esse optimam, tanquã nihil bene egregieue fieri possit sine mensura. quo modo igitur quis ista unquam eijciet, ni si prius ea se habere cognouerit? at uero ut quis cognoscat fieri non potest, quemadmodum iam dictum est, quandoquidem nos ipsos amamus uehementer. Cæterũ & si ratio hæc tibi nõ permittit, ut de te ipso iudices, at saltem ut de alio, quem neq; ames neq; oderis, iudicium feras, tibi non adimit potestatẽ. cum igitur audieris in urbe quempiam ex ijs quos tibi neq; amore ullo neque odio prosequendos intelligis, laudari à multis q̃ nullis hominibus aduletur, tum tu ubi ad illũ propius accesseris, quò de illo possis ferre iudicium, num sit talis, qualis esse perhibetur, huiusmodi periculum fac. Primum si uideas ab homine & diuitũ & apprime potentum, aut etiam principum ac tyrannorum ædes frequentari, pro comperto habe, te frustra audiuisse hominem omnia uera dicere solere. (obsequia quippe istiusmodi mendaciũ sequi consueuit.) deinde siue id genus hominum salutantem, siue illis seipsum comitem exhibentem, conuiuijs ue illorum ac cœnis inferentem, cõspicias. quisquis eñ huiusce generis uitã sibi ipsi sequendam proposuit, non solum nõ uerax esse consueuit, sed etiam omnẽ malitiam habere necessario, quippe qui aut pecuniarum, aut principatus, aut glorię, aut honorũ sit cupidus, & uel aliquibus horum seorsum, uel omnibus simul insidietur. quem uero neq; salutare, neq; comitari id genus hominum, neq; cum ualde potentibus ac diuitibus cœnitare, sed frugi ac temperato uictu uti solitũ compereris, sperauerisq; ueridicũ, conare hunc quoq; profundius altiusq; cognoscere, ut scias, cuiusmodi tandem sit uita. talem porro cognitionẽ singulorum ex longiore cum singulis cõsuetudine comparare solemus. q̃ si talem offenderis, qualem speraſti, seuoca aliquando hominem, & cum solo sermonem cõfer, rogaq; ut siquem tibi ex illis animi affectibus turbulentis inhærere notauerit, eũ continuo indicare ne grauetur, teq; illi maximã habiturum gratiã pollicere, existimaturumq; te ab ipso magis seruatum, q̃ si corpore ægrotantem sanasset. q̃ si ille recipiat se facturũ, cum primum te aliquo tali uitio laborantẽ inspexerit, deinde longo dierum interuallo interiecto nihil dixerit, interim uidelicet tecũ assidue uersans, accusa hominẽ, rogaq; iterũ aliquãto blandius q̃ prius, ut quidquid taliũ perturbationũ in te residere animaduerterit,

illico tibi significet. qui si tibi respondeat, propterea se nihil tibi dixisse, quòd tali tempore nihil in te istiusmodi deprehenderit, ne cõtinuo illi fidem adhibeas, néue existimes, te repẽte omnino inculpabilem euasisse: sed duorũ alterum in causa esse: aut propter negligentiã incõsideratiorẽ amicum fuisse, nec animaduertisse: aut redarguendi uerecundia impeditum tacere: aut etiã nolle tibi in odium uenire, cum haud ignarus sit omnibus, ut ita dicam, hominibus hũc morẽ esse, ut eos oderint, qui uera loquantur: aut si nihil horum est, scito hominem propterea tacere q̃ nolit ipse tibi prodesse: aut etiam propter aliud quidpiam, quod à nobis neutiq̃ probatur. nam si mihi hoc crediderís nũe, fortasse fieri non posse, ut tu nihil peccaueris, laudabis post ubi uideris omnes homines singulis diebus innumerabilia peccata committere, & affectibus ductos agere quæ agant, nec; tamen agnoscere se ipsos tales. quare nec; tu quidem arbitrare te ipsum aliud potius esse q̃ hominem. id porrò arbitraberis, si persuasum habeas, perpulchre à te acta omnia quæcunq; non uno tantũ mense, sed etiam uno die egeris. Verum forsitan dices, siquidem litigiosus propterea es quòd uel ex animi proposito, uel ex prauo quodam more talis euaseris, uel etiam rixarum amator sis natura, quantum ex ijs uerbis, quibus ego nuper usus sum, cõijcere licet, uiros sapientes aliud esse potius q̃ homines. at tu isti rationi, quæ una est, nostram quæ est duplex, opponito: unam quidem quòd omnino sine peccato sit sapiens: alterã uero, (quod ad eum qui illã priorem concesserit, spectet,) siquidem sine peccato sit sapiens, eum ne hominẽ quidẽ esse: quod uero ad ea pertinet, quę de hac ipsa re & propter hoc ipsum dicta ab antiquissimis philosophis audisti, sanè Deo similem esse sapientem: at te tamẽ Deo similem repẽte fieri nunquã potuisse. quãdo enim qui totam uitam exercuerunt ut se ab affectibus liberarent, non credunt id se perfecte atq; omni ex parte consecutos, nimirũ tu id multo minus, qui nũquam exercuisti. ne credito igitur illi qui dicit, nihil à se animaduersum, quod à te ex perturbatione sit gestum: uerũ aut q̃ tibi nolit prodesse, idcirco sic locutum existima: aut q̃ non sibi obseruanda putauerit, quæ à te perperam agantur: aut q̃ odium tuum timuerit, ac uitauerit. fortasse etiam uidit te aliquando ægre tulisse eum, qui tua peccata tuosq; affectus malos reprehenderit: quamobrem sibi tum tacendum putauerit. aut non credit, cum dicis te uelle singula peccata tua inspicere, te id ipsum agere re uera. q̃ si tu, cum primum aliquid cõmiseris, silentio abeas, haud ita multo post inuenies non paucos, qui te non simulate, sed uere corrigant: longeq; etiam magis si ei qui te reprehenderit, egeris gratias, quando hac ratione geri potest, ut à te tuum malũ recedat. post aũt si diligẽter consideraueris, uerè ne te ille an falsò increpauerit, ex ea re senties te magnam percipere utilitatem. si uero idem assidue egeris, propositumq; tibi sit, te in uirũ euadere honestũ & probum, facile talis fies.

A nam in priore quidẽ tempore ne si omnẽ quidem considerandi diligentiam adhibeas, poteris deprehendere, te per calumniam & mendaciũ iudicare, tibiq; ipsi per imperitiam persuadere, nihil à te esse omnino peccatum. cæterũ hoc ipsum potius tibi sit studium, hæc exercitatio, ut calumnias & conuicia æquo animo feras. quod ubi feceris, & satis moratus satisq́ue sedatus fueris, iamq; tuas ipsius perturbationes animo perspectas habueris, tum aggreditor respondere calumniantibus: sed neq; acerbe unquam id facias, neq; redarguendi cõuincendi ue aut etiam altercandi studio, nec uero te illum alterum uelle deijcere ac prosternere significes, sed omne id tuæ ipsius utilitatis causa moliri. ut si ille quoq;, dum cõtradicit, probabile quidpiam obijciat, credas illum melius nosse, si modo illum ubi satis lõga inquisitione exploraueris, extra culpam crimenq; reperias. hac ratione uolebat Zeno omnia nos agere, itaq; tutos nos dicebat fore, si ageremus tanq̃ paulo post pædagogis rationẽ reddituri. sic enim ille uir appellabat istos quorũ non paruus est numerus: qui licet à nemine usq̃ inuitentur, ad increpandos tamen amicos & propinquos suos promptissimi sunt. oportet autem eum qui talia ab amico sit auditurus, neq; diutem esse, neq; cultu & reuerentia quadam apud ciues suos conspicuũ. nam si istiusmodi reuerentia insignis fuerit, nemo planè illi uolet uera dicere ob timorem, quemadmodũ ne locupletibus quidem solẽt adulatores lucri gratia. quin etiam siquem istis uerídicum aliquis casus obtulerit, ad se hunc illico suosq; mores distrahere cõsueuerunt. siquis igitur sit uel apprime potens, uel opulentus, qui uelit in uirum egregium ac frugi euadere, ab hoc deponi se ipsum necesse erit, atque his præsertim temporibus, in quibus nullus sit inueniendus Diogenes qui uel opulentissimo ac monarchæ cuipiam sit dicturus ueritatẽ. illi igitur quid sibi facto opus sit, uiderint: tu uero qui neq; ex potentibus ciuitatis, neq; ex opulentis es unus, permitte omnibus, ut quicquid damnant in te, libere aduersum te dicãt. neq; ipse aduersus quempiam indignare: sic uero tibi sint omnes, ut Zeno dicebat, pædagogi uidelicet. neque tamen par esse arbitrare, omnes æque atque indifferenter attendere quid dicant, sed eos tantum quos & optime uitam egisse, & proueCtiori ętate iam esse perspexeris. qui aũt sint q̃ optime uiuant, paulo ante à nobis dictũ est. progressu uero temporis ipse per te facile assequeris atq; intelliges quanta & qualia essent, quæ à te peccabantur: tibiq́ue tunc scilicet ego maxime uidebor uerídicus qui nego quempiam sine affectibus aut sine peccatis inueniri, etiam si optima quis natura sit præditus, aut etiã si apud gentes uixerit, quæ optimis educationibus utãtur: omnino autem necesse est unumquenq; labi & errare in aliquibus, eoq; etiam magis, quo quispiam iunior fuerit. exercitationis enim unusquisq; nostrum per totã fermè indiget uitã, ut in uirũ perfectum euadat: neq; tamen deterreri quempiam oportet ne se ipsum

conetur

A conetur meliorem efficere, etiã si iam factus quinquagenarius sentiat sibi animũ uitio & insanabili & irreparabili deformatum. nam ne corpore quidem male quispiã habens, malæ item habitudini se ut uictum dediderit, etiã si quinquagenarius sit: quin potius omni ratione conabit ipsum corpus in melius restituere, quamuis cõpertum habeat se nunq̃ Herculeã ualetudinem consecuturũ. ne igitur nos quoq; deterreamur, ne meliores nos ipsos animo reddamus, quamuis cõpertum nobis sit, animum nos posse cõsequi sapientis: uerũ maxime quidem etiam illum speremus nos habituros, si à teneris usq; ipsum hũc nostrũ curare cœperimus: sin minus hoc obtinere possumus, at saltem ne totum omnino deformẽ illum geramus, ut Thersites corpus, solicite curemus. etenim si anteq̃ exB sisteremus, fuisset in nostra potestate, cõuenire illũ qui prouidebat, ut nasceremur, & primo quidẽ orantibus nobis, ut corpus strenuissimũ generosissimũq; ab illo liceret accipere, ille denegasset, tum profecto precati essemus, ut secundo saltẽ gradu, aut tertio, aut etiã quarto proximũ. primo bonæ habitudinis corpus nobis concederet: itaq; si Herculis non potuissemus, at Achillis accipere preclarum quiddã nobis uisum esset: quod si non huius, at Aiacis, at Diomedis, at Agamẽnonis, at Patrocli. sin ne horum quidem, at saltem aliorum quorumpiam heroum præstantium. eadẽ, ut arbitror, ratione, si quis supremam nequeat animi excellentiam obtinere, at saltem post supremos illos sapientes in secundis, aut tertijs, aut etiam quartis se C se haberi non recuset. hoc autem quod dico, non eiusmodi est, ut fieri non possit, si modo quis exercere se ipsum uelit, & longiori tempore assidua exercitatione periculum facere. ego autem cum adhuc puer hæc audiuissem, & quodam tempore hominem uidissem, cui nimia festinatione eonãti aperire hostium, res ex sententia non successerat, & ob eam rem iratus clauẽ mordebat, calcibusq; fores percutiebat, atq; in deos conuicia iactabat, oculis instar eorum efferatis, qui in furias euaserunt, ac propemodum ex ore spumam emittebat, ut apri solent: tum eiusmodi odiũ aduersus iracundiam cõcepi, ut nunq̃ postea quisq̃ me ob talem affectum tristiorẽ uiderit. et sane hoc ipsum primo D quoq; tempore erit satis, si neq; in Deos maledicta iactabis, neq; calcibus feries, aut dentibus aggredieris lapides ac ligna, neq; efferato uultu intueberis, sed intra te ipsum continebis atq; conculcabis iracundiam. nam ab ira prorsus liberari simul ac quis uelit, non continuo quis potest. comprimere aũt illius perturbationis intemperantiam atq; insolentiam potest. quod remedium si sæpius usurpauerit, agnoscet tandẽ aliquando ipse seipsũ minus nunc propensum ad iram quàm ante, usq; adeo ut neque ob paruas neq; ob magnas causas in furorẽ se agi animaduertat, sed magnis tantum modo irasci sceleribus. quin etiam ne hoc ipsum quidem quod dico, irasci magnis sceleribus. post eidem ultra eueniet, si id obseruabit, quòd ego, cum mihi ipsi adhuc puer imperassem, in omni reliqua uita obseruaui. id porrò est, nunquam à me seruum mea manu uerberatum fuisse: quòd ipsum patri quoq; meo usurpatũ memini. qui etiã complures amicos increpare solitus erat, quos, in percutiendo, famulis dentes cõfringere deprehendebat, eos dignos esse affirmans, quibus serui illi in ipsa uulneris inflammatione, cõuulsione tentarentur, ac sic interirent. quidni enim? quando eis licitum fuerat paulo post & ferula & loris quotquot libuisset uerbera infligere, et cõsilio q̃d ad illos negocium pertinebat absoluere? porrò alij sunt qui non pugnis solum, sed etiam calcibus feriãt, & oculos effodiant, & stylo uulnerent, siquando stylũ manu teneant. uidi etiam quendam qui ira percitus, calamum quo scribimus, in oculum serui infli xerit. Adrianus quidem imperator, ut aiunt, cum stylo serui cuiusdam sui oculum uulnerasset atque eruisset, ac post illũ uidisset ex eo uulnere factum unoculum, ad se uocauit, fecitq; ei potestatem, ut pro illa calamitate munus à se peteret. cum autem ille miser taceret, rursus hortatus est Adrianus, ut quidquid uellet peteret. At ille negauit se aliud quidq̃ petere, optare uero se oculũ quem amisisset. enimuero quod tandẽ munus inueniri possit, quo oculus amissus rependatur? Cęterum quę mihi quoque olim acciderint, hic tibi narrare uolo, quamuis eadem de re me sæpius tibi dixisse meminerim. Roma redeunti mihi factus est itineris comes amicus quidam patria Gortinẽsis ex Creta, uir cæteris quidẽ rebus non contẽnendus, quippe qui & simplex moribus, & in amicitiã propensus, & frugi, & in ijs quę ad quotidianos sumptus pertinent, liberalis esset, sed usq; adeo iracundus, ut suis ipsius manibus aduersus seruos uteretur, interdumq; etiã cruribus, loro aũt, ac ligno, quod cunq; irascenti occurrisset, multo libentius. cum ergo iam essemus Corinthi, omnia quæ secum uehebat supellectilia, una cum ipsis seruis, nauí tradidit uehenda à Cenchreis Athenas usq;, ipse mercede conducto uehiculo terrestre iter Megaris facere instituit. itaq; cum iam Eleusinem præterijssemus, ac Thriasiũ attingeremus, seruos quos secum habebat, interrogauit de quadã supellectili, at illi casu quid responderent, non habuerunt. furore ergo percitus, ubi nihil aliud habuit quo adolescentulos percuteret, gladiũ qui intra uaginam cõditus erat, unà cum ipsa uagina arreptum in caput infligit, nõ illum quidem qua latior planiorq; est inferens, (sic eñ nihil grauius accidisset,) sed qua secãdi uim gladius habet. uagina igitur illico dissecta est, atq; ingẽs uulnus in capite utriusq; effectum est duplex. bis eñ utrũq; percussit. ubi uero plurimũ sanguinis effluere de uulneribus animaduertit, nobis eo in loco relictis, ipse Athenas illico pedibus iter ingressus est, ne ipso adhuc præsente aliquis seruorũ interiret. nos tamẽ postea seruatos illos Athenas perduximus. amicus aũt ille Cretensis, cum ipsum facti pœnituisset, me manu arreptum Megara introducit in domũ quandam:

deinde

deinde lorum porrigens, ubi se ipsum exuit, iubet A uerberare pro ijs quæ furore nefario coactus patrauerat. sic em̃ ipse uocabat. cum aũt ego, ut par est, in risum prorũperem, ille ad genua procũbens instabat obsecrabatq; ut ne aliter facerẽ. hic porrò haud obscurũ est, me tanto maiori risu cõmotum fuisse, quanto illum diutius in eo perseuerantẽ uiderim, ut cæderet. Cæterũ postq; satis diu in hoc ipso perstitimus, recepi me illi facturũ quod petebat, hoc est, uerbera illaturum, si ipse quoq; ualde exiguum quiddã quod ego peterẽ mihi uicissim præstaret. qui ubi recepit, tum ego rogaui hominem, ut mihi sermonẽ quendam recensenti aures accõmodaret: hocq; esse illud ipsum quod ego peterem. quod ille cum se facturum recepisset, longiori sermone illum docui quẽadmodum id quod in nobis est iracundię ac furoris coercere eruditeque oporteat, ratione uidelicet. quod enim nõ uerberibus, sed alio quodam modo sit corrigendum, illi latius exposui. at ille cum ad seipsum redijsset, sibiq; prouidisset, longe posthac se ipso melior effectus est. tu uero quamuis nõ multo fias melior, at satis fuerit anno uno in melius saltẽ paululo esse prouectũ. nam si perges constanter resistere affectui iracundiamq; mitigare, tum altero anno te multo euidentius profecisse animaduertes. q; si in eo diutius perseueraueris, ut tibi ipsi prouideas, lõge propius tertio, & post hunc quarto, atque item quinto ad honestius grauiusq; uitę genus accessisse te senties. turpe enim est, quempiã multos annos cõtinenter laborare atq; exerceri, ut uel medicus, uel grãmaticus, uel rhetor fiat, uel geometra: ut aũt in uirum bonũ euadat, in tanto spacio temporis nunquã sibi quicq; laboris assumere. quod nam igitur sit huiusce exercitationis initiũ rursus repetamus. pro rebus enim maximi momenti nihil incõmodi fuerit bis terq; eadem cõmemorare. nunc̃q; igitur quempiam seruorum tuorũ peccantem tuis ipsius manibus corriges: sed quemadmodum ego quod olim Platonẽ audiuissem aduersus quendã seruũ maluisse agere, id in tota uita usurpaui, pulchrũ esse genus officij ratus: ita tu quoq; tibi ipsi præcipito, neq; te tuis ipsius manibus seruum cędere. neq; q̃ diu iratus sis, alij imperare, sed in posterũ differre. postq; em̃ furor abierit, prudẽtius tẽperatiusq; dispicies quot uerbera infligere ei D qui puniẽdus sit, oporteat. nec tamẽ illud dixerim melius esse initio statim cõcessa uenia rẽ transigere, et ubi lorũ tibi afferri iusseris, tũ uerbis dũtaxat corrigere ac minitari, te nõ amplius idem cõcessurum, si iterum ille idem peccatum cõmiserit. multo enim præstat, te facere ea quæ facis, sed postq; impetus ille animi deferbuerit, tuq; iam furorem illum omni rationi inimicũ deposueris: quo tempore uidelicet iam ratione opitulante inuenturus sis, cuiusmodi ille pugno sit feriendus. nam quòd impetus iracundię nihil ab insania & furore differat, ex ijs, quæ faciunt, qui eo genere affectus perciti sunt, facile intelligere licet. pulsantes enim & ferientes calcibus, & uestimẽta scindentes, & torB uum quiddam intuentes, omnia peragunt, usque adeo ut, quemadmodum dictum est, & foribus, et saxis, & clauibus iracundantur: & alia quidem lacerent, alia mordeant, alia calcibus petant. sed forsitan dicturi sunt, hæc fieri solere ab ijs duntaxat qui re uera insaniunt, quæ autem tu facis etiam à prudentibus. ego uero quod minus peccẽt qui suis ipsorum manibus seruos cædunt, q̃ ij qui lapides, & ianuas, & claues morsu petunt, calcibusq; feriunt, plane fateor: sed illud item persuasum habeo, aduersus hominẽ, simulatq; aliq̃d deliquerit, sæuire, exigui cuiusdam furoris iudiciũ efficaciãq; esse, aut animalis ratione carentis atque agrestis. quid enim? an non solus homo hanc habet excellentiam pręter cætera animalia, ut ratione utatur? q; si illa furorem iracũdiamq; abiecerint, ut uitam condonẽt, nónne hominis ritu id facient? noli igitur existimare hominẽ illum prudentem esse, qui unum hoc duntaxat cauerit, ne calcibus feriat, ne mordeat, ne stimulis cõfigat proximos. qui enim iam talis euasit, nõ est ille quidẽ amplius fera, non tamen protinus etiam homo prudens: sed inter utranq; naturã medius, hominis uidelicet prudentis ac ferę. nunquid igitur meditaberis te desinere feram esse, si nõ curabis ut in uirum & honestum & probum euadas? an satius fuerit ut non amplius inter feras, sic ne inter imprudẽtes quidem aut ratiõis expertes maneres? eris uero talis, si nunq; animo inseruiens, sed semper rationi obtemperãs, C omnia ages. nam si cuncta nulla cũ perturbatione aut affectu animi cõsideraueris, profecto cũcta tibi optima uidebũtur. quî igitur hoc tãdem fiet? nempe si tu ipse te ipsum maximi pretij hominem declaraueris: quo uidelicet pretio nullũ aliud ne cogitatione quidem fieri potest, ut quis assequatur maius. nam dum omnes omnino homnes iræ obnoxij sunt, te interim omnis iræ expertem esse, quid aliud tandem est, quã se ipsum omnibus hominibus præstantiorem ostendere? q; si forte tu ipse teipsum existimes, quid aliud quam teipsum ostendis uelle quidem haberi præstantiorem, esse autem præstantiorem nolle? nõ secus ac siquis cupiat putari se quidem corpore ualentem esse, re autem uera ægrotet? an non putas animi esse uel ægritudinem uel morbum excandescentiam, quę & furor dici potest? an temere arbitraris ueteribus hasce animi perturbationes quinq; appellari solitas? mœrorẽ, iram, excandescentiã, cupiditatem, metum? enimuero longe mihi melius uidetur esse primum quidẽ in longius spatiũ perturbationes eiusmodi cohibere, ac dũ surgis de lectulo, singillatim quęcunq; acturus sis inspicere, cõsiderantẽ, num præstet eiusmodi affectibus inseruiendo uiuere, an ratiõe & cõsilio uti in omnibus quę agas: deinde unicuiq; uolenti se uirũ fieri egregiũ ac frugi, aduocandum esse aliquem, qui sibi ea quę non recte à se agãtur, singula indicet. tum singulis diebus singulisq; horis habere hãc opinionẽ in promptu. q; præstet quidem, se ipsum dignũ exhibere, qui egregius ac frugi appelletur, hoc autem fieri non

non posse ut nobis contingat, nisi eum qui singu- A la errata nostra nobis indicet, habuerimus. quin etiam illum ipsum nostrorũ peccatorũ iudicem, & seruatorem nostrum, & amicum maximũ putare. deinde, quamnis tibi ille uisus fuerit falsa crimina obijcere, te tamen iratum uideri miníme oportere, primum quidem idcirco q; facile fieri potest, ut ille ita melius q̃ tu singula peccata tua perspiciat, quemadmodũ uidissim tu quoq; eorũ quæ ab illo peccant̃, non nihil. deinde q; licet falsum quandoq; tibi crimen obiecerit, at in eo tamen tibi utilis fuit, q; te ad eorum quæ agis, diligentiorem inspectionem excitauit. quod aũt in hoc ipso maximum est, id præter cætera custodi semper, ut q̃ dignus sis, quantiq; faciendus, à te ipso non ab alio accipias. id porrò ipsum est, promptum semper habere in memoria, quanta sit eorũ qui iracuntur animi deformitas, quãtusq; rursus eorum qui sine ira uiuunt decor, quanta gratia. quemadmodũ enim qui longiore temporis spatio peccare consuevit, cũ magna difficultate affectuũ suorũ clauem obtinet, ita cõuenit te multo tempore unũquodq; eorum præceptorum exercere, quibus si pareas, uir egregius ac frugi efficiaris. nam eius rei facile obliuiscimur, dum animus noster decidit, propterea quòd antehac totus sit impletus affectibus. cõsequẽs ergo iliud fuerit, ut quicunq; seruari uelit, nullam omnino horã cesset: omnibusq; accusandi seipsum faciat potestatem, omnesq; æquo animo audiat accusantes: gratiamq; non adulantibus habeat, sed obiurgantibus: pateant semper domi- C cilij tui fores: liceat notis ac familiaribus omi tempore ingredi, si quando teipsum ita comparaueris. itaq; etiam confidere oportet usqueadeo ut ab ingredientibus deprehendaris nulli maiori peccato uehementer obnoxius. porrò quemadmodũ omnia prorsus excidere atq; euellere inuito difficile est, ita uolenti, quæ maiora sunt, facile. si tuæ ergo semper fores, ut dixi, patebunt, licebit sanè familiaribus omni tẽpore ingredi. utq; alij omnes siquando in publicũ processere, omnia conant̃ facere ut decet, sic tu domi tuæ omnia facies. atque illi quidem cũ reliquos omnes uereantur, ne se in aliquo peccantes deprehendant, unos ipsos nõ uerentur: tu uero teipsum in primis uerere, atq; illi auscultа qui dixit: Omnium autem maxime tui ipsius te D pudeat. quod quidem si feceris, poteris quandoque expertem illam rationis uim qua excandescimus, quasi feram quandã mitigare ac mansuefacere. alioqui absurdum admodum sit, uiros equitandi peritos, ubi equos acceperint, breui eos addarendũ idoneos reddere: te aũt qui non aliquod extrinsecus animal acceperis, sed rationis illã expertem uim, quę in tuo ipsius animo est, & cũ qua semper meditans ratio simul habitat, non posse iti dem mitiorem reddere, & quamuis non ita continuo, at longiori saltem spatio. latius aũt de ijsdem rebus disseritur in ijs cõmentarijs, in quibus mores tractantur, quo pacto uidelicet eam uim quis optimam sibi & cõmodissimã reddat: item quem-

admodũ uires ac robur illius non oportet prosternere, sicut ne equorũ quidem, aut canum, quibus utimur, sed illud ipsũ potius obur exercere sicut & in illis, ad obedientiam. tibi uero in ijsdem commentarijs maxime ostensum est, quo pacto rursus ea ipsa irascendi excandescendiq; ui opitulatrice utaris aduersus alterã, quam libidinis nomine philosophi ueteres appellarunt, quæ temere & seorsum à ratione fertur ad corporis uoluptates. ut igitur turpe est, hominẽ iracundia percitum, intemperanter aliquid agere, sic item ob amorem, uentrem, uini appetentiã, edacitatem: quę omnia concupiscendi illa uis, de qua dictum est, & facit simul & patitur. ob quæ homo nõ iam equo aut cani similis sit, ueluti ob illa priora, sed uel petulãti apro, B uel hirco, uel cuipiam agresti belluæ, quæ mansuefieri nõ possit. quocirca huius quidẽ nulla talis inuenitur correctio, qualis alterius, ea, quam obedientiam diximus. sed quod ueteres castigare dicebant, huic ipsi quadam proportione respondet. fit autem hæc ipsa libidinis castigatio, dum rebus potiri ac frui prohibetur quarum appetẽs est. nam si potiatur, crescit, maiorq; ac uehementior fit. sin castigetur, tenuis fit atq; imbecilla, ut hoc pacto imbecillitate coacta sequatur rationẽ, non aũt quòd obsequẽs siue obediens facta sit, sanè quemadmodum in ipsis quoq; hominibus uidemus cõtingere. nã in ijs plerunq; ij qui deteriores sunt, sequuntureos qui sunt pręstãtiores uel inuiti & coacti, ut pueri ac mancipia, uel uolẽtes & persuasi, ut ij qui suapte natura boni sunt. etenim siquis erat apud antiquos, quem obiurgationes ac uerba castigare non possent, de eo ita loqui cõsueuerant: q̃ incastigatus nescio quis iste homo est? in quo uidelicet libidinẽ ratio nõ castigauerat, hoc est, non sibi obtemperãtem reddiderat. duplex enim in nobis est animi uis rationis expers: una cuius & cito excandescere & irasci ijs qui aduersum nos peccare uisi sint, officiũ est: cuius ipsius etiã est, in longius ampliusq; implacabilem se præstare: quod quidẽ tanto est amplius excandescentis animi uitium, quanto magis diuturnum: altera est, quæ ad id quod ipsi iucundum suaueq; uisum sit, præceps fertur antequam utile ne sit atq; honestum, an noxiũ & turpe cognouerit. hanc igitur quæ uehementissima est, cohibere prius oportet, q̃ ubi incrementũ acceperit, uiribus inuictã inexpugnabilemq; se præbeat. tunc enim etiam si uolueris, eam ultra compescere nõ poteris. Ac tum demum id dices, quod olim quendã amantem audiui dicere: uelle te quidem desinere, sed nõ posse: frustraq; nos aduocabis, (quẽadmodum & ille quondam,) ut tibi supplicanti opem ferã, uitiumq; eiusmodi excindam. nam corporis etiã nonnulla uitia propter magnitudinem insanabilia sunt: quod ipsum fortasse tu ne cogitasti quidem unq̃ antehac. multo autem satius fuerit, te nunc saltem id cogitare, atq; inspicere, utrũ ego ueridicus sim, cum dico, uim animę illam, cuius est munus, temere cõcupiscere, siquid placeat, plerũq; in amorẽ euadere insanabilẽ, non

corporum modo quæ formosa sint, siue rerũ quæ ad uenerem pertineant, sed etiã edacitatis, explendiq; uentris, ac uinolentiæ, itemq; obscœnitatum quæ præter naturã patrant: an & hæc & alia multa ex his quæ hactenus à me dicta sunt, mentiar. etenim quæ adhuc de ira atq; excandescentia dixi, eadẽ puta & de alijs affectibus me dixisse. primũ quidem alij cuipiam permittendum esse, ut de ijs cognoscat & iudicet, non aũt nobis ipsis. deinde non quoslibet eidem rei esse præficiendos, sed seniores quospiam, quos uniuersi planè egregios ac frugi esse fateantur. qui etiam propterea q̃ ab affectibus liberi sint, & interpretandi iuris & iudicãdi munus ante nos ipsos diutius, illis uidelicet temporibus quibus ipsi nõdum eramus, obtinuerint. deinde nõ oportere nos aduersus eiusmodi homines, quoties aliquod nostrũ peccatũ protulerint, indignationis quidq̃ præ nobis ferre, sed cõtra, agere potius gratias. postremo singulis diebus ea quæ superius dicta sunt, tibi ipsi reuocare in memoriã: atq; hoc quidem præstabit te sæpius facere: quod si non possis tam sæpe, at saltẽ matutinis horis semper anteq̃ quidquam eorũ quæ acturus sis, aggrediaris, & uespertinis anteq̃ cubitũ eas. Ego sane olim monita hæc, quę quasi Pythagora autore circunferebant, consueui primũ quidem legere bis singulis diebus, post uero etiã ore enunciare. neq; em̃ satis est ab una ira duntaxat liberũ se præstare, nisi etiã sine omni edacitate & nequitia & uinolentia & curiositate & inuidia purũ te cõseruaueris. alius igit̃ erat qui nostri periculũ faceret ac percontaretur, nuncubi, ut canes solent, uisi essemus immoderatissime impleri cibis, uel more eorum qui perpetuum febris ardorem patiuntur, frigidam potionẽ insatiabili auiditate exhaurire: an uero quemadmodũ uiros & graues & cultu ac reuerẽtia dignos deceat. nam neq; propter famẽ decet uehementer insatiabiliterq; impleri, neq; propter sitim instar sorbentiũ exhaurire totũ calicem, multoq; minus ob edacitatẽ in conspectu omniũ auidius uel placentam uel aliud quidpiam ex delicatioribus obsonijs deuorare, sed in omnibus ijs item alij sunt aduocandi qui opem ferant & quidquid peccamus obseruẽt atq; indicent. deinde uero etiã sine pędagogis ipsi nos seruemus demusq; operã, ut omnibus una cœnãtibus obsonij minus adsumamus, & à cibis gulam nimiũ irritantibus abstineamus, moderate interim uescentes ijs quæ salubria sunt. progressu uero tẽporis ne respicere quidem te ad conuiuantes uelim, magnũ quippe fuerit, credo, si nullus eorũ moderatior in cibo & potu sumẽdo sit uisus. q̃ si te ipsũ hoc honore afficere decreuisti, prospice & cura ut aliquãto continentius hodie uiuas q̃ heri. hoc enim si feceris, senties te in dies ab ijs quę dixi, facilius abstinere, senties etiam magnas animi tui lætitias, siquando re uera amator modestię tẽperantiæq; extiteris. sic enim gaudet quicunque in ea re proficit cuius est amator. ex quo fit ut eos qui cõpotationibus delectantur, tum ingenti uoluptate affici uideamus, cum suos bibendo superant cõpotores: & eos qui uentri student multitudine ferculorum gaudere: quicunq; aũt edaces sunt ac palatum explere cupiunt, hos placentis, & edulijs, tum quæ ad sartaginem, tum quæ ad ollas pertinẽt, alijsq; item condimentis suauioribus lætari. noui etiam qui rei uenereæ copia exultarent, superbiusq; se extollerẽt. ut ergo illi & exercent & sectantur id quod in ijs rebus summũ est quibus student, sic nos item id studere oportet quod in modestia sit summũ. porrò autem si hoc faciemus, non incastigatos quospiam ac dissolutos nobis cõferemus: nec satis esse putabimus si plus q̃ illi & continentiæ & modestiæ adepti simus: sed primum quidem eos qui ijsdem rebus studeãt superare conabimur, (pulcherrima enim hæc est cõcertatio atq; æmulatio,) post uero etiam nos ipsos: ut uidelicet ex diuturna consuetudine ad hæc ipsa quæ & saluberrima sunt, & adiectu facillima cum uoluptate feramur, memores semper pulcherrimorũ dictorum quorum uel hoc est in primis unũ: Delige optimũ uitæ genus: id iucundũ efficiet consuetudo. quẽadmodum ergo cũ te aduersus iracundiã exercueri iubebã, tum argumento uti poteras te profecisse, q̃ non amplius te excandescentẽ cerneres: ita in ijs quæ ad modestiam pertinent, hoc indicio intellige quantum profeceris, quòd ne cupiditate quidem amplius rerum suauissimarum tangaris. ad modestiam autem una est uia per continentiam. hoc enim modestus superat continentem, quòd ille ne cupit quidem amplius titillãtes palatum cibos, siue ob longam consuetudinem, siue ob continentiam: uelut ipsum quoq; rei nomen indicat. quod deductum esse uidetur à continendis in se ipso nec permittendis longius abire cupiditatibus. laboriosa aũt ab initio uia hæc est atq; aspera, quemadmodum cæteræ item omnes honestorum studiorum exercitationes. itaq; siue pro malitia uirtutem uis habere, siue pro titillationibus corporis animi tranquillitatem, hac ratione teipsum exercere oportebit, ut per continentiam ad modestiam cõtendas. sin autem uel uirtutẽ despicere, uel titillari uis toto corpore, ratio tibi erit deserenda: quę quamuis ad uirtutem non hortetur, est tamen dux itineris ijs qui aliqua exhortatione commoti, ire ad illam cœperint, quo uidelicet itinere quis consequi illam possit. cum aũt ratio hæc nostra sit duplex, una qua se ipsum quisq; possit cognoscere, altera qua peccata quæ cognouerimus corrigamus, nobis ut de hac posteriore diceremus, minime ab initio propositum est, sed de priore, qua possimus nostra peccata cognoscere. quoniam uero, qui illam ingrediuntur, ipsi dignoscere non possunt, incipientibus quidẽ alios adhibemus inspectores. eos uero ipsos qui hanc rationẽ exerceãt, quãuis iam possint cognoscere à quibus & uitijs & affectibus liberati sint, ignorare tamen non oportet procul adhuc ab extremo illo ac fine quẽ petunt, abesse. siquidẽ quod in uniuerso dicere cõsueui, etiã hic dicam: cognitionem uidelicet sui ipsius uno quidẽ modo esse omnium

omnium rerum difficillimam, altero aũt facillimã. nam siquis intus uelit cognoscere, difficillimũ id sanè est, at si foris, non item. Cæterum ego omnia hæc, & quæcunq; hactenus dicta sunt, & quęcunque posthac dicenda, uolentibus nõ grauatim impertio. & cum alia quædã fortasse sit uia, qua quis insistẽs & honestus et probus euadere queat, ego tamen ubi nam illa sit ignorans, hac ipsa ex quo et uiuo & sapio sum usus, eandemq; alijs abunde indicare non destiti, hortaricq; ut contra ipsi quoq; aliquid afferrent ac reponerent, uicissimq; siquam aliam honestatis probitatisq; uiam nossent, docerent: nos autem dum aliam illam desideramus per hanc ipsam incessuros, quæ cõmunis cunctis affectibus est, & ad cognoscẽdum & ad medendum. etenim & contentionis, & gloriæ, & principatus appetitio, animi planè est affectus illis quidem minor, attamen ipse q̃q; affectus. de inuidia aũt quid attinet dicere, cum omnium uitiorum sit fœdissimũ? Dico aũt inuidiam cum quis ex alienis bonis tristitia afficitur. & est omnis quidem tristitia affectus, pessima autem omniũ, inuidia, siue ea sit inter affectus numeranda, siue tristitiæ species suo generi proxima. commune aũt omnium remedium fuerit id quod dictum est. quod enim & mala sint & fugienda perspicere operæpretium est in ijs hominibus qui uehementer ab illis detinẽtur. in talibus enim turpitudo ipsa admodum perspicua est. cur autem ipsi in nobis ipsis nihil tale prorsus cernamus, causam putare oportet eam cæcitatem qua afficimur, uel ad id quod nos amat, uel ad id quod ipsi amamus: nõ nulla etiam esse quę nos fugiant propterea q̃ exigua sint, & à nobis negligantur, quæ tamen propter magnitudinẽ in alijs negligi nõ possint. inuenire ergo oportebit senem quempiam, qui illa possit inspicere, rogareq; hunc ut omnia nobis summa cum libertate indicet. deinde ubi ille nobis aliquid dixerit, tum continuo illi magnas agere gratias. ubi uero ab illo abierimus, tum dispicere & considerare diligenter quid sit, noscq; ipsos tum cum soli sumus, increpare, conariq; affectum euellere, nõ usq; adeo solum ut ab alijs duntaxat uideamur, sed ut ne radicẽ quidem illius ullã in nostro animo prorsus relinquamus. nam ex ijs quæ sic relinquuntur, solet aliquid rursus pullulare, dum id ipsum ab ipsa nequitia et pratuitate irrigat. idcirco in nobis ipsis omnes singillatim affectus diligenter attendere scrutaricq; oportet, quoscunq; in amicis necessarijsq; nostris cernimus, num aliquid tale in nostro item animo deprehendi queat. excidendũ quippe est, dum adhuc pullulat, nec expectandum, dum crescat, & fiat insanabile. nam cęteros quidẽ omnes animi affectus plericq; despiciunt, tametsi cũ alios uidẽt ab ijsdem teneri contemnunt: tristitia uero ac mœror omnibus planè esse malũ uidetur, ueluti labor in corpore. cæterũ olim quidam ex ijs adolescentibus qui mihi familiarissimi erant, cum se in paruis cõmoueri negasset, postq; tamen id sibi accidere animaduertisset, summo mane ad me uenit, dicẽs, se suis cernamus, causam putare oportet eam cæcitatem qua afficimur, uel ad id quod nos amat, uel ad id quod ipsi amamus: nõ nulla etiam esse quę nos fugiant propterea q̃ exigua sint, & à nobis negligantur, quæ tamen propter magnitudinẽ in alijs negligi nõ possint. inuenire ergo oportebit senem quempiam, qui illa possit inspicere, rogareq; hunc ut omnia nobis summa cum libertate indicet. deinde ubi ille nobis aliquid dixerit, tum continuo illi magnas agere gratias. ubi uero ab illo abierimus, tum dispicere & considerare diligenter quid sit, noscq; ipsos tum cum soli sumus, increpare, conariq; affectum euellere, nõ usq; adeo solum ut ab alijs duntaxat uideamur, sed ut ne radicẽ quidem illius ullã in nostro animo prorsus relinquamus. nam ex ijs quæ sic relinquuntur, solet aliquid rursus pullulare, dum id ipsum ab ipsa nequitia et pratuitate irrigat. idcirco in nobis ipsis omnes singillatim affectus diligenter attendere scrutaricq; oportet, quoscunq; in amicis necessarijsq; nostris cernimus, num aliquid tale in nostro item animo deprehendi queat. excidendũ quippe est, dum adhuc pullulat, nec expectandum, dum crescat, & fiat insanabile. nam cęteros quidẽ omnes animi affectus plericq; despiciunt, tametsi cũ alios uidẽt ab ijsdem teneri contemnunt: tristitia uero ac mœror omnibus planè esse malũ uidetur, ueluti labor in corpore. cæterũ olim quidam ex ijs adolescentibus qui mihi familiarissimi erant, cum se in paruis cõmoueri negasset, postq; tamen id sibi accidere animaduertisset, summo mane ad me uenit, dicẽs, se su-

per ea re totam illam noctem insomnẽ duxisse, interimq; sibi uenisse in mentem, se antea ne in maximis quidem rebus unq̃ æque turbatũ fuisse ac tum in paruis esset. itaq; uoluisse discere, quo id si bi pacto euenisset, utrum ne ab aliquarũ disciplinarum usu, an uero ab ipsa natura talis extitisset. cui ego id respondi quod uerum est scilicet: naturam quidem ipsam in puerili ætate ad uitam perficiendam in cunctis plurimũ posse, secundo autem loco studia exercitatiõesq; disciplinarum. nam q̃ naturæ nostræ siue ingenia plurimũ inter se differant, ex passim lusitantibus pueris facile intueri licet. nam eorum alios semper hilares, alios semper tristes inspicimus: & alios quidem omnibus de rebus ad ridendũ promptissimos, alios uero ex qualibet uel leuissima occasione plorantes. sunt item quibus æqua omnia & communia placeant, sunt quos cõtra, rapere ac prædari delectet. alij etiã mimis quibusq; de causis uehemẽtissime excandescunt, ut & mordeant, & calcibus feriant tum lapides, tum ligna, sicq; proximos se ulcisci putent, siquando ab illis iniuriã accepisse arbitrentur. alij ad ignoscendum faciles ac mites, neq; irascentes neq; plorãtes nisi post magnam aliquã acceptam iniuriam. hac de causa Eupolis Aristidem illũ qui dictus est iustus, Niciæ interroganti, quonam modo iustus euasisset, probe grauiterq; respõdentem inducit, naturæ quidem primũ maximumq; munus fuisse, deinde uero se quoq; prompto animo naturã suam adiuuisse. non solũ igitur ad mœrorẽ atq; tristitiã qualibet de causa propensæ sunt adolescentium naturæ, sed etiã ad excandescentiã atque ad suauissimorũ ciborum appetentiã. de quo quidẽ uitij genere, quod ad illos pertineat, ad hũc usq; locum, maxime sum locutus. Cęterũ, præter illa quę iam dicta sunt, licet aliquos puerorũ impudentes intueri, aliquos aũt uerecundos: item alios memori natura præditos, alios immemores, alios præterea obliuiosos. nec non alij sunt qui prõpte ac libenter discendi causa laborẽ ferant: alij negligentes atq; ignaui. porrò ex illis ipsis qui labores facile tolerant, alij sunt qui cito efferantur lætitia siquando laudentur: alij qui afficiantur pudore simulatq; à præceptore cotemni se uideant: alij uero qui terreantur uerberibus. idem autem, sed contraria ratione, de ignauis intellige. itaque ex ijs quæ pueris uident accidere homines uniuersi, alios ex illis solent appellare pudentes, alios impudentes: & eadem ratione alios ambitiosos & probos, alios improbos & honoris negligentes, alios timidos & uerberum contemptores: aliasq; item illis appellationes, quæ naturis ipsorum conueniant, imponunt. sic etiam ex ijsdem pueris alios intuemur natura mendaces, alios ueritatis amatores: multisq; præterea morum differentijs inter se distinctos: de quibus nunc dicẽdi locus non est, quod huic duntaxat instituto nostro conueniat. nam eorum alij quidem bonam facillime disciplinam recipiunt, in alijs ea nullius momenti esse solet. neq; tamen ob hanc causam negligendi sunt pueri

pueri, sed in optimis moribus nutriendi. nam si natura illorũ curationis ac diligentiæ bonitatẽ recipiet, in uiros bonos opera nostra euaserint: sin aũt contra, nostrę sedulitatis utilitatẽ nullam percepe-
rint, quod tamẽ ad nos attinet, culpa in hoc nostra nulla fuerit. nam puerorũ educatio similis quodã modo est curæ ac sedulitati qua in plantis arboribusq; alendis utimur. siquidem cẽuis bonus arborum ac plantarũ sator & cultor, nunc̃q; tamen efficiet, ut rubus uuã ferat. neq; enim natura illius talẽ à principio suo perfectionẽ capere potest. rursus uites, quę, quod ad ipsas attinet, fructũ ferre paratæ sunt, si neglexeris, solicq; naturæ curandas reliqueris, aut multo deteriorẽ, aut planè nullũ edere fructũ animaduertes. idẽ in animalibus usu solet uenire. equũ quippe si erudieris, ad multas res B utilem habebis. ursum uero cẽuis olim mansueseceris, nõ tamen perpetuo habitu talẽ possidebis. uipera aũt & scorpius, ne eò quidẽ usq; progredientur, ut mansuescere uideantur. ego igitur cuiusmodi sim natura non facile dixerim. nam se ipsum cognoscere uel ætatis maturę uiris difficile est, nedum pueris. Mihi uero quadam ingenti felicitate contigit, ut patrem ab omni iracundia alienum, iustissimũ, frugalissimum, humanissimũ haberem: at matrem usq; adeo iracundam, ut etiam morderet interdum ancillas, semper aũt & uoci-
ferari & contenderet cum patre, & longe quidem odiosius cẽ Xanthippe illa cum Socrate. mihi itaq; intuenti bonitatẽ honestatẽq; paternorũ officiorũ, quæ uitiositatem maternorũ affectuũ in proximo C collocatã quasi è regione respiceret, uenit in mentem, cum illam amplecti & amare, tum uero hanc alteram fugere odioq; prosequi. ut aũt in his ipsis maximam cernebam parentũ meorum dissimilitudinem, sic item in hoc agnoscebam, patrẽ meum quidẽ ex nullo damno dolorẽ concipere, matrem uero etiã ob res minimas oppido quàm mœstã euadere. porrò nosti tu quoq; pueros, quę uehemẽter attenderint, ea imitari solitos: quæ aũt iniucunde & cum molestia inspexerint, ab his longe fugere cõsueuisse. disciplina igitur quæ mihi sub patre contigit, huiusmodi fuit ferè. ubi uero ætatis meæ annum quartum decimũ compleui, tum philosophos audire cœpi ciues nostros. è quibus Philopa D toris Stoici discipulum quendã satis diu. Caium aũt qui disciplinam Platonicam cõplexus fuerat, cum is ocio à suis ciuibus priuaretur, à quibus ad negocia ciuitatis trahebatur, per exiguum quoddam tempus. unus enim is putabatur in ciuitate & iustus, & qui nullis pecuniis uincereꝛ: præterea omnibus & aditu facilis & mansuetus. eodẽ uero tempore alius quidã è ciuibus nostris post longã peregrinationem domũ rediit, Aspasij peripatetici discipulus: & post hũc alius ab Athenis Epicureus. quorũ omnium mea causa & uitam & disciplinas explorabat pater, unà mecũ ad illos assidue uentitans. porrò autem quòd is plurimũ se ipsum exercuerat in Geometria, & Arithmetica, & Architectura, & Astronomia, uolebatq; doctorem similiter linearibus illis uti demonstrationibus, & A per eas quicquid doceret ostẽdere, id circo inquit, oportet in tuis istis honestatis sapiẽtiæq; præceptis ne minimã quidem discrepantiã inueniri, qua ipsa à seipsis discordẽt, quemadmodũ ueteres quoq; omnes in hisce artibus seruauere, quarũ Geometria Arithmeticaq; principem obtinent locum. ut igitur non procacem aut præcipitẽ esse oportet ut te ipsum ab aliqua secta denomines, sed longissimi temporis spatio & discere illas & de illis ferre iudicium, sic omnes homines comprobant, constituturq; etiam philosophi, magno studio quærenda esse hæc: quare nũc iam tibi ea sunt petenda æmulatione quadam, & discenda, & digna quę à te augeanꝛ existimanda, ut & iustitiã, et modestiam, B & animi magnitudinẽ, & prudentiam ex illis consequare. laudant eã has uirtutes cuncti, tametsi sibi ipsis conscij sint, nullã se earum habere: dant etiam operam pro uiribus ut alijs uideanꝛ et fortes, & modesti, et iusti. & prudẽtes. unũ illud est quod & si alijs non uideantur, tamen reuera esse ipsi magno studio cõtendunt, ut mœroris uidelicet omnis ac tristitiæ expertes sint. quare huic à te rei in primis studendũ est, cui omnes utiq; homines studẽt, præq; omnibus alijs uirtutibus unũ hoc quærendum. Hęc igitẽ ego quę à patre documẽta accepi, in hũc usq; diem seruaui, neq; me ipsum ab ulla secta denominare adhuc uolui. quę sanè cum omni studio omniq; diligẽtia explorata habeã, imperterritus atq; immotus ad ea omnia quę quotidie in uita accidunt, maneo, quèadmodum patrem quoq; manere tũ intuebar. ita neq; iactura neq; interitus rei cuiuspiã, perturbatiõe me ulla afficiet. nisi forte id eueniat, ut omnia quęcunq; possideo, amittam. hoc enim nondum expertus sum. assuefecit porrò me pater etiã gloriam atq; honorem contemnere, ut unam nudamq; ueritatem haberẽ in pretio maximiq; facerem. uideo aũt quosdam, cum se ab aliquo sperni arbitrantur, aut cum pecunias aliquas amiserunt, magno solere confici dolore. qua sanè de causa, inquibat ille, nullo tu me unq̃ mœrore affectum uidisti. porrò nõdum mihi talis pecuniarum amissio euenit, ut ex eo quod relictum foret, corporis bonam ualetudinem curare nõ possem, neq; ignominia aut contemptio, ut quispiam uiderit me de loco qui mihi in meo senatu attributus est, deturbatum. sin uero alios qui uituperent, alios rursus qui laudẽt, mihi cõtingit ut audiam, his obijcere soleo, me putare ita unũquemq; cupere, omnes homines habere qui laudent, ut etiam uelle omnia quęcunq; sunt, possidere. itaq; uideor, inquibat, mihi ipsi, forteq; tibi itẽ uidebor, nihil ad hunc usque diem esse perpessus quod magni æstimandum sit, atq; ad hoc extremũ sine omni mœrore ac tristitia peruenisse. nã nec omnibus unquã spoliatus sum fortunis, nec ulla ignominia sum notatus. quòd si aut bos, aut equus, aut mancipium interijt, non tanti sunt hæc ut ad me perturbandũ idonea sint, utpote cũ egregie sim memor eorum quæ me pater monere solitus erat: qui uidelicet suade-

suadebat, ne ob ullam pecunię amissionem mœro A re afficerer, quandiu quæ reliqua essent ad corpus curandũ suppeterent. hunc eũ primum finem illis quæ possiderẽtur, statuebat, nõ esurire, non algere, non sitim pati. q̃ si cui plura cẽ horum usus postulat, fuerint, ijs sanè utatur ad eas res agendas quæ honestæ sint. mihi igitur adhuc tantus pecuniarum fuit usus, ut eæ etiam ad eiusmodi actiões suppetãt. Porrò haud me latet, inquibat ille, te fortunarum plus duplo cẽ me possidere, & in nostra ciuitate nõ mediocri honore præditũ, usq; adeo ut quę nam mœroris tibi causa futura sit, nullam uideam præter cupiditatẽ inexplebilem. ad hoc igitur unum exercitationis genus spectabã, id ipsum in memoria habens, semperq; meditãs & considerans, donec ita mihi persuasum est, quẽadmodum B ex duplicato binario confici quaternariũ. etenim consideremus, inquit, per ociũ cuiusmodi uitium sit insatiabilitas. huiusce aũt considerationis initiũ præbeat ea quæ in cibis sumendis uersatur. ipsum ergo hoc quod est ultra cẽ satis sit progredi uescendo, insatiabilitatẽ appellari aiunt. id aũt quod sit satis, ipsa cibi indigentia metiunt. cibo autẽ nulla alia de causa indigemus nisi ut alamus corpus. nutriet uero corpus si bene cõcoctus fuerit. bene autem cõcoquetur si modicus. nam eum qui nimius sit crudum manere haud ignoramus. quod ipsum si uel semel eueniat, usum eius corrũpi necesse est. nam si ciborũ cruditate aluus cita uniuersum excreuerit, pfusio uocari id genus uitij solet. ex quo sanè ipsius cibi usus corrũpitur. nõ enim ita illum C sumimus, ut per intestina deferatur, sed ut ad omnes corporis partes applicetur. sin aũt eius distributio fiat, nec tamen sit bene concoctus, malũ intra uenas humorem creare solet. quando igitur in corpore nostro didicisti, cuiusmodi res sit insatiabilitas, iam hoc relicto, ad animum ipsum te confer, ibiq; illius naturã inspice diligẽter, atq; in uno quoq; rerum genere contemplare, sumpto ab ijs quæ possidẽtur, initio. in his igitur multa sũt quę nõ recte tanto cum studio appetuntur, cuiusmodi sunt Vniones, & Sardonyches, itemq; lapides alij omnes: cuiusmodi item est ornatus, quẽ fœminæ ut magnũ quiddam gestant, ijs ancillis quæ ab ipsis dum incedũt, pendent. huius generis sunt uesti D menta aut ex auro contexta, aut superuacuum ali quod opus habentia, aut quę ut cõfici possint, materia indigent ex longinquis regionibus importata, qualia sunt quæ Serica uocanꝛ. porrò alia sunt ex ijs quæ possidenꝛ, quę ad seruandam bonã corporis ualetudinem maxime cõducunt. & hęc quidem satis decenter appetere pararęq; possumus. horũ prima sunt ea quibus & alimur, & uestimur, & calceamur. q̃bus adde illud in quo habitamus. in eodem genere habentur, quæ ęgrotantibus utilia sunt. uerum nonnulla etiam utriq; conducunt, & bene uidelicet ualentibus, & ægrotantibus, cuiusmodi est oleũ. horumq; alia sũt eiusmodi ut maiorem, alia ut minorem corporibus hominum afferant utilitatem. itaq; iam nũc & multitudinis & possessionis eorũ finem seu modũ te A nissime in spexisse arbitror. nã quẽadmodũ un cubiti calceamentum, quatenus ad ipsum finem spectat, inutile est, ita & plura duobus habere calceamenta, ut quinq; aut decem, alienum ab usu. alia enim illa omnino supersunt: usu aũt duorum contenti esse debemus, sic duplicem quoq; uestem habere sit satis: & mancipia: & supellectilem. apud nos autem, inquibat ille, non solum uestis est amplior cẽ duplex, sed & famuli, & uasa: & omnia omnino, quæ possidemus, ampliora duplicibus. prouẽtum enim ex rebus nostris multo maiorem capimus cẽ ut uni corporis ualetudini inseruiaꝛ. at eũ ex istis qui uoluptariũ uitæ genus quod sequerẽtur elegerunt, nonnullos uideo nõ duplo modo aut triplo quàm nos amplius impendentes, sed & quinq; & B decem & triginta partibus ampliorẽ sumptum facientes. est porrò alius quidã, quẽ tali uictu utentem intueor, qualis ego utor, rursusq; mœrentem ac dolentem, ut ego: cui tamen non singulis annis similiter res familiaris augetur. nam quod ad nos attinet, decima fortasse prouentuũ nostrorũ pars impenditur: reliquæ uero partes nouẽ substantiæ ipsi adijciuntur: attamẽ uideo te ne in res quidem egregias insumere quidq̃ audere, nõ in coemptionem cõparationemq; librorum, nõ in eos qui scribant exercendos, siue notis & signis id faciant, ut citius, siue exquisitis figuris, ut pulchrius, sicut ne in eos quidẽ qui emendate recteq; legant. ac ne impertientẽ quidem alijs quidq̃ te uideo, uti tu me C uidere potes: nunc seruis in uestimenta, nunc alijs quibuspiã ad alimoniam aut ad ualetudinis curationem. sunt etiã qui me uiderint quorundã æs alienum dissoluere. ego igitur quencunq; mihi pater prouentũ reliquit, eum tibi omnẽ relinquo: qui ex eo neq; quidq̃ quod superuacuũ uisum sit, reposui, neq; thesaurũ ullum congessi, neq; multis partibus amplius cẽ impenderim quidquam recondidi: tamen remittentẽ me ac relaxantem curas sæpius haud negaueris, sicut ipse fateris nunquam me tibi uisum mœrore ullo affectum. nunquid igitur potes tristitię tuæ causam inspicere, an & illius nomen audire à me cupis? iam ne istud quoq; tibi fieri uis? scito igitur omnis tristitiæ ac mœroris unam esse causam eam quã modo insatiabilitatem D nostri, modo auiditatem inexplebilem uocant, ex eo quòd cupiditates habeant homines, quæ neq; satiari neq; expleri possint. semper enim concupiscunt ij, qui rerum præsentium inexplebiles sunt. proinde si duplum quidpiam habent, triplum illico studeant acquirere: sin triplum habeant, quadruplum appetere incipiunt. atq; hoc pacto nunc̃q; ad eos spectãt, qui pauciora possident, semper autem ad eos qui plura, & hos ipsos superare conantur, hisq; ipsis plura habere cupiunt. tu igitur, inquibat ille, si hoc modo ciues omnes nostros consideraueris, nõ multos te ipso ditiores inuenies. quare facile ceteris q̃ supersunt omnibus eris opulentior. enimuero q̃ seruis ipsis haud dubium est: porrò his adde tam multas mulieres. si igitur hi ciues

nobis sint numero quadraginta millia, atq; ita tu A
additis illorum mulieribus & seruis, summã fece
ris, inuenies teipsum, haud inficiãtem, centũ & ui
ginti millibus hominũ ditiorẽ, attamen hos quoq;
omnino omnes uolentẽ superare, studentemq; in
ipsis diuitijs fieri omni ratione ditissimum. atqui
multo satius est, ciuem in eo ceteris antecellere, q
ijs quę nunc habeat sit contentus: quę quidem res
in te est. diuitijs uero præstare non uirtutis, sed for
tunæ est munus: quæ & seruos & liberos facit ple
runq; nobis qui generosi & nobiles appellamur,
ditiores. at uero tu etiam si quantũ optas assequa
re, hoc est, ut plus uniuersis ciuibus possideas, nõ
tamen satis sis habiturus. sed illico circunspicies
num quis in alia ciuitate sit ditior. q si etiã in hoc
fortunã tibi propitiã obsequentẽq; habueris, tum B
tu ad alias progredieris nationes, & ijs quos apud
illas opulentos offenderis, fieri studebis opulen
tior. quare nunquam tu sanè omnibus ditior, sed
propter immensas cupiditates semper futurus es
pauper. q si ipso usu rerum metieris id, quod men
suræ moduloq; tuo respõdeat, iam teipsum unum
ex diuitibus numeraueris, aut saltem ex ijs, qui eo
quod opus est, abundẽt. ego igitur in numero ho
rum meipsum colloco, licet q̃ tu pauciora posside
am. quocirca si tibi ipsi ad hũc modũ persuaseris,
nulla te unquam tristitia afficiet, siquid ex tuis re
bus perierit: eriscq; quatenus ad rationem pecunia
riam spectat, beatus, utpote cum ob pecunias tri
stior futurus non sis. q si etiam illam quæ ad hono C
res appetendos pertinet, insatiabilitatem eieceris, hac quoq; in parte iucunde ac sine molestia ui
tam deges. sin autem tibi non satis fuerit honora
ri ab ijs qui tua consuetudine utantur, sed uelis ab
omnibus omnino qui sunt in ciuitate, laudari, etiã
ab ijs scilicet à quibus ignoraris prorsus, fortasse
primũ quidem ab ijs ipsis cognosci uoles, tum au
tem ubi cognitus fueris, honorari. at hoc quidem
uelle cognosci ab omnibus, ab immensa quadam
gloriæ cupiditate proficiscitur: illud autem quod
est uelle honorari, ab inani planè stultaq; ambitio
ne. quocirca tibi necesse erit, ut nunc pecunijs quę
rendis inuigilanti, ita tunc ad glorię honorisq; stu
dium cupidinẽ intendenti, ob illos qui cũ plures
sint, te neq; cognoscent, neq; honorabunt, maiore
quàm nunc afficiri tristitia. si igitur hæc cõperta ha D
bebimus, & in his nos ipsos assidue exercebimus,
sine omni molestia uiuemus. at quo pacto exerce
bimus? nempe si cognitum habuerimus, utrum re
cte sit dictum, insatiabilitatem uitium esse animi
pessimum. fundamentum enim quoddam hoc est
omnium cupiditatũ, pecuniæ, gloriæ, honorum,
principatus, contentionis. primum igitur semper
in promptu habere oportet præceptum illud atq;
institutum, quo iubemur eo quod adest, contenti
esse, annexum ei uidelicet atq; adhærens, quod de
insatiabilitate dictum est. quicunque enim odio
prosequetur animũ insatiabilem, is eum protinus
diliget atque amplexabitur, qui sit paruo conten
tus. si igitur hoc solo constat ipsum omni mœrore
ac tristitia carere, iamq; hoc ipsum uniuersum pe
nes nos ipsos habetur, illud cõsequẽs fuerit, ut pe
nes nos sit uiuere sine mœrore, si modo in prom
ptu habeamus, quod de animo tũ insatiabili tum
frugi præceptum est, ac per hoc ipsum præceptum
singulis diebus in singulis huiusce operis partib.
nos ipsos exerceamus: quod quidem cum ceteris
ex puerili disciplina cõtingat, alijs illis, quibus in
hoc fortuna non fauerit, serò tandem ea ratione
quam exposui continget. quis enim est qui nolit
omnem ætatem ducere sine tristitia? aut quis non
hoc omnibus diuitijs præposuerit, quę & facile au
ferri possunt, & sceleribus nonnunquam redun
dant? ille igitur & hęc & alia multa tum mihi tum
alijs deinceps recensebat: quibus omnibus illico
etiam persuadebat. utilitatem tamen eam, quæ ex
posterioribus capitur, serò capientes paucissimos
quosdam uidi. pleriq; eñ usq; adeo animi sui affe
ctus auxerũt, ut iam inde insanabiles existãt. at si
quis modicis adhuc perturbatiõibus inseruit, po
testq; aliquid eorum quæ prius dicta sunt, intelli
gere, ubi sibi inspectorem quendam ac pædago
gum apposuerit, qui se, ut antea dixi, in singulis re
bus alias moneat, alias obiurget, alias etiã adhor
tetur & compellat ad ea quæ præclariora sunt ca
pessenda, ac seipsum eorum quæ & dicit & mo
net, præbeat exemplum, is sanè poterit & liberum
& egregium sibi animũ ratione cõparare. etenim
turpe est libertatem eam quæ humanis legibus ac
cepta refertur, maximi facere, eam autem, quæ &
uerè & natura ipsa est libertas, nõ omni studio pe
tere, sed inhonestis atq; impuris ac tyrannicis do
minis seruire, lucris uidelicet, ac minutissimis qui
busq; pecuniarijs ratiõibus et cupiditatibus, tum
principatus, tum gloriæ, tum honoris. quorũ sa
nè omnium matrẽ ego haud dubitarim dicere, in
satiabilitatem habẽdi. quis igitur talem in animo
pestem habens possit unquã aut honestus aut pro
bus euadere? aut cur non mille mortibus sit di
gnus, qui non toto animo oderit talem turpitu
dinem? porrò autem hanc ipsam multo magis &
odisse & fugere debent adolescentes qui se saluos
esse uelint: qui si forte initio assueuerint pecuniã
insatiabiliter cupere, fieri iam ultra non poterit, ut
cum ad annũ quadragesimũ peruenerint, seipsos
recuperent: sed pone, si magis placet, quinquages
mum: ne quis nos ut inhumanos redarguat, sicuti
quendã audiui dicere: homines quidẽ nõ paucos
uinci solere gula, uenere, gloria, honore: se uero,
qui diues esset, una re tantum, quòd nullius sui
uoti compos fieret. nam is cum satis diu me singu
lis diebus lætũ hilaremq; uidisset, ipse interim ma
le animo affectus, rogauit, ut docerem, quid sibi
esset faciendum, ne tangeret tristitia. cui cũ ego re
spondissem, longiore annorũ spatio esse opus ad
eorũ uitiorum correctionẽ, quæ ipse in animo suo
ac hunc usq; diem aluisset, uociferans, nihil te, in
quit, unq; uidi inhumanius: quasi ego uidelicet, q
possem, si modo eniti uellem, ipsum quàm citissi
me ab omni tristitia liberare, hoc sic illi beneficiũ in

uiderem

uiderem. cum tamen huic uni ex omnibus disci A
plinis nemo ex ijs ad quos ipsa pertineat, inuidere
possit, nobis quippe expedit, omnes homines qui
bus cum consuescimus, omni animi perturbatiõe
uacare, neq; aut gloriæ, aut siqua alia res est glorię
similis, eius cupiditate animum gerere deforma
tum. quanto enim hi meliores fuerint, tãto nobis
amici utiliores existẽt. rursus igitur ad eum reuer
sus qui se in uerum studeat uirum euadere, uiam
quandam communem ad omnia animi nostri bo
na monstrabo. oportet enim eum qui alteri præsit
ad corrigendum, initio quidem intẽto esse animo
ad singula quæ ab illo gerentur, cui sit indicatu
rus quid ab ipso negligatur. est enim interdum de
finitu difficile in ipsis actionibus, id quod in re fa
miliari ex minutissima quadam ratione geritur. qua B
re hoc ipsũ nullo modo præfiniri potest ei qui nũc
primum incipiat auaritiæ morbum excidere. por
rò quemadmodũ in hoc uirtus uitio proxima est,
ita dum ambitionem excidere uolumus, uirtuti
illico finitimum uitium offendimus. cæterũ quo
rum animi suapte natura ad honestatem probita
temq; feruntur, hi neutiquàm pudore affici solẽt,
si cum ipsi iuuenes sint, seruariq; possint, alios ha
beant qui sua ipsorum peccata inspiciant, atq; ob
seruẽt, ętate scilicet prouectos homines qui in om
ni uita sua clarissimum liberæ mentis specimẽ de
derint: quibus quidem increpantibus neq; resiste
re, neq; infensos esse par est, sed habere gratiã. quin
etiam eosdem rogare oportet semper ut uera di- C
cant. quod ipsum ubi cognitũ habuerint, tum co
nari si non ingentes illas portiones, at saltem mi
nutas atq; exiguas de grandi illa summa affectuũ
ac uitiorum excidere: tametsi initio per quàm ar
duum hoc, & cum magno labore magnaq; infeli
citate fieri uidebitur. scire enim eos oportet pro
gressu temporis non similiter idem habituros dif
ficile. quo enim maius ratiõalis nostri animi pars
in huiuscemodi exercitationibus ac studijs incre
mentum accipiet, (quatenus uidelicet superabũ
tur minuenturq; uitia) eo facilius obsequiũ ac per
fectiorem obedientiã obtinebit. nam cum ea quæ
maxima sunt, ratio nondum exercitata superaue
rit, haud dubium est, quin ubi duplicem excellen
tiam spatio temporis adepta sit, facilius sit superа
tura. etenim ex ijs in quibus ipsa se exercuerit, mul
to existet generosior quàm prius, sicq; etiam illis
quæ minora aliquanto euaserint, abunde sufficiet.
porrò ad futuri temporis spem uel alterum horum
dũtaxat satis esse poterat. quocirca ipsius exercita
tionis initio terreri non oportebat eum qui in ipsa
affectuum curatione parum se proficere sentiret.
progrediente enim tempore magis proficiet, si mo
do æquo animo pergat audire eũ à quo uere ame
tur dicentem sibi quæ sint ea in quibus peccet, ue
litq; non uideri tantum, sed etiam re ipsa existere
& egregius & frugi. Hactenus igitur de ratiõe &
cognoscendorum & curandorum animi affectuũ
dictum sit: deinceps autem sequitur, ut de pecca
tis ipsis dicatur.

CL. GALENI DE CVIVSQVE ANIMI PECCATORVM NOTITIA ATQVE MEDELA LIBELLVS.

IVNIO PAVLO CRASSO PATAVINO INTERPRETE.

CVIVSQVE animi per
turbationum cognitio ac
medicina secundum tradi
tam superiori commenta
C rio rationem cõprehensa
est: deinceps de peccatis
sermo instituendus est. igi D
tur optimum & in præsen
tia initium sumam, quod
omnes, & si operibus non confirmant, ore tamen
confitentur, ac illud quidnam sit, quod peccatum
uocant, ut nobis procedenti oratione ambiguitas
nulla relinquatur, explanabo, doceboq; uocabulũ
hoc ἁμάρτημα, quod latinis peccatum significat,
ab omnibus græcis ita accipi, ut modo ea, quæ
haud recto iudicio cõmittantur, declaret, atq; ita
ad solam rationabilem animæ partem pertineat,
modo communius latiusq; ea etiam, quæ ad irrati
onabilem facultatem spectent, complectatur.

Multa desunt in codice græco
quidnam sit peccati consensus, omnibus in aper
to est: quid imbecillus consensus, non item: siqui
dem nonnullis titubantem hũc assensum inter uir
tutẽ uitiumq; medium ponere satius esse uisũ est:
titubantem uero siue imbecillũ esse consensũ prę
dicant, quando nobis ipsis nõdum ita uerã esse o
pinionẽ aliquam persuaserimus, sicut illa est, exẽ
pli causa, in utraq; manu quinos esse digitos, aut
bis duo quatuor cõstituere: forsan utiq; senẽ quẽ *
piam offenderis, qui in omni uita ueris peccatis o
perã dederit, alicui scientificam ostensionẽ haben
ti infirme assentiri: sciẽtia porrò geometræ de his,
quæ per Euclidis elementa ostensa sunt, talis est,
qualis & hęc, bis duo quatuor esse: eandem quoq;
scientiam & deinceps traditorum de globis præ
ceptorũ habebit, quemadmodum & omniũ secũ *
dum hæc resolutorum de linearũ figuris atq; gno
monicis. Quamobrẽ si uel parum quis ambigat,
neq; propriũ ipsis consensum præbeat, quem cõ
prehensionem nõnulli appellant, hoc esse uitium,
ut hominis uidelicet geometrę quispiã iure cõcen
serit. at eius, qui in uita peccet, in bonis malisq; co
gnoscẽdis, possidendis, aut euitãdis improbę opi *
niões falseq; cõsistunt, assensus item aut peruis,

aut titubãs & incertus. Hic iam igitur discrimen impendet, ne paruum iuxta & maximum peccatum committatur, si falsæ de bonis ac malis opinioni assentiamur. secundum Academicos planè ac Pyronæos uocatos philosophos eorum, quę à nobis inquiruntur, scientificam ostensionem haberi negantes, omnes, qui nunc habentur, de re aliqua consensus necessariò inconsiderati sunt ac temerarij, quin etiam & falsi esse possunt. aiunt prꝛterea, philosophorum de bonis malisq; discordes inter se pugnantesq; sententiæ ut ueræ omnes sint, neutiquàm fieri potest, at omnes forsan mendaces esse nihil prohibet, ut neq; uoluptas bonum sit, neq; perturbationum uacuitas, neq; uirtus, neq; ab ipsa prodiens actio, neq; aliud omnino quicquã eorum, quæ à philosophis enumerata sunt. In primis itaq; eum, qui à peccatis mundus esse cupiat, rei illius ignotæ, quam inuenire satagit, demonstratio sit, nec ne, considerare oportet, idq; nõ obiter modo, sed longo etiã tempore inter ueracissimos homines uersantem, qui naturali quadam prudentia præditi sint, atq; in rationalibus disciplinis exercitati, qualis nam sit ostensoria methodus, speculari conueniet. Deinde cum quis ipsam se inuenisse sibi persuaserit: postea lõgo temporis interuallo iterum sese exercere debet ante, quàm ad maximarũ rerum inquisitionem accedat: ut, exempli causa, quodnam sit illud bonum, (id sanè & uitæ finem nuncupant) quod comparatum felices nos, aut beatos, aut quod quis aliter nominare uelit, efficiat. Nónne igitur per deos illi, qui prius, q̃ ostensoriã methodum sese inuenisse credãt, ad maximarum pulcherrimarumq; rerũ indagationem transeunt, euidenter temerarij sunt? mihi quidem uel maxime huiusmodi esse uidentur: perinde eñ isti affecti sunt, atq; illi, qui ante, q̃ satis se in numerorum scientia exercuisse cognoscant, aliquid de supputatorijs locis atq; arithmeticis disserere audent. igit ut hos plerunq; falli necesse est, ita & quicunq; prius aliqua demonstrare conantur, q̃ in demonstratoria methodo uersati sint, quin errores cõmittãt, fieri nequit. porrò q; nonnulli ex his, qui falsa edocent, quibusdam persuadeãt, sectarum multitudo testatur: sed neq; illis hæc, nisi aliqua similitudo intercederet, persuaderi potuisse, cuiq; palam est: neque paruam hanc esse similitudinem profecto existimare conuenit. nam alioqui facillime deprehẽsa foret, neq; longo temporis decursu à multis clarissimisq; uiris eam argui conuincíq; opus fuisset. Illud itaq;, quod in re medicinali Hippocrates usuuenire aiebat, & in philosophia accidere uideẽ: dicebat aũt Hippocrates, similitudine uel bonos medicos in errores difficultatesq; con..cere, utpote non uulgaribus dũtaxat medicis, uerum etiam nobilissimis ob similitudines deceptis. quare neq; alienum est, & in philosophia similitudines præclaris philosophis imponere. gemellorum similitudines illi, qui cum ipsis uersari consueuerunt, facile dignoscunt, non assueti minime id facere queunt. Eadem ratione & illæ, quæ in rationibus sunt, similitudines eos, qui se se non diu neq; quotidie instruendis rationibus attriuerunt, prætereunt, quẽ admodum & gemini fratres eos, qui non unà degant atq; uersentur, delitescere solent. Hoc utiq; unum primum est eorum peccatum maximum, qui aliquid ad humanam uitam pertinens temere pronunciant, bonaq; ac mala aut ex amore sui, aut inanis sapientiæ, aut arrogantiæ, aut ambitionis causa constituunt: siquidem nonnulli recte sese opinari sibi persuadent, nonnulli honoris, aut prætextus cuiusdam causa ea proximis probare conãtur, de quibus ipsi dubitant, atq; animi pendent. peccant sanè utriq;, secundi scientes ac uolentes, quorum uitium ex perturbatiõe proficiscitur: primi uero nescientes, ipsorumq; error peccatũ proprie dici merebitur. recte igitur isti fecerint, si Aesopi manticarum meminerint, suasq; ipsorum opiniones alijs examinandas concesserint, haud per Iouem talibus, quales ipsi sunt, non solum in ostẽsorijs methodis minime uersati, sed etiam aliarum disciplinarum, quæ Græci mathemata nominãt, imperiti: ijs eñ imbutus animus acuitur ac delimatur, utpote geometria, arithmetica, disserendi ratione, ædificatoria, & astronomia. Ex his porrò nonnulli neq; rhetoris, neq; id, quod maxime præstò est, grammatici doctrina eruditi, sed adeo dicẽdi artis ignari sunt: ut neq; ea, quæ à me dicantur, intelligentia assequi ualeant. quæ profectò ego animaduertens, cum aliquem sermonem feci, ipsis, ut dicta mea repetant, iubeo: tunc eñ re uera quẽ admodum asini lyram, ita & isti ea, quæ à me dicta sunt, neutiquam percepisse deprehenduntur: nihilominus tamen in tam audaces, uel temerarios potius euaserunt, ut ab ijs, qui prima elementa didicerint, eò ludibrio habiti, quòd quæ audiuerint, recitare nequeant, nihil propterea erubescant, se ipsos tantum ueritatem agnoscere, alios disciplinis instructos tempus frustra perdidisse opinentur. uerum non illis quicquàm me profuturũ sperans in hunc sermonem diuerti. plures enim ipsorum etiam si uellent, nihil iuuamenti capere possent, neq; ætatem ipsam amplius disciplinis percipiendis idoneam nacti sint. quisquis uero naturæ prudẽs est, & eatenus primis rudimentis operam dedit, ut quæ audiuerit, maxime quidem ore proferre statim, sin id minus, at saltem scriptis mandare ualeat, is sermonem hunc nostrum, modo sit ex toto ueritatis amator, sibi subsidio futurum scito. in hoc enim uis tota consistit, primum quidem aptum ad ueritatem natum esse: deinde optima ac liberali educatione usum fuisse. at qui in ueritatẽ explorandam minime natura feratur, & in flagitijs inhonestisq; studijs altus fuerit, nequaquam iste aut sponte commotus aut ab alio concitatus ueritatem unquam appetere ualebit. quocirca neque ego unquam id genus homini opem ferre pollicitus sũ. sed, ut modo retuli, ueritatis amico iter illud ostendere pro uiribus conabor, quod in omni uita per quisiui: illudq; solum esse, quod proxime subijciam, mihi persuasi.

Quo-

Quomodo quis methodum, uerá ne sit, experiatur.

Existimo nãq;, ut dixi, prius illis perceptis, quę de ostensoria methodo à maioribus nostris tradita sunt, in alijs rebus ante periculum fieri debere, nunquid re uera aliquod quæsitorum inueniant: esseq; huiusmodi rerum naturam idoneam, ut suis inuentoribus testimonium perhibeat: ut exempli causa in hoc, datam rectam, aut præceptas partes diuidere: fortassis penitus rudes, quidnam dicat, non intelligunt. ego uero perinde atq; si omnes ipsi adessent, clarius dicere incipiam. Rectam datã sermo noster intelligit, lineam aliquam rectam in superficie exacte læui propositã, præceptas autem partes pro sumẽtis arbitrio, siquis propositam rectam in quinq; æquales partes, aut septem, aut uiginti, aut centum diuidi iubeat. nam si tu per te methodum unam nactus, aut ab alio edoctus atq; usus, in quot uelis partes propositam rectam partieris, res ipsa tibi testis erit, omnesq; particulæ ita diuidentibus exquisite cernentur æquales. atque id genus omnia problemata exacte reperta per ipsa euidentia confirmantur: ut, cum dato quadrangulo circulum, aut pariter & dato circulo quadrangulum circum intus ue ponere iubemur: item cum dato quinquangulo æquilatero et æquiangulo circulum ut exterius circumponamus, quis præcipit: siquis etenim singula hæc ea, quam didicit, methodo circumscripserit, res ipsa quæsitum iam exploratũ esse testabitur: At non itidem, genitúsne an ingenitus sit mundus, res ipsa testabitur, quemadmodum neq;, finitúmne sit an infinitum uniuersum, aut quantus sit maris fluctuum numerus: nullum enim huiusmodi quæsitorũ ex ipsa re, quæ inuenta esse uideatur, dijudicari potest, quemadmodũ si circulo figuram duodecim laterum æqualium rectorũq; angulorum circum intusq; dare iussus id statim feceris. intus nanq; & circumscripta figura euidenter conspicitur: sicut & circulus huic multiangulę figuræ intus circũq; datus agnoscitur. itaq; cum demonstratoriam methodum ad quęsitum nos ducẽtem inuenerimus, testimonium ex ipsamet re haud obscurum accipiemus: & exinde coniecturas haud paruas ipsius ueritatis habebimus: ut aliquando & in his, quæ id euidenter testari queant, ea uti audeamus. neq; statim in rebus maximis à quoq; periculum faciẽdum esse existimo: siquidem ad felicitatem ducentia maxima sunt: sed in aliqua prius materia exerceri conuenit, quæ illorum errorem, qui se quæsitum falsò inuenisse autumant, redarguat, & uere inuentis suo testimonio faueat. Huiusmodi methodus in geometria reperitur, arithmetica, supputatoria, astronomia, & architectonica: nomine autem architectonicæ horologiorum, clepsydrarũ, hydrocopiarum, & machinamentorum omnium descriptiones amplector, inter quæ & pneumatica, hoc est, spirabilia quę uocantur, existunt. Hęc profecto omnia inuentoribus suis testimoniũ perhibent haud secus, q̃ astronomiæ inuenta, quæ & ipsa ex euidentibus dijudicantur, examinantur, & testimonio confirmantur. Solis nanq; & Lunę defectus, & quæcunq; circa fixas errantesq; stellas conspiciuntur, inter ea, quæ manifesto apparent, reponuntur. Manifestum prætera est sermones nostros omnium illorum animos percellere, quibus iam prouecta ætate non multum temporis superest, ut in rebus illis demonstratoriam methodũ exerceant, quæ ipsius ueritatem perspicue testari ualeant. aut enim ut proxime dicebam, proprio amore decepti: aut umbratili quadam sapientia, aut honoris inanisq; gloriæ cupiditate, aut arroganti iactantia, aut auaritia perciti, nonnulli sibi ipsis, nonnulli uerò alijs se aliquid firmi scire persuadent. quocirca nihil mirum fuerit in proprio unũquenq; auditorio suis hęc discipulis probare: quorum aliqui asinino ingenio sunt, aliqui uero acri, sed in primis disciplinis nequaquam exercitato: nam id genus uentosis atq; ineruditis præceptoribus expedit, arbitror, tales habere discipulos. quicunq; enim natura prudens, & in disciplinis anteà uersatus fuerit, ipsos illico floccifecerit, sicuti & ego adhuc adolescentiæ annos non egressus multos doctores contempsi: qui nonnulla demonstratis scientifice in geometria repugnantia ostendere audebant, neq; demonstrationis simulacrũ quod esset, unquam cognouerant. siquis igitur ueritatẽ exploraturus prius arrogantem iactantiam, nimium sui amorem, honorum & gloriæ immoderatã libidinem, falsam persuasionem sapientiæ, atque auaritiam ex animo suo extirpauerit, iste planè ad ipsam peruenit non mensibus modo, sed annis multis postea, cum ante sese exercuerit, atq; placita ad beatitudinem, & ad calamitates ducere ualentia indagauerit: illis uero, quas dixi, perturbationibus furentem ac debacchantem ad tam longum iter pigrum atq; impeditum uideo: at illos nempe odio prosequor, qui insidiatorem calumniatoremq; efficiunt. huiusmodi enim uitijs suos ipsorum discipulos præoccupare ac inficere solent, neq; id genus sermõibus, quales nos hactenus fecimus, aures unquam præbere æquo animo possint. sanè oppido facile est præceptorem graui ac seuera facie dicentem imperitis adolescẽtibus persuadere expeditissimum esse ad sapientiã iter, idq; à cynicis uocatis philosophis affirmari testantem: siquidem & isti placita sua breuem esse ad uirtutẽ uiam contendunt: at ipsorum nonnulli sententiã hanc damnantes non ad uirtutem, sed per uirtutẽ ad beatam uitam cynicam philosophiam iter esse confirmant, cæterum nõnulli uerius ipsam declarantes imperitam istorum hominum temeritatem ad inanem iactãtiam breuem esse uiam testantur. Itaq; ut cynici omnes, quos uitæ nostræ tempore conspeximus, ita & eorum quidam, qui se philosophos profitentur, euitare se in rationali contemplatione exercitationem non eunt inficias: deinde, cum à nobis discesserint, cum uulgaribus hominibus, caprarũ uidelicet bouumq; pastoribus, fossorib. atq; messoribus cõgredi indignũ putãt,

quòd

quòd ſcilicet ea, quæ à ſe dicantur, iſti, utpote in ra A
tione diſſerendi nũquam uerſati, minimeaſſequan
tur: idq; nimirum inſolenter faciunt, perinde atq;
ſi ipſi unquam in primis ſe diſciplinis exercuiſſent
ac non repente de uitæ fine, de bona atq; aduerſa
fortuna à præceptore demonſtratorios, ut ipſe cre
debat, ſermões audiuiſſent, ipſiſq; eo, quòd nõ eſ
ſent exercitati, fidem adhibuiſſent: quæ planè iſs,
ut dixi, ob falſarum uerarumq; rationum ſimilitu
dinem cauſæ falſorum decretorum extiterunt. ſi
militudines autem exacte illi dignoſcunt, qui ſin
gulas integras materias diligentiſſime tractaue
runt. at qui repente materiam aliquam non exer
citata ratione aggreditur, nullo pacto falſas à ue
ris argumentationibus diſtinguere ſeparareq; ua
lebit. huiuſce rei manifeſto indicio ſunt uocata ſo- B
phiſmata, quæ rationes quædã falſæ ſũt ad uerarũ
imaginẽ doloſe conſtructæ. harũ mendaciũ ex cõ
cluſione, quæ uera non eſt, aperte deprehenditur.
quoniã uero falſæ ratiões aut ſumptũ aliqd falſũ
aut concluſionẽ haud recte illatã habeant neceſſe
eſt, & hæc in ſophiſmatibus haud ita facile cõſpi
cua ſunt, ab illis, qui in diſſerendo ſe non exercu
erunt, uix utiq; deprehendi poterunt. Igitur cum
rationem mendacem eſſe concedamus, quòd om
nibus concluſionis mẽdacium euidenter pateat,
nihilominus inexercitatos nodi ſolutio præterit.
quocirca tutius iſti cautiuſq; egerint, ſi rationes
omnes ſuſpectas habuerint, nulliq; prius aſſenſe- C
rint, quàm ſe falſarum uerarumq; rationum ſimili
tudines exquiſite diſtinguere poſſe ſibi perſuaſe-
rint: alioſq; ſibi quæſtiones proponere patiantur,
uolentibus ipſorum eruditionis periculum facere
permittentes. num aliud igitur conſulunt, quàm
quòd diſcipulis, ut ſe in ſophiſmatum diſſolutione
exerceant, præcipiunt? quæ nihil aliud, ut antea
dicebam, prorſus fuerit, quàm inter ueram falſam
q; rationem ſimilitudinis agnitio. neceſſum ita
que ſit uerarum prius argumẽtationum naturam
didiciſſe: in iſs nanq; uerſatus, ipſarumq; ſpeciem
exacte iuxta celeriterq; percipere aſſuetus, haud
ægre, puto, falſas agnouerit. ego nempe id re com
monſtraui, cum adoleſcentes in diſciplinis uerſa
tos ueras rationes cognoſcere edocui, & alicui ex
præſentibus, cui libuiſſet, ut aliquod ipſis ſophiſ
ma proponeret, iuſſi. ipſi enim ſophiſmatum ab- D
ſurditatem deprehenderunt, quæ aut in figuræ nõ
ſyllogiſticæ inconcinnitate, aut in ſumptionũ fal
ſitate poſita eſſet. atq; ita iſtis inanis ſapientiæ no
mine præditis, iſtis inquam ſenioribus ſophiſma
ta explicare nequeuntibus euidenter patuit, id
ipſis incommodi ex uerarum rationum ignorati
one prouenire: quò fit, ut ſummopere dãnari me
reantur, eo quòd ex temerario aſſenſu miſeram de
gant uitam. falſam enim de uitæ fine opinionẽ ad
miſerias calamitatesq; ducere omnes teſtãtur: iſti
uero homines quidam ſunt in diſcernendis ueris
falſisq; rationibus nunquam exercitati, interdum
opinionis alicuius ueritatẽ intelligere ſe credẽtes,
& contingentẽ rationẽ ſe dixiſſe ignorant, ac tan-
quàm ſenſibus, quæ opinantur, euidenter appare
ant, nos ſequi, et abſq; demonſtrationibus credere
iubent: interdũ uero, cum ſola indicatione oratio
egeat, demonſtratione ipſam cõfirmare nituntur.
atq; ita ſanè quo differat demõſtratione egens ab
eo, quod primario atq; ex ſe notum eſt, ignoran
tes, nihilominus tamẽ de rebus, quibus magna cõ
templatione opus eſt, temere loqui aggrediũtur.
atqui in his erroribus multi, qui iandiu in philoſo
phia cõſenuerunt, inuoluti ſunt. quid igitur, proh
Iuppiter, iſtorum ne inſcitia, umbratiliſq; ſapiẽtia
tibi facile curari poſſe uideturꝰ an & ille etiam, qui
triennium, aut quadrienniũ præduro tumore do
loris ſenſu carente laborauerit, unquam ſanabiẽ?
nunquam profecto ſenum iſtorum animum inſci
tiæ apparentiſq; ſapientiæ ſcirrho triginta iam an
nos occupatum ad ſanitatem redire poſſe credide
rim. at, ſi uelis, id poſſe fieri ponito: deinde dierum
ne ſpatio, an menſium, an annorũ huiuſmodi ſcir
rhi curatio egeat, æſtimato. itaq; ne amplius admi
rator, quam ob rem multos iſtorũ, qui ſe philoſo
phari prædicant, neq; alloqui, neq; cum ipſis di
ſputare dignum exiſtimo. omnes em priuatos ho
mines, natura prudẽtes, eaq; diſciplina inſtitutos,
quæ iamprídem à Græcis probata eſt, iſtis melio
res præſtantioresq; cognoui. facile enim quæ cũq;
ſe euidenter conſequuntur, agnoſcunt: iſtos uero
altercantes, aut quæ placitis ipſorum aduerſen
tur, percipere diſſimulantes plerunque expertus
ſum. porrò cum millies olim cum pleriſq; philo
ſophorum, quæ quenq; propoſitum finẽ uita con
ſequatur, diſputauerim, alij quidem omnes, quòd
primis rudimentis optime inſtituti ſint, acutum
ingenium habent, ipſiq́ue uiuendi modum con
cordem ſuis placitis dicebant, ſermonemq́ue no
ſtrum recte intelligebant: at illi in quadam inani
ſapientiæ opinione (ut ſupra poſui) ad ſenectam
uſque uerſati ſoli cõtraria ſentiebant: deinde cum
ab omnibus præſentibus deriderentur, ad conui
tia iurgiaq́ue ſe conuertebant. Verum quæ à no
bis ſæpius unà cum multis uiris de quoque pro
ſingulis finibus uitæ genere explicata ſunt, in a
lijs habes commentarijs tradita: multaq́ue errorũ,
quos iſti committũt, exempla in illis ſcripta ſunt.
nam quæcunque iſti diuerſis ſectis addicti uitam
corrumpentes inter ſe contraria faciunt ac dicũt,
ex falſo iudicio proueniunt, peccataq; ſunt, quæ
in qualibet ſecta committuntur: ſiquidem uerídi
ca atque optima ſecta non finem ſolum, uerum
etiam genus uitæ fini illi conſentaneum adinue
nit. Quamobrem quid inter peccatum perturba
tionemq; interſit, hinc apertiſſime diſcere liceat.
Aliquis, exempli cauſa, placitum hoc inſtituerit,
homines iuuare, hominibus egentibus re uera o
pem ferre cupiens: cæterum iſte aut ſomno, aut ſo
cordia, aut uoluptatibus, aut aliquo id genus alio
impeditus ſubuenire afflictis neglexerit, ex qua
dam perturbatione errauit. Alius uero quiſpiam
ſibi ipſi tãtum uoluptates curarumq; uacuitatem
comparare ſtatuens, ac proptera ciuibus ſuis, aut
domeſti-

domeſticis iniurijs affectis auxilium denegans, ex A
praua opinione profecto, non ex aliqua perturba
tione peccauerit.

Quod de cuiuſq; uitæ fine opinio falſa peccatorum cauſa ſit.

Multorum ſanè peccatorum falſa de cuiuſq; ui
tæ fine opinio fons & origo eſt, ex ea enim tanquã
ab radice quadam ſingula peccata exoriuntur: po
teſt tamen aliquis de uitæ fine recte ſentiens in ali
quo particulari conſecutionem haud intelligens
aberrare: cæterum tibi, (ut proxime dicebam) acti
ones uitæ ſingulis finibus congruentes in alijs cõ
mentarijs latius enumerauí: in præſentia peccato
rum ſola capita perſtringam, quæ & repetere ſati
us eſſe duco, ut propoſitorum compendiũ quod
dam facile memoriæ mandandum conficiã. quan B
doquidem enim in finis contemplatione felicitatis
humanæ principatus ponitur, haud ab re in ipſum
inueſtigandum omnes incubuerunt: de quo qui ſe
ipſos magni faciunt, prompte ſententiam ſuam tu
lerunt: prompte autem ſententiam tulerunt, aut
omnes, aut uno tantum excepto: quem ipſum ne
que in confeſſo eſt id feciſſe, antequàm de demon
ſtrationibus iudicauerit, eſſent ne re uera demon
ſtrationes, an illi ita eſſe uiderentur. hominem igi
tur propria peccata obſeruantem atq; animaduer
tentem illud ipſum in primis cogitare oportet, iu
ſtum eſſe omnino eos curioſe diligenterq; audien
tem, qui ſeſe quæſita oſtenſione probauiſſe arbi
trantur, poſtea ipſa dijudicare conari: atq; iterum
hoc loco cum ab ipſis acceperit: quem in orationi- C
bus iudicem ueritatis ſtatuant, deinde iterum hæc
ipſa ſecum, ut ſeſe habere oporteat, reputans, con
ſideransq; nunquíd ipſi rurſum iudicandi inſtru
mentum altero egens inſtrumento intelligant, de
inde poſt illud rurſum alio, idq́ue ne in infinitum
protrahatur, ſuſpicans multum ocium nactus lon
go temporis ſpatio unà cum uiris, qui ipſi maxi
me ueridici uideantur: ita primum omnium iudi
candi inſtrumentum contempletur: quod ſcilicet
altero inſtrumento non egens inuenire opus eſt,
* inuentumq; omnibus hominibus oſtendere: id ue
ro & abſq; dijudicatione conceditur, eandẽq;, quã
omnis demonſtratio, uim præſeferre poteſt: atque
ita, quod ſupereſt, in ipſum reſpicientẽ omnia ad
id particularia redigere cõuenit, quod ſanè reſolu D
tionẽ nonnulli philoſophi uocauerũt: ueluti aſcẽ
ſum quendam ab his, quæ media ſunt, ad primariũ
iudicationis inſtrumentum. utpote aũt in re ualde
difficili, quemadmodũ opere plerunq; didiciſti in
iſtis uano ſapientiæ nomine præditis, petulãtibus,
ac propterea ludibrio habitis, q̃ neq; uulgaria quę
ſita ad primum illud inſtrumentũ iudicandi redige
re ualeant, ſibijpſi eum cõſtare oportet, qui ſcien
tiæ capax eſſe uelit, atque in multis ſingularibus,
quæ ipſam inuentã eſſe teſtari poſſint, ut antea di
ctum fuit, ſeſe exerceat. huiuſmodi ſunt aũt ea, quę
in arithmetica linearumq; ſcientia habentur, qui
bus ueluti gradibus aſtronomia & architectura ni
tuntur. age enim ut declarandi cauſa ex architectu
ra exemplũ aliquod promã, urbe cõdita ipſam ha
bitaturis propoſitum ſit non per coniecturas, ſed
exacte quotidie ſcire uelle quantum dici temporis
iam elapſum ſit, quantumq; uſq; ad ſolis occaſum
ſuperſit. id problema ſanè in reſolutoria methodo
ad princeps illud iudicatorium redigi opus eſt, ſi
quis ipſum, quo dixi, modo in gnomonica tracta
tiõe inuenire debeat, rurſumq; ex illo per eandem
uiam, ſed contrario modo proficiſcendo compo
ni: quemadmodũ & hoc in eadem tractatione didi
cimus. porrò in hunc modum cõmuni generaliq;
uia comperta, nobiſq; cognoſcẽtibus ex huiuſmo
di lineis temporis partium dimenſionem fieri ne
ceſſum eſſe, ad corpora deinde tranſire cõuenit li
nearum deſcriptionem uocatumq; gnomonem ſu
ſceptura, ac primum ueſtigare, quæ corporum fi
guræ ad inuentã deſcriptionem idoneæ ſint, dein
de in illis ſingulis, qualis nam hæc deſcriptio fieri
poſſit, ex reſolutione compoſitioneq; inuenire. ac
poſteaquàm rationalis methodus euidentem no
bis propoſitorum inuentionis confirmationẽ præ
ſtiterit, mox ad ea exequenda, quæ per ipſam in
uenta ſunt, accedentes, iterum conſiderabimus,
quo modo depingendi corporis ſuperficiem pla
nam æquabilemq; reddemus, hoc deinde per re
ſolutionem et compoſitionem adinuento aliquod
huiuſmodi corpus fabricati per inſtrumẽta ipſum
lineis deſignare tentabimus: iteruníq; ex reſoluti
one ac compoſitione eo comperto, eiuſdem ſpeci
ei corpora, qualia nos methodus edocuit, conſtru
ere enitemur. cumq; poſtea in multis deinceps fi
guris delineatio facta, hominibusq;, ut re experiã
tur, diuulgata fuerit: iam id, quod à principio pro
poſitum fuerat, exploratum eſt. quando em prima
linea primum ſolis radium excipit, itidemq; poſtre
mum ultima, atq; hoc in omnibus ſolaribus horo
logijs depictis apparet, iam profecto unum quod
dam euidens indicium, quòd res propoſita inuen
ta ſit habebimus: item alterũ, cum omnia delinea
ta corpora inter ſe concordant, necnon & tertium,
cum æqualis aquæ fluxus ipſis reſpondet. hoc et
enim depictorum horologiorum ueritatis iudica
torium futurum ratio adinuenit: quod dico aũt hu
iuſmodi eſt. uaſculũ ex quauis materia conflatum
perforato, primumq; ſolis radium intuitus aquæ
mundæ imponito, deinde tibi cum pictũ horologi
um primã horam præterijſſe nunciauerit, tu quan
ta uaſculi portio aqua impleta fuerit, adnotato, ea
q; effuſa iterũ uaſculum eidẽ aquæ imponito: & cũ
ſecundã horam ſolare horologium ſignificauerit,
uaſculum aſpicito: poſtea cum aquam in ipſo ad e
andem partem peruenìſſe, ad quam & prima hora
peruenit, inueneris, adnotato celeriter, & exhau
ſtum uaſculum iterum in eandem aquam immitti
to, ac rurſum obſeruato, num, quoad tertiã horam
horologium indicauerit, ad eundem uaſculi locũ
aqua peruenìat, ad quem prima aut ſecunda hora
peruenerat: quod ita factum eſſe inueniens, exhau
rito uaſculum, & iterum ad quartam uſq; horam
in aquam demittito, itemq; ad eandem uaſis partẽ

aquam

aquam aſcendiſſe conſpicatus, ipſam ſtatim effun-
dito, denuoq; in eam demiſſo uaſculo quintam ſi-
militer horam explorato, cumq; & in hac ad eun-
dem locum aquam peruenisse comperias, deinde
in ſexta & reliquis deinceps uſq; ad duodecimam
ſi prorſum ita fieri cognoueris, recte depictum eſſe
horologium tibi perſuaſeris, quandoquidem pro-
poſitum demonſtrauit: propoſitum erat autem, in
duodecim æquas portiones totius diei tempus eſ-
ſe diſtributum. porrò numerum hunc tanquàm
omnium utiliſſimum delegerunt, dimidium enim
continet, & duplum, & quartum, & ſextũ, & duo-
decimum, quæ nullus alius poſt ipſum numerus
uſq; ad uigeſimumquartũ continere uidetur. Hũc
ſanè tanquàm exiguum repudiarunt, & duodena-
* rium numerum ueluti commoderatum iudicates B
in tot particulas totius diei tempus diuiſerũt. Hãc
autem partitionem ex uſu eſſe alij multi & Roma
ni ipſi experientia comprobantes atq; utentes o-
ſtendunt: ſiquidem hæreditatem omnem, cum te-
ſtamentum cõdunt, in duodecim portiones diſtri-
buunt: & ponderum ac menſurarum, quibus in ui
ta opus eſt, plurimas in duodecim partes diuidũt.
tu uero ſi iubeas, tibi per methodum horologium
depinxero, ac deinde, ſiue in duodecim partes, ſi-
ue in alium quempiam ſequentem numerum in-
tegrum diem partiri uolueris: in illo profecto id,
quod propoſueras, itidem factum eſſe comperies,
quando & perforatorum uaſculorum menſuræ re
ſpõdeat, & omnino inter ſe depicta horologia cõ-
ſentiant, eo quòd ultimæ in ipſis lineæ diei fines C
cõcludant. ad hunc ſanè modum & uaſculi, quod
græci clepſydram uocant, fabricam ratio metho-
do reſolutoria ueſtigans inuenit, cuius iterum ex-
perimentum uel plebeijs hominibus euidens eſt:
ſumma enim eius linea duodecimam horam ſigni-
ficans excelſiſſimum locum habet, qua parte cle-
pſydra longiſſimum diem dimetitur: breuiſſimum
uero, ubi linea breuiſſima eſt: inter utranq; media
eſt, æquinoctium quæ declarat: ac deinceps quar-
tam pertranſiens perinde omnes anni dies metie-
ris: quod in medio intereſt uſq; ad æquinoctialia
foramina in clepſydræ labris tibi prædictos qua-
tuor dies ſignificabit: à quibus foraminibus poſt
id, quod longiſſimum diem ſignificat, inuenire ſci-
licet incipiam, uſq; ad quam partem altioris in cle- D
pſydra lineæ hora duodecima tranſacta aqua per-
ueniat, poſt illa uero item tertia à duodecima con-
uerſione unam illam in clepſydra lineam, quã cel-
ſiſſimam eſſe dixi, dimetientem reperies: quinetiã
* & alias lineas, quæcunque excelſiſſima inferiores
ſunt, alias horas metientes inuenies, quartam qui-
dem à duodecima: omnibus autem anni diebus
undecimam horam ſignificant ſecundum eius dif-
ferentes partes, ut de ſuprema ante dictum eſt: ac
deinceps quintam, aut ſextam horam ſecundũ di-
uerſas partes ſignificantem, atq; item ſequentem
ſeptimam, octauam, aut nonam, ac reliquas uſque
ad imam lineam horam primam inuenire in ſola-
ribus horologijs clepſydra iam aquæ plena tibi

A pateſiet: quemadmodum & quarta & reliquę uſq;
ad duodecimam inter ſe quidem æquales ſingulis
quibuſq; diebus apparent, ad alias autem aut præ-
teritas aut futuras relatæ inæquales: deinde metho
dum hanc inueniens non cupiu hi, heus tu, quid
ſit cognoſcere? non ne tuam inan em ſcientiæ per-
ſuaſionem percepiſti? qui propoſita hæc cum ne-
ſcias, nõ per anni ſpacium, aut, rectius ut dixerim,
non in omni uita inuenire ualeas: neq; enim hæc
unius hominis uita adinuenit, ſed paulatim linea-
rum ſcientia prouecta eſt: primo quidem elemen-
taribus ipſa præceptis ab aliquo ueſtigatis: poſtea
cum hæc inuenta ſunt, poſteris hominibus dein-
ceps contemplationem illam ſummopere admira-
bilem, quam reſolutoriã nominari dixi, proponen
B tibus, ſeſeq; in ipſa & alios, qui uoluerint, quàm
diutiſſime exercentibus: neq; tamen aliquod hu-
iuſmodi manuarium opus, qualia hactenus de ſo-
laribus horologijs atq; clepſydris declarauimus,
architectari potuerunt. At neq; temerarij erant, ne
que arrogantes, qui huiuſcemodi res indagabant,
quales iſti, qui ſapientiam ſe quærere, aut inueniſ-
ſe gloriantur: illi autem ueriſſimo ſeſe honore de-
corantes, facultatem, quam in anima optimã ha-
bebant, exercere, & ad finem perducere cupiebãt,
rationabilem ſcilicet dico, qua exercitata, & bo-
num habitum ſibi congruentem adepta longe ma
iores uoluptates, quàm illi, qui corporis uoluptа-
tibus pefruuntur, accipiunt. nulla etenim alia qua
dam facultate ab hircis, uermibus, porcis, pecudi-
bus, atq; aſinis diſtamus: neq; ulla alia contempla-
tio ingenui uiri animum uehementius, quàm hæc
reſolutoria facultas, oblectat, cum præſertim in ip-
ſa quiſpiã magnos progreſſus fecerit: inter initia
uero, quemadmodum & aliæ ferè omnes diſcipli-
næ, laborioſa eſt, quòd ſi nihil etiã delectationis af-
ferret, cum tamen in rebus maximis nobis uſui fu-
tura ſit, in ipſa exerceri optimum fuerit: cum illud
præcipuum (ut modo diximus) habeat, ut quantã
uoluptatem afferat, res per ipſam inuentæ decla- *
rent: quod in his, quæ à philoſophia indagata ſunt,
neutiquàm repertum eſt. quocirca eos, qui in ipſã
petulantius garriunt, pudeat: neq; enim, ut qui ho
rologium clepſydram ue haud recte deſignauerit,
à re ipſa euidenter coarguitur, ſic & philoſophiæ
præcepta euidenti examine refutantur: uerum, ut
quis uoluerit, ei dicere licet, cum ſemel impudens
abſq; rationali methodo ab ipſis rebus ſeſe edoceri
affirmat. quòd ſi eos ſolos res uocem adeptæ allo-
cutæ forent, haud ab re ſeſe iactarent ac gloriaren-
tur: at cum res ſileant, neq; nos, neq; illos alloquã-
tur, iam ſatis patet, ſolam, quæ in nobis eſt, rationa
bilem facultatem rerum naturam exploratum ire.
res igitur inuenire potens id prius in rebus euidẽ-
ter hoc teſtantibus demonſtrato, & methodũ no-
bis dicito, cui omne problema reſolutorie ſubijcia
tur, ac uerarum falſarumq; rationũ ſimilitudines
depromens oſtendito rationi, cuius uitium depre-
hẽdere liceat, in rebus obſcuris non eſſe fidẽ habẽ-
dã, omnia hęc homines recte dicta eſſe cõſentiunt,

prætet

præter iſtos temerarios & falſa doctrinę perſuaſio A
ne inflatos, quibus ad ueritatem uia neq; lõga ad-
modum eſt, neq; eiuſmodi, qualem Heſiodus ad
uirtutẽ eſſe cecinit, ſed breuis ac plana, aut potius
nulla eſt. nempe ſi res ipſæ naturã ſuam omnes ho
mines edocent, non decet in rationalibus metho-
dis ſeſe exercentes, fruſtra operam et oleum perde
re. nónne igitur ó maxime cunctos ſapiẽtia excel-
lere uobis perſuadẽtes, hoc ſaltem nobis alijs, qui
nondum ſapientiam ueſtram aſſecuti ſumus, ma-
niſeſte cõceſſeritis, omnes homines oportere om-
nium rerum ueritatẽ cognoſcere, quandoquidem
ipſarum natura ſeipſam patefacere abunde ualeat.
tergiuerſantur iterum, cum ita fuerint interrogati,
non omnes q; aiunt, à rebus edoceri. quinam igi-
tur ſunt iſti, quos res ipſæ edoceant, nobis iterum B
per contãtibus, ſe ipſos ſolos aiũt. quid enim aliud
reſpondere queant, iactantiã, ſcilicet quam ab ini
tio profeſſi ſunt, tueri conſtituentes? At profecto
nos iſtis de ſe quicquid uelint pronunciãtibus ne-
quaquã credimus: cur enim proh dij immortales
ſolis his res ipſæ naturam propriã declarauerint?
num idcirco quia nihil ex primis diſciplinis perce
perunt? Sed hoc merum mendaciũ eſt: alij etenim
plerique ne illas quidem ulla ex parte delibarunt. q
* ſi rationabilem animę uim in diſciplinis exercuiſ-
ſent, effectus id eos poſſe facere teſtaretur. atqui
nondũ eiuſmodi contemplationem attigerunt. di-
cent autẽ forſan, ſolos ſe perſpicaces à natura crea
tos, atqueres acutiſſime cernere, quemadmodum
Lynceus ſubterranea intuebatur. quid igitur, ſi a- C
deo acri admirabiliq; ingenio ſunt, in id genus
propoſitis excutiendis, quorũ inuentio ueridicos
eſſe inuentores manifeſtat, planè ridiculi conſpi-
ciuntur? nullũ enim eorum iſti unquã inuenire po
tuerunt: quin & eorũ inuentoribus declarantibus
ac edocentibus alij ſanè diſcunt, iſti uero ſoli & in
* exercitati, & ingenio tardi percipere nequeunt: de
inde me amici prouocãt, ut an aliquis ex ipſis for-
te me intelligere poſſit, experiar. ſed nullus ipſo-
rum, quod dixi, recitare ualet. Quenam itaq; cæci
tas in propriis dignoſcendis uitijs hac iſtorũ igno
ratione maior eſt? quòd uulgaribus hominibus ſe
ſe rudiores cum uideant ad ea percipienda memo
riæq; mandanda, quæ ab arithmetica, geometria,
architectonica, aſtronomiaq; reperta ſunt, poſtea D
philoſophiæ abſtruſiſſimos locos adeo facile ex-
ploratos ſeſe habere cenſeãt, ut res ipſas ſeſe oſten
dere abſque demonſtratione, rationaliq; methodo
contendere audeant. porrò q ſponte inter ſe adu
lentur, neq; ueritati inueniendæ operam nauent,
ex eo ſcire licet, q de re aliqua ſinguli inter ſuos
tãtum diſcipulos diſſerunt, omneſq; alios tãquam
aberrantes calumniantur atq; uituperant: ego uero
ſi in unum eos locum cogere uelim, id non fe-
runt, ſed ſtatim uerecundiã prætexunt, tieq; ſe co-
ram hominũ multitudine ſermonem habere poſ-
ſe confirmant: nihilominus ipſorum alius uigínti
auditores habet, alius triginta, & nonnunquã plu
res, neq; inter illos dicere erubeſcũt. uerum ego ſi

tres aut quatuor eorum ſermonibus intereſſe uo-
luerim, exẽpli cauſa platonicos quatuor, tres aut
quatuor epicureos, totidem numero alios ſtoicos
et peripateticos, ad hos tres academicos, aut uoca
tos ſcepticos, hoc eſt, conſideratiuos, ut omnes ex
philoſophia uiri uicenariũ numerũ expleant, præ
terea ultra enumeratos ſi totidem adſint, qui ratio
nalem potentiã in mathematicis exercuerint, ſed
philoſophicos ſermones ignorẽt: tunc nullus iſto
rum eiuſmodi uirorum conſpectũ ſuſtineat. quòd
ſi nõnunquam ab hominibus nulli ſectę addictis,
in dicendo autem exercitatis coacti eiuſmodi ho-
minum cœtibus intereſſe nõ recuſent, dum iſti in
ter illos altercant, ſuaſq; rationes conglomerant,
multoties aliquis geometra ſuperuenit, acceſſerũt
& medicorum nõnulli, & alij quidam dicendi ſtu-
dioſi, & mathematicis diſciplinis inſtructi, eas qui
dem, ut quæſtum facerent, exercentes, & nulli in
philoſophia ſectæ inſeruientes. atq; tunc, ut mihi
moris erat, ab ijs petij, ut iſtorum philoſophorum
rationes dijudicarẽt: tum eorum quidam optime
controuerſiam ſedari poſſe, inquit, ſi in id, quod
mundum cõtinere iſti aiunt, uacuum profecti, ex-
periantur nunquid in eo poſitũ corpus una in ſe-
de manere, an & ad alium quoq; locum transferri
aptum ſit. alijs quidem omnibus hæc dicta placue
re, ſoli ipſi inter ſe, nobiſcumq; rixari non deſtite-
runt, probabiles rationes à neceſſarijs diſtinguere
nequeuntes. poteſt eñ corpus in uacuo uno loco
manere, poteſt & nõ manere, neutra ſecta neceſſa-
riam oſtenſionẽ habente. Sed iam mihi tẽpus ad-
ueniſſe uidetur, ut & ego aliquid in medium affe-
ram, parũ ſanè ſperans ab iſtis ſuam inanem ſcien
tiæ perſuaſionem relictũ iri: neque tamen id ipſum
exiguum eſſe duxi, ipſam uidelicet nõ intentatam
relinquere. id igitur ab omnibus conceditur, om-
nem demonſtrationem ab euidentiſſimis inchoa-
ri: ſed illico primus ab ipſis ad ignota tranſitus ab
academicis & conſideratiuis appellatis philoſo-
phis non conceditur: inter nos uero id conuenit,
(quod illorum ambiguitatẽ auget,) diuerſum ab
euidẽtibus id eſſe, quod inuenimus. cum enim ex
euidentibus aliqua intelligentiæ, aliqua ſenſui eui
dentia ſint: inter ſe nonnunq; hæc pugnare uiden
tur, atque in primis hoc ipſum homine exercitato
geret, hæc neutiquã inter ſe diſſidere oſtenſuro. ſe-
cundum ab hoc maximum eſt, quæ euidenter cla
ra ſunt, huiuſmodi eſſe cognoſcere: quidam enim
temere, nondũ clare apparẽtibus perinde, ac talia
ſint, aſſentientes fallunt. ſed quid mireris inquies,
id in rebus intellectui claris temerarijs hominibus
accidere, id ipſum cernens & in ſingulorum ſen-
ſuum actionibus quoſdam cõmittere, cum ex lon
giore ſcilicet interuallo, q; uidendi requirat poten
tia, aliquem accedentẽ intuiti, exempli cauſa Dio
nem eſſe qui accedat, tanquã exacte conſpicati af-
firmant, atqui iſte propius accedẽs interdum non
Dion, ſed Theon eſſe uiſus eſt. itaque ſi procul &
prope uiſorũ imago non differret, minime de his,
quæ procul aſpiciunt, inter ſe diſſidentes, neq; re-

darguerent unq̃, neq; redarguerẽtur: sin alia uero A est propè uisorum, alia nõ propè uisorũ actio, ut illis, qui propius intuenẽ, notũ est, haud iniuria nõ nunq̃ decipiunt. hoc igitur ante omnia memoriæ mãdato, anteq̃ & tu interdũ nimis inconsiderate ad intellectui manifesta pertrãseas: ne aliquod uisibile procul accedẽs equũ esse uerbi causa dixeris, qd propius cũ fuerit, Theodorus esse cognoscat: aut potius te in omni uita ab huiusmodi tam facili assensu abstineto, quem procidentiam & temeritatem nominant. mihi sane id tantum de me tibi dicere liceat, nullus me unquam ita deceptum esse ostendere poterit. ab adolescentiæ nanq; temporibus ita me semper assuefeci, ut tam in his, quæ sensui, q̃ in his, quæ rationi manifesta uidentur, ab inconsulto & præcipiti assensu cauerẽ: ad quæ transiens iam tibi iterum in memoriã reuocare hortariq̃ decreui, ut nulli falsò fidem habeas, ut quotidie permultos amicorũ alicui quæuis loquenti assentiri uideo: q̃ si duo, tres, aut quatuor idem dixerint, non renituntur: sed cum uni assensi plane fuerint, idem tribus aut quatuor dicẽtibus temere assentiuntur: neq; illud perpendunt, utrum istos omnes ex una cõmuni causa uerum dicere, aut cõtrà ex una cõmuni causa mentiri liceat. satius igit fuerit hic cunctari, quemadmodũ et ego facere soleo, & si q̃ maxime derisorem me & incredulum amici mei temere assentientes nominant. igitur nonnulli sunt, qui cum aliquem peregre aduenisse de quopiã audiuerint, statim mihi uenisse hominem renunciant: sed paulo post mendacij conuicti & à C me reprehensi, tantum abest ut in posterũ sese cautiores præstent, ut etiã ægre ferentes mihi irascantur, dicantq̃ se non esse mendacij autores, sed cuidam illud dicenti credidisse, eiusq; peccatum esse non suum, propriam in assentiendo inconsultã temeritatem considerare nolentes: nempe si, ut ego dicere consueui, hominẽ hunc mihi hac de re hoc dixisse: hunc in modum & ipsi auditos sermones æstimarent, haud profecto decíperentur. nunc uero dum mendacium referenti credẽtes falluntur, non illum modo, uerum etiam se ipsos mendaces esse demõstrant: cum amicum peregre in patriam redijsse non ex renunciantibus, sed de ipsomet audire liceret. quandoquidẽ igitur huiusmodi rebus ipsorum haud multo post mendacium declaranti D bus, nõ desistunt tamen propense nimis fidem adhibere, quid in abstrusis atq; reconditis ipsis accidere putandum sit: quas percipere sane q̃ difficile * est: facilius quidem fuerit unius rei semper meminisse, q̃ in eius exacta cognitione persistere: difficillimum autem iccirco fuerit, quoniã id ipsum facere pleriq; recusant. mihi uero huiusce præcipitis audaciæ causam quærenti omnia hæc ipsi agere, ut reliquos ingenio præcellere cẽferent, uisi sunt: celeriter enim quoduis aut sensu aut intelligentia cõsequi laudabile est: quod solum isti homines intuentes sese uicino apprehensionis celeritate meliores probaturos esse cõfidunt, cum tamen ignorantiæ potius celeritatem ostendãt. hæc itaq; à me generatim aduersus omnes temere aliquid pronunciantes inuenta dicere uolui. Cæterũ ad istos rursum philosophos reuertamur, qui incõsiderate de corporibus in uacuo stãtibus, aut descendentibus sermocinanẽ. Architectus nanq; ita non affirmasset prius, q̃ in ipsum mundi uacuum egressus rem experiẽtia comprobasset, atq; unumquodq; in uacuo positum corpus aut eundem locum obtinere, aut in alium transmutari apertissime conspexisset: eiusmodi nanq; ad ostensiones cõstituendas principijs euidentibus, ac sine controuersia ab omnibus concessis ipsos uti cognouimus: at uos philosophantes quorum nullam certam notitiam habetis, ea q̃ clarissime dignosci posse contenditis. Proxime duos altercantes philosophos audiui, alteri B enim eorum aqua lignis grauior esse uidebatur, contra alter ligna grauiora esse defendebat, uterq; autem susq; deq; longas rationes conuoluens asserebat. caput præcipuũq; alterius philosophi argumentum erat, constrictam densamq; substantiam grauiorem esse, quo circa ligna q̃ aqua, grauiora essent. alterius ratio potissima fuit, aquę minus uti cui q̃ lignis inesse, ideo ipsam quoq; grauiorẽ esse debere. hæc uero dicebãt prolixis sermonibus nõ demonstratiuis sententiam suam roborantes, tanquam ipsis rem sensu dijudicare (quemadmodum & nos facere nouisti) non liceret. sed ipsum philosophi adhuc dicere uolentem interrogauerunt, quis nam esset modus, per quem euidenter apprehendi posset, utrum ipsorum grauius esset. neque enim in lancibus id fieri posse dicebant, quemadmodum neque ex uase pleno. etenim expendere lignum possumus, non tamen uas aliquod ipso replere: quod rursum aqua implere ualemus. hæc igitur istis (ut soliti sunt) garriẽtibus ridens architectus inquit, nimirũ uos omnes opinione sapientiæ imbuti eiusmodi semper estis, quæ extra mundum sunt, de quibus cõiectura notitiã accipere solum contigit, scientifice autem comprehendi nequeunt, cognoscere uobis persuadentes: hæc aũt, quæ ad manum sunt, uel imperitis hominibus interdum patentia penitus ignorantes, quemadmodum & id ipsum in præsentia propositũ aquæ scilicet ac ligni pondus exquirere. omnibus igit, qui ibi aderant, architectum rogãtibus, ut quo pacto ligni & aquæ grauitas inter se comparari dijudicariq; possent, edoceret, ipse quidẽ breui & aperte, ut omnes præter solos philosophos intelligerent, explanauit: ab illis uero bis & ter eundem sermonem repetere coactus est, uixq; tandẽ sic rem apprehendere potuerũt. quocirca iure, inquit architectus, permulti nihil istis præter inanẽ scientiæ persuasionem inesse prædicant: stulti nãq; & ingenio hebetes in rebus omnibus obscuris & reconditis conuincunt: at isti uano sapientiæ nomine præditi in notis & apertissimis hærent atq; allucinant. tũc ego hæc eius sermoni subijciẽs haud iniuria id ipsis accidere, dixi, quãdoquidẽ, ut à per se notis ad ignota transeundũ sit, nunq̃ discere laborarunt, neque in illis sese rebus exercere, quæ recte inuenientium

nientium ueritatẽ comprobare, nõ inuenientium A autem errorem coarguere queant. cæterum, ut rideatis, inquit, istorumq; fastus quantus sit, cognoscatis, unum aut duo ex ijs, quæ huiusmodi homines supercilia contrahentes inconsiderate protulerunt, recitare decreui, primumq; illud præcipue dixero, posteaquã peripateticus quidã philosophus accessit unicum esse mundum asserens, eumq; plenum, extra quem nullum esset uacuum, quemadmodum neq; intus: duplici differẽtia, dixi, ab hoc philosopho uterq; istorũ discrepat, ostendi autem stoicum philosophũ, & epicureum: stoicus enim in mundo quidem nihil uacui, sed extra mundum uacuũ esse locum asserebat: ambo hæc epicureus concedens in alio quodam ab ipso dissentiebat. neque enim unum esse mundum, quemadmodũ stoicus in hoc sanè peripateticis assentiens, opinatur: sed quemadmodũ uacuum magnitudine infinitũ, ita et mũdos in ipso multitudine infinitos esse contendit. Ego uero, quæ isti tres suis somnijs patroci nari uolentes dicerent, audiui, ipsosq; nulla ratione ostensoria, sed probabili & coniectrice muniri exactissime cognoui: interdũ uero neq; sese quòd * mentiantur, animaduertere: cum eos singulos, ut in hoc idem propositum aliquam demonstrationem afferrent, prouocaremus. hoc modo itaq; ea, * quæ in libris ipsorum scripta esse nouimus, dissere bant: omnibus autem præsentibus clarissime nullus ipsorum rationem necessariam, aut linearũ demonstrationi consimilem, sed ex argumentatiunculis, quibus rhetores uti solent, compositã afferre uisus est. sed hactenus de diuitibus sermo habitus est. Ad nos igitur ipsos, quicunq; diuites non sumus, reuertamur: iterumq; aliquem ex sapientibus percunctemur: num æquum sit seipsos solos ueritatẽ cognoscentes prædicare ab omnibus alijs tum imperitis, tum philosophis dãnatos. illud nanque grauissimũ est, (dicebam) singulos uidelicet philosophos extra proprium gregem à nullo alio laudari. quem igitur alium præter omnes philosophos iudicem, q̃ ipsa sensibus euidentia expectabunt: aut ex omnibus rationalib. artibus arithmeticos, ratiocinatores, geometras, astronomos, architectos, iurisconsultos, rhetores, grammaticos, musicos: etenim qui se ipsum iudicat atque coronat, aliorum iudicum si expectet sententiam, omnibus suffragijs cõdemnabitur. Hæc in præsentia de uitijs abunde dicta sunto.

CL. GALENI DE ASSVETVDINIBVS LIBER

NICOLAO REGIO CALABRO INTERPRETE.

C VRATIVARVM intentionũ unam ab assuetudinibus existimãtibus existere non solum optimis medicis, sed & omnibus hominibus: quidam omnibus bonis æmulantium conantur ei detrahere, interrogantes nos propter quid nocitus quis secundũ primum usum ab ouinarũ carnium esu, coactus iam secundũ unam quanq; diem comedere eas per totum mensem, nihil amplius nocebitur, uel insuetis minus: deinde D quodcunq; utiq; dicamus, euertentes sermonem, æstimant simul cum hoc & rei essentiã interemisse: quemadmodũ siquis uniuersis cõtradicens eis quæ de modo quo uidemus opinionibus, neq; uidere nos concedet. Quoniam igitur maxima pars ad sanationum inuentionẽ ea quæ ab assuetudinibus est, euidenter apparet: & propter hoc quidem Hippocrates in aphorismo scripsit quadragesimo nono secundę particulæ. Assueti assuetos labores ferre, & si fuerint imbecilles aut senes, insuetis & fortibus iuuenib. facilius ferunt. Amplius aũt per transijt in lib. de dæta acutorum ea quæ ex insueta nocumẽta, & ea quæ ex assuetiori. Erasistratus autem eodem modo in secundo de paralysi de omnib. assuetudinibus, similiter Hippocrati uidetur cognoscens: & adhuc cum his ueterũ medicorum non est qui non cõfessam & incõtradicibilem cautam dixisse uideatur. Etenim qui causam suasibilem uidentur inuenisse secundũ materiã, alij unã, alij aliam inuenerunt. Quidam enim in cibis solũ, alij uero in exercitijs uel adinuentionibus, in omnibus aũt materijs nullus. Quocirca & de frigidatione quam in acutis ægritudinibus facimus, multoties contra operantur nobis aliqui, prohibentes quidem dari febriẽtibus, iubentes autem nos contentos esse eis indicationibus, quas à patientibus particulis, uel locis, & ea quæ in eis dispositione, ætateq̃, & regione, & hora, adhuc aũt ipsius laborantis erasi, & uirtute assueuimus sumere: ridiculosum esse dicentes, si phlegminante hepate, uentre, uel aliqua ita præcipuarum particularum concesserimus, frigidi potatori frigidũ afferre potum, propter nil aliud q̃ propter assuetudinẽ. Similiter enim hoc esse aiunt huic, scilicet cõcedere balnearí frigida ita assuetos et si febriant: tanquã utiq; nobis omnibus qualitercunq; ægrotantibus assueta agere cõcedentibus: sed † non cum omnibus alijs † al. nunc intẽtionibus, & eam quæ ab assuetudine assumentibus. Ari. deniq; Militinensis uir primatũ tenens in peripatetica theoria, ęgritudinẽ incidens à frigidi potatione iuuari potentem, propter id q̃ nunq̃ huiusmodi attulit potum, prohibuit cõsulentes bibere, scire aperte aiens, quoniã spasmabit gustans frigidũ. Etenim in alio hoc dicebat uidisse, corporis habitu in cõplexione simili sibi, & calidi potationis

tionis cõsuetudinem habente. Si uero esset ei con A
suetudo quemadmodũ aliis potationis huiusmodi, maxime quidem neq; ipse timeret eius oblationem. Hic uero & hæc passus est. Coegerunt enim utiq; assistentes medici omnino eum. Ille quidẽ ita mortuus est ut didici. Interrogantibus uero me ad uenientibus ei morienti, utrum sicut in aliis usus fui, his quidem per totam ægritudinẽ, his uero in aliquo tempore dare frigidũ uerentibus medicis, ita utiq; ausus fuissem facere et in illo, uel bene confiderauit sui ipsius cõplexionem homo: Respondi eis recte eum considerauisse: ualde enim erat gracilis: & os uentris frigidissimũ habebat à principio ut singulturaret confestim, si quandoq; breuiter infrigidaretur. Sed quemadmodũ hic nõ utiq; B
sustineret frigidi potũ propter dissuetudinẽ, et corporis naturã, & nimirum egritudine indicante: ita aliis dedi ualde audẽs, si casus certus febris fuerit nullo apparente uiscere phlegminãte. Non ualde autem audax solũ, sed etiam prædicendo propriis laborantis siquidẽ non biberit, mori omnino hominem: si aũt biberit, plurimas spes habere salutis: ita dedi, et cũ deo dicendo omnes liberati sunt qui ceperunt. Quocirca diuturna experientia approbato auxilio, ad causę inquisitionẽ eundum est: rememorantes prius eorum quæ scripserunt Hipp. quidem in libro de diæta acutorũ: Erasistratus autem in libro de paralysi. Igitur Hippocratis quidem series ita habet. At uero bene discibile est usque, neque bis coquere cibaria. Deinde infra adiC
ciens qualiter utiq; quis nocumentũ horum sanet copulãs, rursus de transgredientibus assuetudinẽ ita scribit. Adhuc aũt magis utiq; laborabit hic talis usq;. Si uero quis multo tempore euacuationẽ uasorum passus repente cœnauerit, adhuc magis utique grauabitur. Post hoc rursus Hippocrates quemadmodũ & ante, correctiones quasdam fientis nocumenti in eis qui præter consuetudinẽ euacuationem uasorũ passi sunt scribẽs, deinceps rursus ita ait. Multa uero fraterna his de uẽtre & alia dicet usq;, neq; illud posse repẽte alterata. Ab Hippocrate quidem igitur sufficiunt quæ usq; huc scripta sunt exempla uirtutis assuetudinum: Erasistratus aũt in secundo de paralysi ita qualiter scripsit. Oportet aũt ualde multã cõsiderationẽ facere de D
assuetudine & dissuetudine debentẽ secundũ modum mederi, usq; si debet in non multis eorũ quæ secundum medicinã claudicare. Hęc quidem gloriosissimi medicorũ Erasist. & Hipp. dixerunt de uirtute assuetudinũ, non rationi intentionem eorum attribuentes, sed ex aperte apparentibus docti. Quemadmodum quippe et alios homines quicunq; non sicut sues uel asini uiuunt, sed assequuntur à quibus iuuantur & nocẽtur, licet audire quotidie dicentes assuetos esse circa hunc cibũ & hũc potum, & propter hoc non posse relinquere eos, etenim nocentur secundũ transitus. Similiter aũt & de adinuentionibus aiunt, puta in balneatione, equitatione, uenatione, cursu, lucta, uigiliis, solaribus, stationibus, infrigidationibus, solicitudini-

bus, & quibuscunq; aliis huiusmodi. Contemnentes igitur & nos eos qui nihil uel ualde parum estimant ad curationem conferre eam quæ ab assuetudinibus intentionem, scrutemur quę est causa q multum potest assuetudo, & siue una quędam est, uel secundum singulam materiã alia. Dico autem materiam in qua constituta est assuetudo, puta ut dixi cibos, uel potus, uel exercitia, uel balnea, uel aliquod aliud tale. Et principiũ ab eis quæ comeduntur & bibuntur faciamus. Cur igitur eorum qui bouinarum carnium esu assuete utuntur, quidam quidem non omnino nocentur, quidam autem minus quàm ante? uel propter quid & naturaliter mox, ut ipse Erasistratus scripsit, facilius digerunt bouinas carnes saxatilibus piscibus? Sed horum causa quidem dicta est secũdum eam quæ de naturalibus uirtutibus operã. Dicetur autem nũc & parum post in sermonis cõmunione. Nunc autem ab eis qui propter assuetudinem melius digerunt quencũq; cibum, doctrinam faciamus, communem suppositionem facientes ad hęc omnia & ea quæ naturaliter quibusdã sunt propria, & quæ non propria. Dictum est quidem deinde amplius de omnibus his secundũ naturalium uirtutũ † o- † al. considerã
peram. Incipiamus autem & nunc sermonem, digestionis intelligentiam proponentes. Quemadmodum enim panes frumentarij dicuntur coquere, non quando molentes & diuidentes in tenues particulas cõminuerunt frumenta, sed tamẽ quando super hæc hoc madefacientes aqua, & fermento miscentes, deinde cooperientes aliquo fouentium dimiserint, donec utiq;, ut ipsi uocãt, fermentetur, & post hæc per clibanum assent: Ita et in eis quæ in uentre transglutiuntur, non quãdo in eum transglutita fuerint, digesta esse aimus, sed quando, sicut quæ coquuntur frumenta, secundũ qualitatem transmutationem habuerint. Quemadmodum autem in panibus in propriam nobis comedentibus duci oportet qualitatẽ id quod † come- † al. coquitur
ditur triticũ: Ita in uentre: adhuc & magis in propriorem nomino autem propriorem alteram altera, secundum similitudinẽ futuri ex ea nutriti corporis. aliud enim alij corpori nutrimentum proprium est, & propter hoc animalia ad propria ue-
D niunt nutrimenta indocte à natura ducta: subiugalia quidem ad herbas, paleam, fœnum, & hordeũ, leones uero ad carnes, sicut demũ & leopardi & lupi. Quemadmodũ autem in animalibus secundum genus nõ parua differentia propriorum unicuiq; nutrimentorum est: Ita & secũdum speciem in generibus inueniuntur differentiæ magnæ: his quidem neq; gustare potentibus uinum, cũ multũ autem aliis intristanter bibentibus; & his quidem, ut dictum est, boum & hircorum & arietum carnes cum delectatione quidem comedentibus, digerentibus autem intristanter: his uero neque odorem eorum sustinentibus, neque esum. & si propter inopias cibi alius, quemadmodũ in fame fit, coegerint seipsos assumere huiusmodi carnes, neque digerere potentibus eas sine nocumẽto, euer-

sis ap-

sis appetitibus in oblatione, grauatisq; cõsestim, A
& si utiq; eructuatio eis fiat, neq; hanc intristanter tolerantibus. Quoniam autem hæc ita habere uidentur, primum quidem illius oportet memorari, scilicet afferre homines delectabilius aliis alia secũdum familiaritatem naturæ, uenireq; ad horum esum magis, quemadmodũ & bene digestibilium esse eis uisorum, auertere autem & fugere ab indelectabilibus ut à disdigestibilibus. Itaq; & signum est tunc assuetudo proprietatis naturalis. Quoniã autem & ut causa fit multoties, manifestum est ex dispositis quidem indelelectabiliter, uel cum nocumento ab aliquibus in principio. Si autem paulatim eam quæ ad ipsa assuetudinem sustineãt, neB
que indelectabiliter adhuc dispositis, neq; cũ nocumento. Causa autẽ & huiusmodi talis quædam est, quemadmodum alteratur secundum qualitatem comestorũ & bibitorum singulũ, ita & id disponit aliqualiter id qđ alterat. Ineſt autẽ & huiusmodi sumere argumentũ ex generatorum humorum differentia ab unoquoque ciborum. Hij quidem enim melancholicum humorem generant: illi uero phlegmaticũ, uel choleram, et xantham nominatam choleram non modicam habentẽ: quem admodum aliqui purum sanguinẽ. Diuersitatem igitur & in eis quæ nutriunt particulis, quandam necessarium est fieri adinuicem secundũ nutrientis sanguinis speciem. Euidens autem argumentũ nutrientium assimilationis ad nutritum plãtarum est & semínum transmutatio usq; in tantum fiens C
multoties, ut quæ nociuissima in alia terra replantata, in alia utiq; non innociua solum, sed & proficua fiat. Multa enim est & horum experientia eis qui agriculturalia & de plantis monumenta composuerunt: quemadmodũ demum & ipsis qui de animaliũ historijs scripserunt, eius quæ secundum regiones fit trãsmutationis. Quoniam igitur non solum alteratur quod nutrit ab eo quod nutritur, sed id aliqualiter alterat breui quadã alteratione: necessarium est breuem hãc digna ratione in tempore fieri, ut inæqualitatẽ accedat proprietatis naturalis ea quę à diuturnis assuetudinibus. Igitur in eis quidem quæ comeduntur & bibuntur, inuenta mihi esse uidetur causa uirtutis assuetudinum. De ea uero quæ extrorsum nobis occurrentium, D
uideamus deinceps: uidẽtur enim & ipsa eandem secundum genus habere causam prædictis. Alterationem igitur aliquam operantur secundũ corpus: maxime quidem earum quę in superficie particularum: iam autem & earum quæ in profundo post exteriores: impilatur quidem enim, & colligitur, & stringitur, & densatur cutis, primũ quidem ab infrigidantibus, deinceps autem & huic proxima: & si utiq; in tempore ampliori eandem alterationem patiatur corpus, & eis quæ in profundo communio transmutationis fit. Et secũdum principia uel per sensum confestim, uel secundum accidens nõ primo, quæ ab efficiente causa transmutatio & alteratio nõ minus eis quę in profundo incidit. Densata enim cute aceruatur secundum cor-

poris totius profunditatẽ caliditas. Quemadmodum autem infrigidans causa prædictas alterationes operatur: secundum eandem rationem contrarias earum calefaciens. Etenim & natura habent à contrarijs fieri contraria: hæc quidem primo: illa uero secundum accidens effecta à contrariantibus: quemadmodũ demum rursus contraria multoties ab eisdem causis fiunt. Quocirca & in calefacientibus similiter decipi accidit. Calida deniq; causa puta sol, quãdo inhæserit alicui corpori diu, contrariam dispositionem ei quæ à principio, operatur circa illud: in principio quidem enim æstuãs nos, fundit quidem humores, deprimit autem cutim, & molliorem operatur carnem. Si uero pluribus diebus tempore æstatis in eo conuersatus fuerit quis nudus, arida quidem & dura huic fit cutis, durę uero carnes. Sed in his talibus quidẽ non solius diuturnæ caliditatis est opus, sed copulatæ ei siccitatis. Et plurimũ nos in cogitationibus de causis decipit hoc, spreta ea quæ superplectiẽ causa. Oportet quidem nos considerare alteram quidem esse humidam caliditatem, alteram uero siccam: quod non facimus interdum; & propter hoc fallimur, proprium actum uniuscuiusq; causarum prætermittentes. Si uero quis aduerterit mente, sciet custodientem alterutra. Quemadmodum enim humiditas quidẽ sine caliditate uel frigiditate notabili humectet corpora caliditate calefaciente: ita & conuentus alterutrorum alterutra apparet efficiens. Igitur quidem secundum dulcium aquarum balnea accidit hæc, secundũ uero solis æstuationes sicca causa superplectitur calefacienti. talis enim est æstiualis sol. Itaq; conuenienter quicunquè nudi plurimum in eo conuersantur, quemadmodum messores & nautæ, dura & sicca eorum fit cutis, similiter ei quæ solidorum animalium. Quemadmodum igitur naturales corporum proprietates & totius substantiæ, diuersitatesq; cutis secundum duritiem & mollitiem, & densitatem et raritatem, diuersis cibis & potibus indigent, non similiter autem sibi inuicem omnibus disponentur calefactæ & infrigidatæ: Ita quæ propter assuetudinem fiunt naturalibus proximæ, idem illis retinent iuuamentum & nocumentum ex comestorum & bibitorum, infrigidantiumq; & calefacientium alteratione. Rarum quidem enim & molle corpus facile patitur calefactum & infrigidatum: densum autem & durum tolerat quidem & spernit extrorsum ei incidentia omnia, nõ solum si calefaciant uel infrigident, sed & si durum quid fuerit & asperum. Quocirca & imas cubationes tolerant hæc: econtrario dispositis non tolerantibus eas. Etenim facile cõprimuntur, & infrigidantur, & omne quodcunq; parate patiuntur. Talis quidem deniq; est & qui de his sermo. Qui uero de exercitijs talis. Quæ exercitantur particulæ corporis, fortiores simul & solidiores fiunt, & secũdum hoc posſũt ferre proprios motus, aliis melius quæcunque propter inexercitationem molliores sunt & imbecilliores. Communis autem hic sermo ex

titit & de animæ exercitijs quibus exercitamur. Primum à grãmaticis infantes entes, deinde à rhetoricis didascalis, arithmeticisq;, & geometricis, et rationalibus. Entibus enim uirtutibus secundũ animæ hegemonicon ad uniuersas artes necessarijs, altera quidẽ secundũ quam sequens & repugnans cognoscimus, altera autem secundum quam memoramur: sapientiores quidem secundũ prius dictam, memoratiuiores uero secundum secundam simus: naturam habentibus uniuersis uirtutibus, ab exercitijs augeri & robur accipere, noceri uero ab ocio. Quemadmodum & Plato secundum hanc seriem in Timæo significauit ipsis nominibus dicens ita. Quemadmodum dixi pluries, quoniam tres animæ in nobis species habitãt proprios singulæ motus habentes, ita etiam & nunc ut per breuissima dicendũ, quoniam quæ quidem earum in ocio est degens, & suijpsius motum in quietem ducẽs, imbecillissima necessario fit. Eam uero quæ & exercitijs est robustior, custodiẽdum quatinus utiq; habeat motus adinuicem commensuratos. Hæc prædicens deinceps ait. Hoc autem deniq; de principalissima eius quæ apud nos animæ specie intelligere oportet hic, ut utiq; eam dæmonem, id est angelicam intelligentiam deus cuique dedit: hanc denique aimus habitare quod nostrum in summo corporis, ut ad eam quæ in cœlo cognationem à terra nos eleuet, et tanquam entes nos plantam non terrenam, sed cœlestem rectissime dicentes: illinc enim unde est prima animæ generatio, processit diuinum, et caput & radicem nostram extollens erexit uniuersum corpus. Ei quidem igitur qui circa uoluptates, uel circa lites cõuersatur, & his intendenti, fallacia omnia dogmata necesse est & mortalia fieri, & omnifariam, inquãtum maxime possibile mortali fieri huic, neque minimum dicere utpote tantum aucto. Ei uero qui circa mentes dilectionis disciplinæ studet, & maxime eorum quæ sui ipsius exercitatur, sapere quidem immortalia & diuina, siquidem ueritati adhæret, necesse omni inquãtum contingit participare humanam naturam immortalitatẽ nullam partem deficere, utpote aut semper famulãtem diuino habentem, aut ipsum semper perornatũ dæmonem cohabitantẽ sibi præferentem dæmonem esse. Administratio uero omnis omni una proprios unicuiq; cibos & motus reddens. In his sermonibus Plato de tribus speciebus animæ docuit nos nõ solum ad philosophiam utile, sed & ad corporis sanitatem, secutus Hippocratem secundũ hoc uniuersaliter quidem dicentem. Vsus potentat, ocium liquefacit: secundũ speciem autem de exercitijs, dicendo tex. ult. iiij. Epide. Labores cibos præcedant; de eis uero quæ secundum partem omnibus speciebus quando ait. Labores, cibi, potus, uenerea, omnia mensurata. Quocirca & hic oportet attendere mente ad ea quæ dicuntur: habent enim quandam obauditionem, similiter alijs sermonibus omnibus siquis negligenter audiat, quemadmodum quidam; exercitari enim unumquenque eorum qui sunt, exposcimus, nõ utiq; sine terminis & mensuris cõgruis, amplius intendentem exercitia ut dissoluatur uirtus. Ita autem & cibis & potibus & uigilijs & uenereis in congrua mensura uti, neq; minuentem quidem, neq; addentem. Superexcellentiæ enim dissoluunt uirtutes: defectus uero in unoquoq; prohibent tantum à perfecta utilitate, quantum ipsi à commensuratione deficiunt. Enunciatũ est autem hoc & ab Hippocrate, in uno exemplo ubi ait, aphorismo quadragesimooctauo secundæ particulæ, In exercitijs omnibus quando inceperint laborare, mox quiescere il laborioso sum. Et alıqualiter sermo iam secũdum familiaritatẽ rerũ docuit, quid et de animæ assuetudinibus in memorijs, et cogitationibus, & quæstionibus rationalibus, quarum & ipse Erasistratus meminit in sermone de assuetudinibus non adijciens causam: & nimirum non solum Hippocrate, sed & Platone dicente eam. Hæc nanq; scilicet in familiaribus & commensuratis exercitijs singula uirtutum agente robur eis efficit. Hæ quidem sunt differentiæ assuetudinũ, secundum uirtutem materierũ in quibus consistunt, & à quibus fiunt. Cum autem ab Erasistrato & de euacuationibus quæsitum sit, quid fiendum sit de corpore dicente: Cum assueti fuerint quidã in eis, & de his scrutandum. Scimus enim quosdã ex naribus fluxum sanguinis patientes, uel secũdum periodos æquales temporum uel inordinate, uel hæmorrhoidas, uel uomitibus, uel diarrhœis, uel choleris captos: quosdam autem sponte effundentes uel per phlebotomiam, uel per apertionem earum quę in sphyris, uel per palatum, quemadmodũ demum & per purgantia pharmaca uomitiua & subductiua, de quibus etiam ipsis scrutari oportet. Mihi autem non uidetur corpora propter consuetudinem indigere huiusmodi euacuationibus. Sed propter quam causam indiguerunt † huiusmodi euacuatione uel natura operante eam, uel aliquo homine secundum æstimationem medicinalem, ita rursus & pluries indigere ipsa in † eadem. Quidam enim in prauis diætationibus, quidam aũt propter præparationem prauam corporis aceruantes sanguinis multitudinem, uel cacochymiam, à prædictis euacuationibus iuuantur: natura uel aliquo medico quod superfluum effundente antequam ægrotet homo. Quibusdam autem ægrotantibus, crisi in huiusmodi excretionibus ægritudinis sanatio facta est. Quidam autem à medicis curati sunt similibus auxilijs usi, deinde post capti simili ægritudine, curatiq; per eadem, si utique aliquando rursus eis uel totius corporis grauitas, uel capitis solius inæqualitas aliqua, uel & quid eorum quæ præter naturam aliud super appareat, communicantes medicis proprer ipsam dubitare aiunt capi eisdem ægritudinibus quibus ante capti fuerunt, præcedentibus similibus symptomatibus: deinde anticipantes uel per purgationem aliquam, uel per sanguinis ablationem effugere expectatam ægritudinem, paratius ad idem accedũt auxilium, cum

† al. subaliationem

† al. prima

† al. eisdem

cum senserint aliquod simile symptoma post aliquando incidens eis. Quidam autem & antequã sentiãt, terminum præuidẽtes temporis secũdum quod indeterminata periodo taliũ passi sunt quid, euacuari anticipant: nominãtq; præseruatiuã euacuationẽ in assuetudine factã eis: nec ullam alterationẽ † corporis ex huiusmodi euacuationibus accipientes, qualẽ monstrati sunt accipere in antedictis: sed ab eadem causa eadem patientes. Si igitur mutauerint diætam, paucioribus cibis utentes, addentes autem exercitijs: inægrotabiles perdurant ex assuetudinum alteratione † iuuati, non quemadmodum dicti prius nociti. Non enim assuetudinis ratione per euacuationes contingebat iuuari eos, sed in prava diæta cacochymiã & multitudinẽ aceruantes.

† al. subaliationem

CL. GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER PRIMVS

THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

Vm una sit ars quæ corpori hominis tuendo dicata sit, ut alibi à nobis ostensum est: eius primæ ac maximæ partes sunt duæ: quarum alteram sanitatis tuendæ, alteram morbi profligandi facultatem appelles. Earũ cõtraria inter se officia sunt. Siquidem illi tueri, huic immutare statum corporis est propositum. Quoniam autem & dignitate & tempore sanitas morbum præcedit: utique & nobis quemadmodum hæc seruanda sit, prius tractare cõueniet: post autem, quo pacto cõmodissime morbus sit abigendus. Vtriusq; facultatis inueniẽdæ communis ratio est, ut, quidnam ea corporis affectio sit quæ sanitas dicitur, liquido constet: quandoquidem nec præsentem seruare, nec amissam restituere, si eam penitus ignores, licet. Scripsimus de hoc alibi, ostendimusq; similarium quas uocant partium sanitatem, calidi, frigidi, humidi, & sicci symmetriã, id est conuenientiam inter se quandam esse: instrumentalium uero, ex similarium ipsarum cõpositione, numero, magnitudine figuraq; constare. Quare quisquis hæc commode tueri possit, is optimus sanitatis custos fuerit. Tuebitur hæc quimodos omnes quibus uitiãtur, compertos prius habuerit. Sicuti enim, si impatibile nobis, nec ulli affectioni obnoxium corpus esset, nullam desideraret artem quæ eius tutelæ præesset: ita nunc, cũ numerosissimis affectibus expositũ sit, certam sibi deposcit artem, quæ & omnia eius incommoda perspicere, & ipsum ab ijs tueri possit. Sanè quæ corpus nostrum lædunt, corrumpuntq; ea sunt genere duplicia. Altera nobiscũ congenita, & quæ uitare nequeas, quæq; ex ipsis generationis principijs ueluti radice oriuntur. Altera, quæ & declinare possis, & orta à nobis non sunt: quæ tamen non minus quàm illa corpus nostrum conficiunt: quorum utraque iam seorsum distingue-

Medicina simis sanitas.

Corpus humanum 3. species.

mus. Sanguis, semenq; genitale, generationis nostræ primordia sunt; ille, ceu materies quædam apta, cõcinnaq;, & opifici ad quiduis sequax: hoc, opificis rationem obtinens. Constat horũ utrunque ex ijsdem genere elementis, humido, sicco, calido, & frigido: aut, si mauis ab essentia sumptis nominibus, quàm à qualitate nominasse, aqua, terra, igni & aere. Sic enim demonstratum nobis est in eo libro quem de Elementis ex Hippocratis sentẽtia scripsimus. Dissident hæc inter se ipsa tẽperamenti mensura. Siquidẽ in semine plus est igneæ substantiæ, atq; aereæ: in sanguine, aqueæ, terreęq;: quanq; prepolleat in hoc quoq; & calidũ frigido, & humidum sicco. Eoq; fit ut non siccus, sicut ossa, pilúsue, sed humidus merito dicat. At semen sanguine siccius quidem est: cæterũ ipsum quoq; humidũ fluxileq; est. Atq; ita nobis utrinq; ex humida substantia genituræ origo proficiscitur. Hanc tamen humidam seruari non erat, si modo ex ea nerui, arteriæ, uenæ, ossa, chartilagines, mẽbranulæ, & alia id genus fieri deberent. Ergo statim in generationis initio cõiectum copiosius oportuit elementũ id quod siccandi uim haberet. Est uero id natura quidẽ maxime ignis, sed tamẽ & terra. Est enim ea quoq; res sicca. Verũ huius plus immiscerí principijs nõ erat, si modo hęc humida erant futura. Ignis certe, quo minus plus sit admistum, nec obstat quicq;: & sanè admistũ est tanto planè plus in utroq; principio, quãtum nec iam torreat, urátue, & tamen abũde siccet. Quippe etiam tantus calor adhibitus agilitatem præstare ad motiones sat erat. Ab hoc igitur primũ cogitur, paulumq; concrescit quod in utero conceptũ est: mox siccius redditum, ueluti lineamenta quędam & rudimenta cuiusq; membri obtinet. Vlterius uero etiam siccescens, nõ lineamenta rudimẽtáue modo, sed etiam exactam uniuscuiusq; speciem ostendit. Iam uero in lucẽ editũ & magnitudine proficit, & tũ siccius tũ ualentius semper efficitur: donec ad summũ incremẽtum (ἀκμὴν Græci uocãt) sit peruentum. Tum uero & incremen-

tum omne siſtitur, oſſibus nimirũ ipſis per ſiccita A quoq; recte à maioribus ei rei πρόσθημα Græce
tẽ non ultra ſequacibus, & ſanguinis ſpiritusq; ua eſt inditum. Cum igitur eſſe, bibereq;, neceſſaria
ſa, ſpiritus ipſius flatu in latũ aguntur: cuncta de animantibus ſint, has autẽ res ſubſequitur excre
nicq; mẽbra nõ ſolum robuſta fiunt, ſed etiã uires mentorum generatio: natura non ſolum ipſis ex
ſuas ſummas obtinẽt. In eo uero quod ſequiẽ tem cernendis excludendisq; inſtrumẽta inſtituit, ue
pore, omnibus iam partibus ſupra iuſtũ ſicceſcen rumetiã inſtrumentis ipſis facultates inſeruit; qui
tibus, non ſolum cuiuſq; officiũ minus probe ad bus incitata, quædã ad ſe trahũt, quædã alijs tranſ
miniſtrat, ſed etiam corpus ipſum macilẽtius gra mittunt, quędã excremẽta expellunt. Porrò hæc,
ciliusq; ꝙ ante, redditur. Ergo ultra ſiccatũ, non quò corpus ſemper mundum, atq; excrementis
macilentius modo, uerũetiam rugoſum efficitur. uacuum ſeruetur, nec obſtrui aliquatenus, nec ad
Artus quoq; ipſi inualidi, atq; ad motus ſuos in proprias functiones imbecilla eſſe oportet. Atq;
certi inconſtantesq; probantur. Affectio hæc [in ita geminium iam ſcopũ ſalubris uictus ſermo no
animalibus] ſeniũ appellatur, ei quæ in ſtirpibus ſter expoſuit: alterum, eius quod exhauſtum eſt,
ἀνανσις Græce dicitur, proportione reſpondens. reficiendi: alterum, excrementa expellendi. Ter
Eſt enim & illa ſtirpis ſeniũ, ſiccitatis exceſſu pro tius nanq; qui huc ſpectat, ne animal præpopere
ueniens. Vna igitur hæc eſt omni genito corpori B ſeneſcat, duos iam dictos neceſſario comitatur. Si
corruptelæ interitusq; connata neceſſitas. Altera enim in neutro ſit erratum, nec quod exhauſtum
eſt quæ etiam in animalibus præcipue cernitur, eſt reſtituendo, nec excrementis expellendis, &
totius ſubſtantiæ fluor, quẽ inſitus calor excitat. ſanitate interim corpus fruetur, & uigoris teno
Hæc itaq; incommoda nullũ quod genitũ ſit cor rem quàm longiſſime ſeruabit. Verum de hoc po
pus effugere poteſt: reliqua quæ hæc ſequuntur, ſtea procedente ſermone dicetur. Nunc quod re
prouidentia conſilioq; certe poteſt. Porrò his quo liquum eſt eorũ quæ ab initio differere propoſui
que nõ aliunde origo eſt, ꝙ ex ipſis iam dictis in mus, adijciam, quò ſanitatis tuendę ſcopos quot,
cõmodis corrigendis, atq; ſarciendis. Nam cũ to qualesq; ſint, clarius diſtinguam. Illud (arbitror)
ta moles animaliũ in perpetuo fluore ſit: ni ſimilis iam diximus: Si corpus noſtrum impatibile, om
altera ſubſtantia pro ea quæ defluxit, reſtituta ſit, niśque affectionis expers eſſet, ſicut adamas, aut
euaporabit certe atq; diſſipabitur uniuerſa. Quo quiduis id genus, minime artem ullam requireret
factum arbitror, ut natura nõ animalibus modo, quæ ei tuẽdo præſideret. Sed quoniam duplices
uerũetiam ſtirpibus inſitas quaſdã uires deficien corruptionis cauſas, alteras internas & à ſe, alte
tis ac deſiderati ſemper appetẽtes, ab initio ſtatim ras extrinſecus incidentes habet: neceſſe eſt curã
dederit. Non em̃ uelci, bibere, aut reſpirare, à quo C prouidentiamq; non paruã deſideret. Et ex ſe qui
quã uſquam diſcimus, ſed ſtatim à principio facul dem duplici ratione cõſumi corpus indicauimus:
tates in nobis habemus quæ hæc omnia citra do una, quòd uel ætatis curſu, uel aſſiduo ſubſtantiæ
centem perficiant. Cibo igitur, quicquid ſicciorís fluore ad interitum tendat: altera, quæ utiq; eſum
ſubſtãtiæ effluxit, reſtituimus: potione, quicquid potionemq; conſequitur, ipſo excrementorũ pro
humidioris: atq; ad priſtinã ita ſymmetriã ambo uentu. Atq; ex ſe quidem ita corrumpitur. Eorũ
reducimus. Ita uero & aereæ igneæq; ſubſtantiæ uero quæ extrinſecus incidũt, unũ certe eſt quod
modum reſpiratu, arteriarumq; pulſu tuemur. De ſeparari ab eo non poteſt, quodq; illi perpetuo, &
quibus omnibus etiam ſingulatim dictũ nobis in (ut ita dicam) ueluti connatum adhæret, aer ipſe
alijs uoluminibus eſt: nec à præſenti diſputatione ambiens. Alia nec neceſſario & incertis tempori
alienum cenſemus, ut quæ ibi demonſtrata ſunt, bus nobis accedunt. Ille (nẽpe qui circunfunditur
ad ſanitatis tuendę artẽ hypotheſeos loco poſitis, aer) nos lædit uel quòd calidos immodice, uel ꝙ
ſic quæ deinceps ſunt, aggrediamur. Cum enim frigidos, uel quòd ſiccos, uel ꝙ humidos efficit.
quotidie propter inſitum ipſis calorẽ, cunctis ani Hæc, ꝙ cõtundunt, quòd diuellunt, ꝙ uulnerãt,
malibus nonnulla ſubſtãtiæ portio defluit, nec eſt uel quòd articulum aliquẽ loco mouent. Oritur
aliter huius iuſtum ſeruaſſe modum, ꝙ cibi, po D hoc loco logica quædam diſputatio, quæ in utran
tionis, reſpiratiõis, & arteriarũ motus ope, neceſ que partẽ rationes habet, alijs horũ omnium cu
ſe eſt ex ijs contrahi excrementorum prouẽtum. rã ad ſanitatis tuendę artẽ pertinere affirmãtibus,
Nam ſi quale erat ipſum quod effluxit, tale pror alijs eorum tantum quæ calfaciant, refrigerẽt, hu
ſus adiungere agglutinareq; ei per totum liceret: mectent, aut ſiccent. non em̃ ſiquid colliſu, uulne
optimũ id, ſaluberrimũq; planè eſſet. Verum ubi re, aut ſimili quopiam affectu à naturali habitu ſit
qd̃ ſingulis particulis defluit, tale natura eſt, qua emotũ: id ſtatim aut noſſe, aut declinaſſe, ullius eſ
lis ipſa eſt particula, nihil autem eorum quæ edun ſe artis munus. Ego uero de ꝓblematis id genus
tur bibuntúrue, eiuſmodi prorſus eſt: neceſſariũ agendũ mihi nõ ſtatui: ſed quod utraq; pars ultro
naturæ fuit prius ea mutare, & concoquere, & ꝙ cõcedit, eo accepto, ad propoſitũ reuertar. Illud
fieri maxime potuit, efficere corpori alendo reſti ergo cõfeſſum utriq; arbitror, quę uulnere, uel illi
tuendoq; ſimilia. In quo opere ſiquid nec conſe ſu, uel ſimili aliqua ratiõe lædũt aut corrũpũt, om
ctum, nec prorſus adſimilatum eſt, id corpori nec nibus eſſe nota. quæ calfaciẽdo uel refrigerando,
adnaſcitur accreſcitue, & per ipſius laxiora intus uel madefaciẽdo, uel ſiccãdo, nõ omnibus. Ergo
ſpatia tanꝯ ſuperuacaneum errat: unde nomen ne nos quidẽ quiq; ab officio alienum feciſſe ui-

debimur

debimur, ſi, quæ oĩbus nota ſunt, prætermiſſis, A eſt: Vna quæ ex ea mutatione accipitur quæ per
ad ea quę parũ nota ſunt, potius uertamur: quãdo ætatum uices cernitur. Poſtea nanq; ꝙ editum a
minime propoſitũ eſt, hoc ſaltẽ opere, ſophiſticos nimal in lucem eſt, perpetuo mutari eius tempera
cauillos diluere, ſed potius quo pacto quis in ua mentum (ut ante propoſuimus) eſt neceſſe. Qua
letudinẽ minime incidat, docere. Rurſus igitur ad re ſi in tẽperamenti qualitate ſanitas cõſtituitur,
propriũ initium ſermonem reuocemus, ac diligẽ qualitas autem ipſa nõ permanet eadẽ, nec ipſam
tius adhuc quæ pro hypotheſi ſunt habenda, com ſanitatem eandem ſeruari eſt poſſibile. Altera nõ
memoremus. Primũ ergo ad præſentiũ cõtempla minus euidens demõſtratio ab ipſa ſumitur actio
tionem pro hypotheſi præſumptum eſto, ſanita nis differẽtia. ſiquidẽ nec qui ſani ſunt omnes ocu
tem non eſſe abſolute elementorũ ex quibus con lis, æque cernunt, ſed alij perſpicacius, alij obtu
ſtamus, aut mediũ tẽperamentũ (quam eucraſian ſius; nec auribus pari modo audiunt: immo hic
uocant) aut debitã conuenientiam, (quã ſymme quoq; magna eſt in exceſſu defectuq; diuerſitas.
trian appellant) quẽadmodũ oĩbus fere qui an ſed nec pedibus ſimiliter currũt; nec manibus ap
te nos ſcripſerunt, uiſum eſt: ſed eã duntaxat quæ prehendunt: nec reliquorũ deniq; membrorũ mu
ſimilariũ eſt partiũ, ut alibi demõſtrauimus. Secũ nia ſimiliter obeunt: ſed hic probius, ille deterius.
do loco illud quoq; quod alibi nõ minus demon B Si itaq; actionũ diuerſitas pro temperamenti mo
ſtrauimus, præſumptũ pro hypotheſi eſto, nempe do reſpõdet, cogit planè ratio ut totidem ſint tem
inſtrumentaliũ ſanitatẽ in figura, numero, magni peramentorum diuerſitates, quot ſunt functionũ
tudine, ac cõpoſitione ſimilariũ cõſiſtere. Tertio, differentiæ. Quòd ſiquis κατασκευὴν, id eſt con
functionibus ſecundũ naturã obeundis, ſanitatis ſtitutionũ uel ſtatuũ potius ꝙ temperamentorũ
habitũ diſcerni. Poſtremo ſanitatẽ quandã opti dicẽdum putat, quo utiq; in omnem ſectam ratio
mam eſſe, & (ut ſic dicam) conſummatã atq; ſum quadret, ita nimirũ colligat licet. Sanitas omni ſe
mam: quandam ceu deficientem ab hac, nec pla ctæ ſymmetria quædam eſt. Nobis, calidi, frigidi,
nè abſolutã perfectámue: atq; hanc etiam latitudi humidi, ſicci. Alijs, corpuſculorum, & meatuum
nẽ habere non paruam: hæc quoq; pro hypotheſi quos ὄγκους καὶ πόρους Græce uocant. Alijs, inſecti
hoc loco ſint: quæ alibi nobis certiſſimis ratiõni lium, uel incõpactilium, uel partium diſſimilariũ,
bus iã firmata, nũc quoq; nihilo ſecius ſunt demõ ſimiliariúmue, uel deniq; primorum elementorũ
ſtranda. Maxime uero uelim, qui his ſtudere uo cuiuſcunq; ſed ſecundum cuiuſq; ſectę opinionẽ,
luerit, eũ librum legat in quo illud inueſtigamus, pro ipſorum modo, membrorum noſtrorũ actio
cuius deniq; artis pars ſit ea quæ ſanitatis tuendę nes reddimus. Si itaq; uaria eduntur opera, utiq;
curã profiteẽ. is liber inſcriptus Thraſybulus eſt. C uaria eſt & elementorum in ſingulis ſymmetria:
præterea eum quẽ de optimo corporis noſtri ſta quam eſſe ſanitatem ſupra propoſuimus. Quin &
tu ſcripſimus. item quẽ de euexia, id eſt bono cor citra omnem elementi mentionem hoc pacto col
poris habitu. Sunt hi breues ambo libelli: quos ſi ligas licet. Si membrorũ conſtitutioni functiones
perlegerit qui ad hæc accedet, facillime conſeque ſuæ reſpõdent: quotquot harum uarietates dabũ
tur quæ mox dicẽtur. Dictum iam alibi nobis eſt tur, totidem nimirũ & cõſtitutiones erunt. Atqui
etiã eum librum qui de elemẽtis ſecundum Hip reſpondent conſtitutionibus opera. erũt ergo ne
pocratem inſcriptus eſt, neceſſariũ ad præſentem ceſſe eſt tot cõſtitutionũ diſcrimina, quot ſunt fun
diſputationem eſſe. Quod opus ſequuntur, tũ id ctionũ differentiæ. ſunt uero hæ numeroſæ. quare
quod de optima corporis cõſtitutione, tum id qd̃ erunt & cõſtitutiones [æque multę.] Si ergo om
de euexia cõſcripſimus. Ab his hypotheſibus ue nium qui ſani ſunt, membrorũ conſtitutio in ſym
luti fundamentis operis iactis, hinc alicunde ſani metria cõſiſtit, cõſtitutiões autẽ ipſæ uariæ ſunt,
tatis tuendæ tractatio incipiẽda erit. Cum ſanitas quando quidẽ functiones ſunt uariæ: utiq; multæ
ſymmetria quędã ſit, ſymmetria omnis duplici ra uariæq; ipſarũ conſtitutionum ſymmetriæ erunt.
tiõe nõ ſolũ perficit̃, ſed etiã dicit̃: alias q̃ ad ſum Quare etiã ſanitates multę uariæq;, nõ ipſa cõmu
mũ peruenit, et uere prorſuſq; ſymmetria eſt: alias D ni omniũ forma, unde dictæ ſanitates ſunt, ſed ma
quæ ab huius abſolutione perfectioneq; paulũ de ioris minorisq; ratione inter ſe diſſidentes. Sicuti
ficit: Vtiq; & ſanitatis ſymmetria duplex quædã enim niuis candor, ab eo qui in lacte uiſitur, qua
fuerit: hæc quidẽ exacta, optima, abſoluta, & ſum tenus candor eſt, nõ diſſidet, maioris minorisq; ra
ma: illa paulo ab hac deficiens, nõ tamẽ eatenus, tione diſſidet: ita & Achillis uerbi gratia ſanitas,
ut animali ſit grauis. Exiſtit & hoc loco logica ab ipſa quæ in Therſite eſt, quatenus ſanitas, nõ
potius ꝙ ex uſu artis dubitatio quædam, neganti differt, ſed eſt cũ ipſa eadẽ: altero quopiã ab ea diſ
bus quibuſdam alium alio magis eſſe ſanum, aut fert. Id uero alterũ, aliud planè nihil eſt ꝙ maioris
eſſe eius affectus quam ſanitatẽ dicimus, notabi minorisq; ratio. Neque enim eſt quod quiſquam
lem ullam latitudinem, ſed unicam eſſe eam affir dicat non edi ab oĩbus hominibus uarias actio
mantibus, & quæ ad unguem ſit exacta, nec maio nes, neq; aliunde diſſimilitudinem hanc naſci, ꝙ
ris minorisq; ratione diuidua. Mihi uero ſicuti al ex ipſa cõſtitutione unde actio proficiſcit̃. Quòd
bum corpus aliud magis, aliud minus album cer ſiquis eos duntaxat ſanos eſſe cõtendat, quorum
nitur: ita & quod ſanum dicimus, magis minusq; ſingula mẽbra functiones ſuas obeunt abſolutiſſi
tale eſſe uidetur. Cuius rei duplex demonſtratio me; cæteros qui minus probe ſint affecti, non eſſe

ſanos

sanos: sciat is se uniuersæ tractationis quæ de sani-
tate tuēda instituitur, fundamentū subuertere. Si
enim huic propositū est seruare tueriq; eam quā
ab initio accepit sanitatē: nemo autem nostrū sa-
nus est: luce clarius fit inutilem irritamq; fore quā
nunc de sanitate tuēda artem instituimus. Itaque
nec quærenda nobis talis ulla est, sed plane silen-
tio prætereunda, sermoq; iamiam finiendus. Om-
nes ergo eiusmodi difficultates summouet ipsius
ueritatis cognitio. Non enim absoluta ipsa tantū,
quæ insectilis est, simul est & dicitur sanitas, uerū
etiam quæ ab hac deficit, modo tamen usibus no-
stris adhuc nō sit inepta. Quippe sanitatem omes
requirimus, tum ad uitæ functiones, quas plane
morbi impediunt, atq; auferunt: tum uero ut mo-
lestia careamus. Angimur enim doloribus nō le- B
uiter. Eam uero corporis cōstitutionē in qua nec
doloribus cruciamur, nec in uitæ actionibus im-
pedimur, sanitatē appellamus. Quā si quis alio no
mine appellare malit, nihilo plus ex ea re conse-
quetur: sicut nec qui καπάθεαν, id est perpetuam
inualetudinem inuehunt. Quippe si hanc propte-
rea inueherēt, q̄ omne genitum corpus, sicuti ge
nituræ, sic etiā interitus causas ab initio secum na
tas habet, sicuti à nobis antea demonstratū est: uti
que laudati à nobis essent tāquam & uera & anti
qua dogmata professi. Nunc, cū sanorū ægrotan-
tiumq; corporū constitutiones easdem esse specie
decernūt: nec autores laudo, nec placitū probo:
cum longe melius existimē, satis amplam latitudi
nem sanitati tribuere, q̄s omes homines perpetuo C
urgentibus morbis premi. Qui & si esse in nobis
omnium morborū semina dicant, tamen fatentur
ipsi ea tam esse parua, ut sensum nostrum omnino
effugiant. Esto igitur (si uelint) doloris quispiam
in nobis affectus, uerū tā exiguus, insensibilisq;,
ut minime officiat. Sunto, si libet, & febres, sed a-
deo leues, ut neq; sensum sui ullū afferant, liceatq;
per eas & negocijs publicis priuatisq; perfungi,
& balneo uti, esseq; et bibere, ac relīqua quę opus
sunt peragere. Quippe facultas ad necessarios u-
sus minime impedita, sanitatē potius determinat.
Non enim functionū imbecillitas, morbi statim
nota est, absolute ita citraq; exceptionē loquēti, ni
si adiectū sit, quę præter naturam cuiusq; sit. Siqui
dem omnes (arbitror) & cernimus male si cū aquí D
lis & lynce comparemur: & confuse oblæseq; au-
dimus si cum Melampode, & pedibus parum ua-
lemus si cum Iphiclo, & manibus si cum Milone
conferamur. Quouis deniq; membro propè muti
li uideamur, si cū ijs qui hoc ipso maxime ualent,
comparemur. Quis igitur nostrum se non probe
oculatum existimet si formicas duum stadiorū in-
teruallo non cernat? Aut quis auritū se parum re-
cte putet si quod sexaginta stadijs abest, nō exau-
diat? At si quis literas hac pagella descriptas recte
non cernat, is iam oculos merito accuset: non ta-
men si quatuor has ipsas cubitis abiūctas nō per-
uideat: nisi forte ea prius oculorum acie fuit, qua
uel has cerneret. Sic em (arbitror) accuset, dicatq;

A merito, quod omnibus hominibus dici assolet, nē
pe hoc prius fecisse, nunc idem facere non posse.
hunc enim morbo aliquo teneri dicemus, siquidē
senectutis uitio imbecillitas ea non incidit. quam-
uis sunt qui senectutē quoq; ipsam morbum esse
uelint. Cæteros quibus natura non dedit ut acute
uideant aut audiant, aut celeriter currant, aut alia
id genus ualide strenueq; obeant, neq; morbo te-
neri, neq; in totum præter naturam se habere cen
sebimus. Omnis siquidem morbus præter natu-
ram est. hi se præter naturam plane non habent, si
cuti nec senes. Non igitur absolute citraq; excep-
tionem sanos ægrosq; functionum firmitate in-
firmitateq; iudicandum: sed sanis uerba illa, secun
dum naturam: ægris illa, præter naturam, adijci
oportebit: ut sit nimirum sanitas, affectio natura-
lis actionem perficiens. contra, morbus, affectio
præter naturam actionem impediens. Neq; enim
si affectus secundum naturam se habeat, cōtinuo
etiam sanitas existit. Est enim affectus secundum
naturam tum Aegyptiorum nigritia, tum Gallo
rum candor, tum Scytharum rufus color: quorū
tamen nullum est sanitas, cum ea omnino in colo
re non consistat. Neq; si præter naturā se habeat,
protinus morbus est: quando ita uel ex sole nigri-
tia, uel diutina umbratili consuetudine cōtractus
cādor, morbus sit. Sed adiecisse oportet sanitatis
notioni, quòd causæ rationem ad aliquod opus
edendū obtineat: morbi uero notioni, quòd actio
ni incōmodet. Verum de his alibi dictum à nobis
locupletius est. Ad præsentem disputationem il-
lud solum sumpsisse sufficiat, permagnam sanita-
tis latitudinem esse, nec eam in omnibus nobis
æqualiter prorsus inesse. Quòd si cui uiolentum
appareat ὄυκρασίας, id est medij tēperamenti no
mine censeri quod medio ad unguē temperamen
to nō sit: is, quæso, reliquorum in uita nominum
usum ad memoriam reuocet: ubi & potionem &
balneum ὄυκρατον, hoc est, tēperatum dicimus
non solum cum alterum huic, alterum illi tale est,
sed etiam cum ad eundem hominem in latitudine
tale est. Nam si auerso paululum qui biberit, inie-
cerit quis in calicē calidæ frigidæ ue exiguū, nul-
lam mediocris tēperamenti mutationē deprehen
det. Atqui siquod tēperatum est, ita exigis ad un-
guē, ut omino indiuisibile insectileq; sit: haudqua-
quā iniecto uel calidæ uel gelidæ minimo, tēpera
tū esse uidebitur. Ad eundē modū, neq; siquis in-
natationē temperatā, frigidę pusillū iniecerit, uti
litatē eius protinus corruperit. Quin ambientem
quoq; nos aerem temperatum dicimus etiam si in
alterutram partē paululum sit propensus. Deniq;
quid miri si eucrasian in satis amplam latitudinē
extendunt uniuersi: quando & in lyris consonan
tiam ipsam quæ summa exactissimaq; sit, unicam
atq; insectilem esse probabile sit: quæ in usus ho-
minū ueniat, certe latitudinē habeat? Sæpe nāq;
quam percommode temperasse uidearis, alter su-
peruenies musicus exacte temperauit. Siquidem
nobis ad omnia uitæ munia sensus ubique iudex
est. Quare

est. Quare ipso etiā eucrasian dyscrasianq; iudica A
bimus. Pari modo actiōis uitiū cuiusq; præter na
turā suā male habentis mēbri, non ante morbum
decernemus, q̄ ad sensibilem magnitudinē perue
nerit. Nec quisq; ut ad rē propositā ne hic quidē
referat, ipsamne læsam actionē, an affectū cuius
uitio lędit, morbū dixeris: sicuti nec siue quis affe
ctionem, siue constitutionem appellasse malit. Di
ctum à nobis alibi & de his est, & simul euidenti-
bus rationibus confirmatū, tum morbū, tum sani-
tatē in corporis affectione cōstitutioneq; consiste
re, minime in actione, actionisue læsione. Cæterū
ex horū morosa perpēsione discussioneq; parum
uel ad ualetudinem tuendam, uel ad morbū sum-
mouendū iuuamur: cum illud modo nouisse satis
sit, corporis constitutionē quæ causæ rationē re- B
spectu actiōis obtinet, utriusq; facultatis scopum
esse, & eius quæ sanitatē tuendā, & eius quæ mor
bum profligandum profitetur: quippe cū hanc &
præsentē seruare, & amissam restituere propositū
nobis sit. actiones uero constitutionē corporis ne
cessario sequuntur: eam quæ proba est, inculpatæ
probeq; : quæ cōtra est, culpabiles ac uitioseq. Qua
re quoniā id quod ope nostra seruaī restituiturq;,
affectio quędam corporis cōstitutioq; est, eam ue
ro ex necessitate functionū sequitur [bonitas:] ad
præsentem certe disputationē parum attineat, fun
ctionúmne, an cōstitutionū in genere morbus sa
nitasq; collocāda sit, inquiras. id potius attinet, ut
illud pro hypothesi sumentes, q̄ in naturali cor-
poris nostri cōstitutiōe illa seruāda maxime sunt, C
quorū beneficio functiones obeamus: ac illud me
moria repetētes, q̄ similariū quidem partiū eucra
sia, [instrumētaliū] forma, positura, numerus, &
magnitudo, functionū sunt causæ: præterea quòd
hęc omnia in latitudine quadā spectanī: etiā in sin
gulis hominibus seorsum quæ relīqua sunt perse
quamur. Ad quæ sanè nō paruā cōmoditatem af-
fert latitudo horū perspecta. Nam cū eucrasia du-
plex omino sit: altera quæ in animantiū saltē cor-
pore cogitatione potius usurpetur, q̄s solide subsi
stat: altera quæ in sanis omnibus subsistit atq; appa
ret: hanc rursus à nobis diuidi par est: quippe in
qua nō parua diuersitas inueniet. Id q̄s sit uerum,
uel ex ipsis ętatib. maxime deprehēdas. Cū em ad
omnē uoluntate susceptā actionē adolescentiū æ- D
tas sit aptissima: infantium certe senūq; minus ad
hāc est apta, propterea q̄ illis humor, his siccitas
frigiditasq; nimis abūdat. In alijs tamē functioni-
bus quas naturales appellamus, ueluti auctiōe, cō
coctiōe, distributiōe, & nutritiōe, infantes planè
cæteris ætatib. lōge præstāt. Neq; tamē eo secius
omnibus per omes ętates licet esse sanis. Ergo quē
admodū in ętatū diuersitate se habet, ita etiā in na
turalis habitus differētijs immēsum quantū tēpe-
ramentorū discrimē inuenias: ut duorū exēpli gra
tia similis ætatis puerorū, hunc altero lōge humi
diorē, illū siccioreē. pari modo hūc calidiorē, illum
frigidiorē. Quibuscūq; igit corporibus multo su-
pra iustū calēdis, frigidis, humidis, aut siccis esse

cōtingit, ijs planè optima tēperies nō est. In qui-
bus autē ab eo quod absolutissime tēperatū est, di
uersitas quędā intelligit, minor tamen q̄s quæ sen
su discerni possit: hæc certe, q̄ ad usum pertinet,
pro absolutissimis accipimus: ita ut sanitatis, quā
in latitudine contēplamur, hæc quidē medij sit tē-
peramenti, nec ulli uitio obnoxia, quod saltē sen-
su percipiatur: hæc ceu intēperata, uitioq; exposi-
ta. Huius sententiæ euidentissima indicia sunt di-
scrimina quæ in gracilibus corpulentisq; notant:
quippe quorū cōtrarias habitudines ex cōtrarijs
tēperamētis ortas esse necesse est. Sicuti igit nec
nimiū gracile corpus probamus, nec quod ualde
est obesum: ita nec tēperamenta eorū plane lauda
bimus, tāetsi utrunq; q̄s maxime sanū esse conspi-
cimus. sed quæ in medio habitudines sunt, σύμμε-
τρα Græcis dictæ, sicuti ipsæ debitā partiū cōue-
nientiam, speciemq; inculpatā habēt: ita id totum
conuenientis laudabilisq; tēperamenti beneficio
acceptū ferunt. Tales ergo corporū habitus, si ue
ritatē ipsam ad unguem exigas, absoluta saltē exa
ctaq; temperie ne ipsos quidem temperatos dixe-
ris. Verum quod sensu iudicetur, atq; ad usum sit
satis, non inculpabiles solum, sed etiam optimos
censueris. Sanè indicium euidens est ne ipsos qui
dem exactissimum temperamentum consecutos,
ex eo quòd nunquā eodem statu permaneant, sed
primam ætatum ipsarum mutationem recipiunt,
nulla harum eundem perpetuo tenorem seruāte,
sed semper ad siccius tendente. Alteram, quæ so-
mni ac uigiliarū, quietis & motus, tū motus ipsius
differentiarū, ad hæc bibendi sitiendi, edendi esu-
riendi, ciborū potionisq; copiæ aut inopiæ, præte
rea balnei, iracundiæ, studij, doloris, omnium ta-
lium occasione prouenit, quæ tantum non om-
ni momento temperamentū immutant. Quis igi-
tur in tanta mutatione optimū undecūq; tempera
mentum inuenire speret? quippe quod sicui un-
quam optima natura prædito contigit, certe ne
momento quidem durauit. Adeo mihi sanè admi
rari subit eorum opinionem qui sanitatem eucra-
siamq; citra omnem latitudinem unicamq; esse cō
tendunt: nec si quid ab hac paulo discessit, utique
sanitatem esse. Qua nimirum sententia ἀκαπάθειαν
obiter imprudentes inuehūt: disputantq; de re aut
nunquam planè uisa in animalis corpore, aut si, D
quando uisa est, ne minimum quidem tempus du
rante. His ergo quam somniāt sanitatem, ipsis ser-
uandam linquimus. Nos interim ad eas quæ in a-
perto sunt, reuertimur. Quarum cum duplicem
statuamus subsantiam, [unam de qua planè queri
non sit, alteram de qua queri liceat] de qua mo-
do uerba fecimus, suū utriq; scopum reddamus:
nempe ei quam inculpatam diximus, exactam ab
solutāq; planè, quod utiq; sensu aduerti possit, cu-
stodiam. Alteri de qua conquerare, non exactam.
Quippe intēperies quæ intra sanitatis sunt termi-
nos, corrigere oportebit ita, ut quę iusto siccio-
res naturę sunt, humidiores reddas: quæ humidiores
sunt, siccio-res. pari modo q̄ frigidiores sūt, ut harū

excessum

excessum castiges: quæ calidiores, earum superã- A tiam ad moderatius reuoces. Hæc qua salubris uictus ratiõe fiant, procedẽte sermone docebimus. Prius enim tradendum arbitror quemadmodum optimæ naturæ cõseruanda sit sanitas. Ante id uero quænam sit optima corporis constitutio, exponemus. Est igitur ea, si substantiã eius spectes, & quæ optimo tẽperamẽto sit, & quæ figurã partiũ egregie ad functiones cõparatam habet: ad hæc, quæ omnem tum numerum, tũ magnitudinẽ, tũ omnium earũ inter se contextum ad actiones idoneum exhibet. Si uero indicia notasq; respicias, cuius corpus carnis mediocritatẽ præfert. porrò id tale est, quale inter gracile & obesum, medium esse docuimus. Nec refert si pro obeso corpulentóue crassum dixeris. Idem reliquorũ quoq; ex- B cessuum in medio planè est situm, ita ut nec hirsutum id merito dixeris, nec glabrũ: sed nec molle, nec durum: nec nigrum, nec candidũ: adde etiam nec uenis amplis, nec obscuris: nec iracundũ, nec ignauum: nec somnolentum, nec peruigilem: nec hebetem, nec callidum: nec in uenerem pronum, nec à uenere alienum. Quòd si omnibus quoque corporis partibus plane medium omnis excessus teneat, pulcherrimum id usu nimirum fuerit, utpote symmetron. Erit nõ minus ad labores omẽs plane idoneũ: nec reliquis eucrasiæ, id est boni tẽperamenti, cuiusq; mẽbri notis quas in secũdo de tẽperamentis retulimus, destitutũ. Nam multos uideas quibus caput attẽperatũ cõmode sit: thorax, uẽterue, & quæ gignẽdo tributæ partes sunt, C parũ prospera tẽperie sint. Quorundã uero in artubus intemperies est. Non desunt & quorũ unũ aliquod uiscerum, aut alia quæpiã particula una, pluresue, interim uero plura aliqua uiscera parũ salubri sint temperamento. Ego uero in unica instrumentalium partium intemperiem, idq; in non paucis notaui, ita ut, uerbi gratia, reliqua omnis uentriculi concauitas uno temperamento cõmodo incommodóue esset, alio ipsum duntaxat uentriculi os. Cæterum de ijs, ubi de uitiosis corporũ statibus disceptabimus, agetur. De optimo uero, & cuius singulæ particulæ uniuersam substantiã inculpatam habent, nũc dicetur. Huius ergo sortis homo cum arti sanitatis tuẽdæ traditur educãdus, fortunatus utiq; sit, si statim editus in lucem D ei committatur. Ita nanq; ad animi quoque affectus nonnihil lucrifaciet, ipsa nimirũ recta uictus ratione mores quoq; probos reddente. Cæterum siqua etiam sequentium ætatũ eius se moderationi summittat: sic quoq; commoda sentiet non mediocria. Sanè primum dicetur quemadmodum si huiuscemodi hominem ab initio susceperis, eundẽ per omnem uitæ cursum sanum custodias: modo nequid uiolentũ extrinsecus illi incidat: id qd' utiq; ad sanitatis tuendæ artificem parum attinet. Secundo loco quẽadmodum si non recens natũ puellum acceperis, sed qui iam præceptoribus dari sit habilis, eius quoq; curã ages. Postremo quẽadmodum reliquarum ætatũ cuiuslibet. Ergo recens natus infantulus cuius corporis constitutio omni nota uacat, primum quidem fasciis deligetur: sed corpori prius toti sale modice insperso, quo cutis eius dẽsior solidiorq; ijs quæ intus sunt partibus reddatur. In utero enim eque cũ reliquis mollis erat: cũ nec durius ullum corpus inibi contigerit, nec aer illi usquã frigidus incideri: quorũ cõmercio cõtracta densataq;, & q̃ ipsamet prius, & q̃ reliqua mẽbra dẽsior duriorq; fieret. At quoniã iam editus infans, in frigore, calore, atq; inter corpora multo se duriora uersetur necesse est, ob hæc ipsa nimirum naturale eius tegmen præparari quodãmodo à nobis, reddiq; ad indolentiam & tolerantiã q̃ aptissimũ par est. Ita uero qui secundum naturã se habent infantes, uel solo sale præparati munitiq; abunde fuerint: quando qui siccorum myrti foliorum, aut aliorum id genus insperssione egent, ijs plane uitiosus status sit. Nobis uero ad præsens de ijs qui optimo statu sunt, disserere propositũ est. Ergo hi fasciis (ut dictum est) inuoluti, lacte pro alimento utantur, & balneis salubriũ aquarum. Vniuersam nanq; uictus rationem humidã sibi adhiberi postulãt, ut qui cæteris ætatibus tẽperamẽto sint humidiore. Atq; ex ijs quæ ad sanorum uictus rationẽ sunt necessaria, primũ hoc se ad disquisitionem statim offert. Nam sunt qui humidiores naturas siccandas semper putẽt: sicuti ediuerso, quę frigidiores sunt, calefieri debere: madefieri quæ sicciores: frigefieri quæ calidiores. Quippe similibus quẽlibet excessum augescere, contrarijs remitti ac minui: unoq; uerbo, contraria cõtrariorũ esse remedia. Oportuit uero nõ id modo Hippocratis legisse eos, meminisseq;, sed & illa quoq; in quibus ait humidam omnẽ uictus rationem febricitantibus esse utilem, præcipue uero puellis, & ijs qui tali reficí uictu sunt assueti. Videtur eñ in his tria deinceps pari inter se iure possisse, morbũ, ætatem, consuetudinẽ. Atq; à morbo quidẽ contrarij adhibẽdi indicationẽ accipit, ab ætate, & consuetudine similium. Febri nanq;, ceu morbo calido & sicco, humida conueniunt. Puellis, ut quibus ea ætas non morbus, sed secundũ naturã sit, id maximè est utile, quod planè est simillimũ. Pari modo consuetudini, utpote quæ adscititiam acquisititiamq; naturã in corporibus gignit, contraria dedisse in primis est noxiũ. atq; hæc merito. Quæ eñ corpora secundũ naturã se habẽt, ijs seruari custodiriq; suũ habitũ decet. quæ morbo aliquo premuntur, ijs cõtra alterari, & ad cõtrariũ habitũ trahi expedit. Ac seruatur quidẽ similibus unumquodq; : alteraẽ contrarijs. Haudquaq; itaq; siccandi pueri sunt, si modo in his nulla præter naturã humiditas subest, qualis in rauce dine, distillatiõe, catarrhoq; conspicit: sed pro naturæ ratione alendi, ac dulcium aquarum balneis humectãdi: (quæ enim medicã uim aliquã præ se ferunt, omnes planè siccant, ueluti quæ sulphuris aliquid, bituminis, aluminisue repræsentant) tũ cibo eo potioneq; nutriendi, qui humidæ quãmaxime naturæ sint. Ad hũc modũ & natura ipsa pueris consu-

ris consuluit, & lac matris in humentis alimenti A usum præparauit. Atq; optimũ quidem est etiam reliquis forsasse omnibus infantibus ipsum lac matris, modo nullo morbo sit corruptũ: maxime uero ei qui optimo est temperamento, de quo nunc sermo instituitur: quippe cuius maternum nõ corpus modo totum, sed etiam lac à uitio esse alienũ non sit absimile. Ac sanguine quidẽ dum adhuc in utero gestamur, ali nos constat. ex sanguine uero lac gignitur, exiguam in mãmillis mutationẽ adeptum. Quare qui matris lacte pueri aluntur: ij iam non solum consueto, uerũetiã maxime proprio utuntur alimento. Videtur autem non modo nutrimentũ id natura infantibus præparasse, uerũetiã facultates quasdam naturales quibus eo utantur, ab initio protinus cõtulisse: quãdo si mo- B do natis papillã statim in os inseras, & sugunt lac ipsum, & deglutiunt prõptissime. Quin sicubi forte offendũtur plorant ue, non minimũ ijs doloris lenimen est nutricis papilla ori indita. quippe tria hæc doloris infantiũ remedia nutricibus ipso usu edoctis inuenta uidemus: unum quod modo retulimus, & altera duo, motũ mediocrẽ, & uocis modulationẽ. Quibus perpetuo usæ nõ solum mitigant, sed etiã somnũ conciliant: uel hoc ipso testificante natura ad musicã eos & exercitia suopte ingenio esse propensos. Adeo quisquis his artibus probe uti sciet: is nimirũ & corpus & animũ optime instituet. Nutricibus igitur triplex puellis excogitata dimotio est: in cunis, in lectulis pendentibus, in suis ipsarũ ulnis. ubi iam hoc aliud quoq; C nobis æstimandũ oritur, ad sanitatis tutelã uel in primis necessariũ: cũ Asclepiades plane aperteq; exercitationes dãnet; Erasistratus uerecũdius timidiusq; decernat, cæterum idem cũ Asclepiade sentiat: reliqui ferè medici non solũ ad euexian, id est bonam corporis habitudinẽ, sed etiam ad sanitatẽ eas prædicent. Porrò exercitationũ tria saltẽ prima notanẽ genera, utiq; quot motionũ differẽtię. quippe aut à nobis ipsis mouemur, aut ab alijs, aut medicamẽto. Horũ tamen tertia species ad sanos nequaq; pertinet. Sed qui ab altero præstatur motus: nauigando, equitando, uehendo, atq;, ut paulo ante dictũ est, in cunis, lectulis, ulnisq; obitur. Recens tamẽ nati puelli tã ualentẽ motum q̃ est qui uehiculis, nauigijs, equisue præstatur, ad- D huc non desiderant. At qui iam tertium aut quartũ annũ agũt, his uehiculo nauigioq; modice agitari licet. Septẽnes uero etiã ualentiora exercitia tolerant, ita ut equitare iam assuescant. Per se uero moueri tum primum pueris licet, cũ iam repere cœperũt, magisq; etiam cum ingredi. Immature uero cogendi omnino non sunt: ne crura eorũ pondere uitiẽtur. Sanè uel hac ætate facile declaratur quanta sit naturæ nostræ cum exercitijs societas, cũ pueros, nec si concluseris loco aliquo, prohibeas quo minus discurrãt, ac pullorũ uitulorumq; ritu lasciuiant. Quippe sua cuiq; animanti natura satis est ad proprias cõuenientesq; excitãdas appetitiones, quibus sanitatẽ salutẽq; tueatur. Verũ Asclepiades nihil horũ cogitãs, per magnũ ocium captiunculas texit quibus docere conetur nihil ad bonã ualetudinẽ exercitia conferre. Verũ huic postea quod par est respondebit, ceu garruli tate ad finẽ potissimũ taxãda. Est enim nobis hoc loco propositũ nõ sophistarũ nugas refellere, sed qd' ad sanitatẽ tuendã conducat, præcipere. Itaq; ad infantes redeo qui optimo corporis habitu sũt. porrò his animi q̃q; mores citra uitiũ esse par est. Qui eñ iusto sũt ad irã magis pcliues, aut animo plane demisso, aut sensiles magis aut insensiles, aut p̃ter modũ gulosi, hos parũ idoneo tẽperamẽto esse ijs partibus quibus prædictorũ singula administrant, necesse est. Proditũ uero de his susius est in ijs libris quos de Hippocratis Platonisq; placitis scripsimus. Verũ qui nunc propositus infans est, undecũq; absolutus est. Huius ergo sicut nullum ex animi moribus corrigere, sic eosdẽ seruare nequo uitiẽtur, oportet. Seruaẽ uero quidq; ijsdem planè generibus, quibus corrũpitur. Corrumpuntur animi mores praua consuetudine cuiusq; horũ, cibi, potionis, exercitationis, uidendi, audiendi, totius denicq; musices. Itaq; peritum horum omnium esse eum medicum oportet qui sanitatis tuendæ curam suscipiet, nec ea opinione esse quasi ad solum spectet philosophũ animi mores effingere. Quippe huic ob aliud omino maius id muneris tribuitur, nempe animi sanitatem: medico uero, ne corpus facilius in morbos dilabatur: quando iracundia, fletus, ira, tristitia, cura immodica, & multæ super his uigiliæ febres accendunt, ac grauissimis ualetudinibus initia præbent: uelut ediuerso cogitationis mentisq; segnitia, ac animus omnino deses, decoloratos, atq; ex atrophia id est nutrienti defectu graciles, ob naturalis caloris imbecillitatem reddunt. hunc enim calorẽ præter cætera intra sanitatis fines custodire oportet. Custoditur autem modicis tum corporis tum animi exercitijs. Qui nanq; motus modũ non seruant, siue ij ex rationali, siue ex appetitoria, siue ex animosa animi parte cientur, si modum nimiũ excesserunt, bilioſum animans reddunt. Si intra modum nimiũ subsistunt, pituitosum frigidumq; efficiunt. Quinetiam priorẽ habitudinem febres, & qui calidiores affectus sunt: posteriorẽ iocinoris & uiscerum obstructiones, comitiales morbi, apoplexiæ, in summa, destillationum fluxionũq; morbi plerunq; excipiunt. Et nos ægros quotannis nõ paucos persanauimus solis animi motibus ad debitum modum reuocatis. Est uero non spernendus huius sententiæ testis, ipsum patrium nobis numen Aesculapius, qui multas scribi cantilenas, mimosq; ridicularum rerũ fieri, & melodias quasdam instituit ijs quibus uehementiores animosæ partis motus, corporis temperamentum iusto calidius efficerẽt. Alijs quibusdã, neq; ijs paucis, uenari, equitare, atq; armatos exercitari iussit, ijsdemq; statim tum motuum ipsorum speciẽ, utiq; quibus motus iniunxit: tum armorum, quibus armatis exerceri præcepit, definiuit. Non eñ

quo pacto excitetur erigaturq; animosa pars, cũ imbecilla sit, præcipere sat habuit, nisi etiam meminerim eius ab exercitationum idea definiret. Non enim pari modo excitatur ea animi portio cum apris, ursis, tauris, & alijs id genus prævalentibus robore belluis agitandis sumus attenti; & cũ leporem, capreã, & id genus fugacia ac timida sectamur. Nec similiter cũ in leui armatura, & graui exercemur. Nec pariter cũ citato cursu dimouemur, & cum mediocri motu agimur. Nec ubi cũ alijs contẽdimus, & ubi soli agimus. Iam clamore, an tacitus ad labores inhorteris irritesq;, non parum sanè interest. Verũ de his latius dicetur in sequentibus. Sed infantes qui optimũ sortiti sunt temperamentum, (de his enim sermo erat) non leui cura egent, ne quos animi motus immodicos incurrãt. Quippe loquelæ adhuc expertes, ploratu, clamore, iracundia, & inordinato sui motu, dolorem indicant. Nostrum igitur officium sit, coniectantes quid desiderent, assidue id suppeditare, prius q; auctus dolor in nimium atq; inordinatum motum unà cum corpore etiam animum ipsum universum coniiciat. Siquidem dentientes, aut ab externo quopiam offensi, aut aluum exonerare, aut meiere, aut esse biberęue cupientes, perinde ac discruciati plorãt, atq; enormiter mouenẽ. Fieri etiã potest ut frigore offensi teporẽ desiderent: sicuti contra æstu afflicti refrigerationem. Est quando multitudinem instratorum non tolerant. Quippe multos offendit id quoq; nõ minimũ: maxime uero cum aut totum corpus uertere, aut etiam artus mouere cupiunt. Quinetiam ipsa quies si sit diuturnior, non parum molesta esse solet, quãdo nulla animans immodico ullo delectatur, sed semper mediũ modum expetit. Porrò medius modus nõ unus omnibus est, sed ex eorum semper est numero quæ in collatione ad aliud spectantur. Quocirca qui curam infantis educandi suscipiet, hũc planè ut acrem mediocritatis conuenientisq; coniectorem esse, ita hęc semper præbere oportet priusquam ex desiderio cuiusuis auctus dolor simul cũ corpore animũ quoq; in motus immodicos coniiciat. Quòd siquãdo quod infestat, imprudẽtibus inscientibusq; nobis auctum esse contigerit, corrigere id tentabimus illico uel præbito quod expetit, uel sublato quod offendit, etiam motu per ulnas nutricis adhibito, ac uocis modulamine, quo uti prudentiores nutricũ consueuerunt. Ego nãq; puello quodam totũ diem irato, ploranteq;, ac immodice se inordinateq; iactante, nutrice ipsa omnis consilij inope, deprehẽdi quod offendit. Quippe ut neq; papilla in os immissa, neq; à nutrice prolatus si forte meiere, aut aluum exonerare uellet, lenitus est, sed nec cum ab ulnarũ agitatu reclinari est cœptus, aduerti autem tum lectum, tũ inuolucra, tũ uestes ipsas sordidiores, præterea puellum ipsum immundũ, atq; illotum lauare detergereq; iussi, tũ lectulum mutare, ac uestem omnẽ tersam mũdamq; præbere. Quibus peractis, protinus ab immodico agitatu conquieuit, illicoq; dormiuit non suauissimum modo, uerũetiam longissimum somnum. Vt uero recte conijcias quæ puello offiant: non modo solertia est opus, sed etiã assidua de ipso qui nutritur experientia. Hæc igitur omnia usq; in tertiũ à natali annum circa puellum peragenda censeo. In primisq; de nutrice ipsa non minimam habendam esse curam, quid edat, quid bibat, quo pacto in somno, uenere, exercitatione se habeat: ut uidelicet lac eius egregie sit tẽperatũ: quale certe erit si sanguis eius quam optimus sit. porrò is talis est, qui nec flaua abundat bile, nec atra, nec pituitosus est, nec serosus, nec aquoso liquore permistus. Nascitur autẽ eiusmodi sanguis ab exercitatione moderata, & cibis tum boni succi, tũ iusto tẽpore modoq; assumptis, præterea potione tẽpestiua modiceq; sumpta. De quibus omnibus in ijs quæ post dicenẽ, diligenter agetur. A uenere omnino abstinendã esse quæ cunq; lac prębebit, moneo. Nam & menses uiri consuetudine prouocãtur, & lac odoris gratiam in deterius mutat: quinetiã aliquæ in utero concipiunt: quo alienius à puello adhuc lactente nihil est. Ita eñ quic quid sanguinis est optimum, in fœtũ absumitur. Quippe is cum propriũ in se uitæ principiũ conti neat, & huius moderamine agitur, & assidue conueniens sibi alimentũ trahit, utero ipsi ueluti radici adhærens, nec usquam ab eo nocte dieue discedens. Interim uero non minor modo, uerumetiã deterior rationabiliter redditur ipsius grauidę sanguis. Quo fit ut lac ipsum tũ peius, tũ uero exiguũ in mammillas colligatur: Quare si quæ infantẽ lactat, uterũ gerit: ego magnopere suaserim aliã inueniendam nutricem. Cuius etiam lac gustũ, odoratu, usu consiederandum explorandumq; diligẽter sit. Siquidem quod optimũ est, id gustanti olfacienticq; planè suaue, intuenti candidũ, æquabile, ac liquidi crassiq; mediũ apparebit. Qd' uitiosum est, ediuerso aut crassum & caseosum, aut liquidũ & serosum ac liuidũ, tũ cõsistẽtia ipsa colorecq; inæquabile uidebit. Idẽ gustantib. amarorẽ, aut falsedinem, aut qualitatẽ quampiam extraneam exhibebit. tale uero nec olfacienti suaue erit. Atq; lactis probi improbiq; hæc sunto indicia. Quibus diligenter animaduersis, quoties uel concepit mater, uel morbo aliquo est affecta, ad aliam nutricẽ quæ iudicio delectuq; paretur, festinandum censeo. Tum uero puellum quoad primores dentes emiserit, solo lacte alendum. Quo tẽpore eum soli diori quodammodo iam cibo assuefacere conueniet. quod etiam experientia planè doctæ mulieres faciunt: primũ panem, mox legumina, ac carnem, & similia, omnia prius commansa puellorũ osculis immittentes. Corpus autem infantium cõfricare oportet oleo dulci: sicuti id ipsum recte peragunt nutrices pleræq;, statim ipsas corporis partes modulantes atq; fingentes. Verum in eo quẽ proposuimus puero, qui corporis statu est optimo, quod ad mẽbrorum modulũ saltẽ attinet, nihil est q; curiosa nutrix sit, sed tantum fricet quotidie mediocriter, ac lauet: idq; quam fieri maxime

potest lacte in uentriculo minime adhuc hærente crudo: quippe q; periculum est ne priusquam probe sit concoctum, in totũ corpus infantis digeratur. Multo uero maxime si quis uentriculũ ipsum adhuc lactis plenum infricet, tũ corpus crudo alimento implebit, tum caput onerabit. Quo magis prospiciendum in primis est, nequid nutrimenti neq; ante balneũ, neq; ante frictionẽ puerulo præbeatur. Id fiet si ad hæc administrãda nutrix post longissimũ somnũ tempus obseruet. Id enim maxime temporis est, in quo uel inanem planè uentriculum inuenias, uel certe concoctum, siquid in eo remansit. Quæ autẽ ut hodie fit faciũt, sanè lædunt, aliæ unum & certum diei tẽpus præscribentes, aliæ cum ipsæ à negocijs uacent, tũ demũ curantes. Quo fit ut sæpius lædi q; iuuare puellos necesse sit. Quippe quod à nobis præscriptum tẽpus est, aliàs in aliud diei noctisue tẽpus incidit. Maiorum tamen puerorum, qui uidelicet plagis, minis, obiurgationi, monitis parere norũt, ijs duplex tum fricandi, tum lauandi temporis occasio est: prior ac commodior, cũ matutino somno surrexerint, deinde luserint, ac iam cibum petant. Tum enim maxime uocandi ad hæc sunt, ac corpus quidem ad sanitatẽ pariter & bonã habitudinem, animus ad obsequelam & temperantiã exercendus. Interminandumq; nõ aliter nos cibũ præbituros, nisi, quantum ipsi uelimus, frictioni balneoq; se permiserint. Atq; optimũ quidẽ tempus hoc fuerit. Quòd siqua occupatione, qui puellũ alit, auocet, modico pane præbito ludere permittat, quantũ uelit: dein cũ rursus cibũ petierit, tum fricet, lauetq;. Minime tamen bibere ei permitten dum post cibum est quem balneũ excipit: quãdo ita præcipitatior eorũ quæ uentriculus continet, distributio in corpus fiet. Id uero in corporibus prorsus sanis cauere oportet, Quippe quibus utilius sit ante balneũ cibum dedisse, horũ planè improbandi tum affectus sunt, tũ corporũ status. De his uero in sequentibus dicemus, nunc premendum nobis propositũ est: nẽpe ut puellũ cui optime affectum corpus sit, sic educemus, ut talis perpetuo seruetur. huic expedit, ut cibus balneum sequatur. Quòd si, quo loco puellus alitẽ, balnei copia nõ sit, (fortasse uero nec ista unquã legẽt qui ibi habitant) in concha pueros lauant, donec alterum iam tertiũmue ætatis annum attigerint. Qui uero hos annos excesserint: eos, si nõ quotidie, at certe tertio quoq; die quartoue ungunt atq; infricant. Quòd si anni tempus non prohibeat, stagna amnesq; his balnei loco sunt. Apud Germanos eñ planè ne nutrire quidẽ infantes cõtenderim. Verũ nos neq; Germanis, neq; alijs agrestib. aut Barbaris hominibus hæc prodimus, nõ magis equidẽ q; ursis, apris, leonibus, aut alijs id genus: sed Græcis, & ijs qui tametsi genere sunt Barbari, Græcorũ tamen æmulantẽ studia. Nam quis, queso, nostrũ tulerit, modo editũ infantulum, etiã ab utero calentẽ, ad flumen deferre, ibiq; (sicuti Germanos aiunt) ceu cãdens sit ferrum, in frigidũ humorem mergendo, simul de naturę uigore periculum facere, simul corpus ipsum roborare? Quippe si citra noxam id tolerauit: & q; propriæ naturæ robur ostendit, & nouũ præterea robur ex frigidæ cõmercio comparauit, nulli non pateat. Cæterum si ab externo frigore naturalis calor sit uictus: q; protinus interire necesse sit, id quoq; nemi nem latet. Quis igitur mentis cõpos, nec omnino ferus, Scythaue, proprium pignus in id agere discrimen sustineat, in quo errorem mors sequitur: potissimum cum ex eo periculo non magnum sit quod lucrifaciet? Asino enim fortassis, aut id genus experti rationis animãti utilissimũ fuerit den sum ita tergus durumq; effici, ut citra dolorem frigus toleret. Homini ratione prædito, cuinã quæso tam magno sit usui? Non enim siquis absolute, citraq; exceptionem pronunciet cutẽ densissimã durissimãq; utilem ad sanitatẽ esse, is recte dicat. Cum nanq; animalis corpori duplex insit incõmodum, alterum ab externis, alterum ab internis occasionibus: quorũ certe rara mollisq; cutis est, ij ab extrinsecus imminentibus malis facile tẽtantur: quorum densa ac dura, ab internis. Itaq; etiam Hippocrates ubi de ijs præcipit quæ in nobis ab alimento ad cõmodum incõmodúmue cedunt, post alia multa, hæc scripsit: Raritas corporis ad trãspiratũ ijs quibus plurimũ aufertur, salubrius: quibus minus, insalubrius. Præstat ergo utrunq; declinasse excessum, nec adeo aut densam reddidisse cutẽ, ut corporis transpiratũ prohibeat: aut rarã, ut facile à qualibet extrinsecus incidenti occasione lædatur. Tale porrò natura est propositi nobis hoc loco puelli corpus, cũ sit medium omnis excessus. Est ergo id ea ratiõe alendũ, ut status sui gratiã perpetuo seruet. Seruabit autẽ, si primis quidẽ annis solo lacte nutrias, ac balneo dulcis aquæ & calentis utare: quò uidelicet corpus eius molle q; diutissime seruatũ, ad plurimũ augmenti perueniat. Ab his annis cũ iam mitti in ludũ est habilis, nõ necesse erit assiduis præterea balneis uti, sed interim dum luctari condiscit, mediocriter ini bi ante cibũ exercitari sat erit, ac balneo plerunq; abstinere. Modũ uero in labore excessisse, qd' nõnulli pædotribæ pueros cogunt, prorsus alienum est. siquidẽ intẽpestiua duritie corporis inhibetur auctio, etiã si natura sit ad auctũ quãmaxime comparatũ. Sanè uinũ q; diutissime qui ea natura puer est, ne gustare quidẽ suaserim, quippe quod haustũ & humectat nimiũ, & calfacit corpus, tum caput halitu replet ijs qui humido calidoq; tẽperamento sunt, quale est eiusmodi puerorum. Atqui nec repleri his caput est utile, nec supra q; par est humidos calidosq; fieri: quoniã eò iam caloris humorisq; peruenerũt, ut si paululũ utrãuis qualitatem auxeris, iam modũ excesserint. Cum autẽ sit omnis excessus fugiendus, maxime hunc fugere expedit, ex quo nõ corpori modo, uerũetiam animo damnũ accedit. Quare neq; iam adultis uinũ, nisi modice sumptũ, existimandũ est utile esse: q; uidelicet & ad iram & libidinem præcipites facit,

& partem animi rationalem hebetem turbidamq; A reddit. Cæterum his ipſis adbilis excrementa uel mitiganda, uel expellenda, eſt ſane non inutile: nõ minime uero ad eam ſiccitatẽ quæ in ſolidis partibus aut ex immodicis laboribus, aut ex proprio ætatis tẽperamento prouenit. Humectat nanq; ac nutrit quicquid immodice ſiccatum eſt; tũ bilis amarę acrimoniã mitigat ac frangit: præterea per ſudores urinasq; uacuat. Pueri uero, ceu qui talem ſuccũ minime colligunt, quiq; naturalẽ humiditatem plurimã obtinent, ut cõmodorum quæ uini potio largitur, plane non egẽt: ita incõmoda quæ affert, tantũ ſentiunt. Nemo itaq; rationis cõpos ea uti potione pueros ſinet, quam, præterq; quòd nullum affert cõmodum, immenſum etiam ſequitur incõmodum. At frigidæ potione omnino pro B hibendos eos non cenſeo, quod tamen aliqui faciunt: uerum à cibo plerunq;, & per calores, cum ipſis cordi erit, uti non diſplicet, potiſſimũ uero (ſi copia eius ſit) fontanæ recentis, cui nulla qualitas uitioſa aliũde ſit cõtracta: ea ſi non eſt, reliquarũ. Cauendæ uero ſunt quæ ex ſtagnis hauriũtur, & quæ turbidæ, & quæ male olentes, & quæ ſalſæ: denicq; in quibus qualitas aliqua guſtu deprehẽditur: quãdo quæ optima eſt, ea penitus nõ guſtui modo horũ, uerũetiã olfactui omnis qualitatis expers uidebit. Eadem tũ quoq; potui iucũda erit, tũ plane pura. Quòd ſi præcordia quoq; celeriter tranſit, nihil eſt q̃ magis idoneã requiras: quando ſiqua pura lympidaq; eſt, nec potu inſuauis, nihilo ſecius tamen circa præcordia hæret, hæc uitio C non caret: atq; abſtinendum ab ea cenſeo utiq;, cũ prorſus eſt frigida: cæterũ à calefacta nõ deterreo. Ac tutiſſimũ quidem ſit experiẽtia ipſa de huiuſmodi aqua iudicium fieri. Quòd ſiquis eſt, qui ex notis potius uim eius prænoſſe malit: Cuius fons è petra ſcaturiens, contra Septentriones fluit, Solemq; auerſum habet, hanc ægre concoctum iri, tardiq; tranſitus eſſe putandum eſt: eadem nimirũ calefiet frigefietq; tarde. Contra cuius ad orientẽ Solem fons erumpit, quæq; per meatum aliquem mundum, aut puram colatur terram, eademq; calefit ac refrigeratur ocyſſime: hanc omni ætati utiliſſimã eſſe exiſtimãdũ eſt. Non enim ſicuti uino, eſcis, exercitatiõe, uigiliis, ſomno, ac uenere, aliis aliàs uti pro ratiõe ętatis expedit, ita de aqua quo D que ſtatuendũ eſt: ſed quam nunc optimã indicauimus, hac uti puero, iuueni, ſeni, cõducet. Idem de aere iudicandum: quem optimũ in pulmones trahere, omnibus iuxta ſalubre eſt. Optimum aerem cenſeo, qui prorſus ſit purus. Eiuſmodi uero fuerit qui nec ſtagni, nec paludis habitu ſit inſectus, nec ex profundo ſpecu peſtilentem aurã ſpiret, qualis circa Sardis, & Hierapolin, aliubiq; terrarũ uiſitur. Nec qui ex cloacis quæ urbẽ aut numeroſum exercitũ purgent, uitium cõtraxit. Nec qui ex animaliũ, olerũ, aut leguminũ putredine, aut ſimo coinquinatur. Nec qui ob ſtagnum uel flumen uicinũ nebuloſus eſt. Nec qui editis undique montibus in cauo loco cluſus nullum recipit perflatum. Suffocans enim putriſq; eſt, ſimilis ei qui in domibus quibuſdã eſt incluſus, in quibus ob putredinem, & perflatus defectum, plurimus acruatur ſitus. Huiuſmodi ergo aer omni planè ætati eſt noxius: ſicut ediuerſo qui purus omnino eſt, nulli non ætati eſt utilis. At uero quæ ex calore, frigore, ſiccitate, humiditate, diuerſitas aeris contingit, non perinde ſe ad omnes homines habet. Sed corporib. quæ optimo tẽperamẽto ſunt, etiam optime tẽperatus aer eſt ſaluberrimus. In quibus uero aliqua exuperans qualitas dominat, iis utiliſſimus aer eſt qui ei qualitati maxime eſt aduerſus, frigidus calidæ, calidus frigidæ, humidiori ſiccus, ſicciori q̃ par eſt, tãto humidior, quãto ſiccitas ipſa modum exceſſit. Atq; hęc quidem hoc loco intellexiſſe ſat eſt. Quemadmodũ uero incommoda quæ ex uitioſis aere aquiſq; prouenient, corrigas: alio uolumine dicetur. Nunc eũ optimum corporis ſtatũ, ſimul cũ optima uictus ratione, ceu ſcopum ac regulam quandam tractare conſtituì. Quæ enim uitioſa in aliquo corpora ſunt, horũ uarietates omnes unà cum idonei ipſis uictus ratione in ſequẽtibus libris proſequemur. Quare rurſus ad optimi ſtatus puerum reuerſi, ſecundum ſeptennium eius explicemus, & cuius tẽperamẽti ſit, & quodnam poſtulet uictus genus. Ergo temperamentũ eius (ut in libris quos de tẽperamentis ſcripſimus, euidenter oſtendimus) caliditũ eſt eodem gradu quo prius, humiditũ uero nõ eodem. Quandoquidem omne animãs ab ipſo ſtatim ortu ſiccius in dies efficitur: minime tamẽ per omnes ætates aut calidius aut frigidius euadit. Sed quorum optime ſe habent corpora, iis calor ſimilis quodammodo uſq; ad ſummũ incrementũ manet. quorum uero humida frigidaq; ſupra optimę conditionis corpus ſunt, horũ calor augetur. Sed non eſt nunc de his ſermo. Cui uero optimi ſtatus corpus contigit, is ad quartumdecimum uſq; annum iam traditam uictus rationem obſeruet: illo tamen in exercitatione ſeruato modo, ut neq; immodice ſe, neq; uiolenter exerciteť: ne corporis id incremento ſit in mora. Lauetur autem calida potius q̃ gelida, ut qui nõdum hanc citra noxam tolerauerit. Hoc ætatis animũ quoq; finxiſſe aptiſſimum eſt, idq; potiſſimũ probis conſuetudinibus, & grauibus diſciplinis, quę animo modeſtiam pariant. Quippe ad ea quæ ſequente ætate circa corpus eius moliri oportebit, maximo cõpendio ſit animi modeſtia, & ad parendum facilitas. A ſecũdo uero ſeptennio uſq; ad expletum tertiũ, ſiquidem ad robuſtiſſimũ corporis habitum prouehere hominem cupis, aut militem eum ſtrenuũ, aut luctatorem, aut aliàs uiribus inſignem deſtinans: utiq; de iis animi dotibus quæ ad ſcientiam ſapientiamq; pertinent, minus laborabis. Quæ enim ad mores ſpectant, hac maxime ætate perfici abſoluiq; cõuenit. Sin corporis mẽbra roborare hactenus cupis, dum ſanum quendam habitum & incrementũ iis cõpares, animi uero rationalem partem ornare adoleſcentis ſtudes; non eſt utrobiq;

eadem

eadem uictus ratio ex uſu. Quanq; etiam tertiam A quartamq; uitæ formulam licet inuenire: aliis ſorididarum cuilibet artiũ deditis, idq; uel ei quæ corpus exerceat, uel alienum ab exercitio id teneat: aliis ad agriculturam, uel mercaturã, uel tale quippiã ſe conferẽtibus. quæ genera tot numero ſunt, ut difficile certe uideatur omnes uitæ ſpecies certo numero complecti. Ac ars quidem quæ ſanitatẽ tuendam profitetur, omnibus profecto hominibus ſanitatis tuendæ documenta pollicet, aut ſingulorũ propria, aut omniũ cõmunia: aut hæc quidem propria, illa uero cõmunia. Veruntamen fieri nequit, ut de omnibus ſimul diſſeratur: ſed ut primo loco quemadmodum quis ad longiſſimum prolata uita, etiam bona ualetudine perpetuo utatur. (Sanè hanc uitã ab omni quod neceſſitate ſe B ingerit negocio, liberã eſſe oportet, ac ſoli corpori uacare.) Secũdo loco, ut de iis quæ cum arte aliqua, aut opere, aut exercitio, aut miniſterio priuato publicóue, in ſumma, quæ cum premente aliquo negocio cõiunctæ ſunt. Sic utiq; fieri poteſt ut de omnibus diſſeratur. Neq; enim aliter aut dilucidus, aut memoratu facilis, aut certe methodo traditus ſermo noſter uideatur, niſi hunc ordinẽ ſequatur. Sed ad id quod primo loco propoſitum eſt, reuertendum, docẽdumq; quemadmodũ qui optimum corporis habitum eſt nactus, ab omnibus quæ ad publicum in uita ſpectant, ſecedens, ac ſibi ſoli uiuens, nec morbo ullo quoad fieri poteſt unquam tentetur, nec ante longiſſimum uitæ tempus morte occupetur. Immortale nanq; fieri C quod genitum eſt, plane non poteſt: tametſi noſtri temporis philoſophus quidam in egregio ſcilicet opere illo in quo immortalitatis uiam docet, id oſtendere ſit aggreſſus. Vt uero in plurimum perduret tempus, id uero fieri poſſe profecto conuenit, preſertim eius qui optima ſit natura. Sunt eñ qui ab ipſo ortu adeo improſpero corporis ſint ſtatu, ut ne ſi Aeſculapium quidem ipſum iis præſeceris, uel ſexageſimũ annum uideant. Sed nõ eſt nũc de his locus. Quare ad illũ potius qui optimo eſt habitu, reuerſi, repetamus ea quæ inter initia demõſtrauimus. Nẽpe quòd comeſſe bibereq; nobis neceſſe eſt, propterea quòd è corpore noſtro aliquid ſemper defluit. Cum uero edendum nobis bibendumq; ſit, neceſſe rurſus eſt excernen- D dorum curam rationemq; haberi. Horum uero cum uariæ ſint ſpecies, aliæ eorum quæ in uentre perficiuntur, aliæ eorum quæ in iocinore, arteriis & uenis, alię eius quod per ſingula membra diſtribuitur alimẽti: ſanè cuiuſq; ſuam eſſe uacuationẽ oportet: ſicuti idipſum ab initio inſtituiſſe natura uidetur, quæ inſtrumenta animalibus contulit alia quæ excremẽta ipſa expurgent ac ſeparẽt, alia quæ deducant, alia quæ in unũ colligant, alia quę excernant. De quibus omnibus tractatum nobis fuſius eſt in iis commẽtariis quos de naturalibus facultatibus, & quos de particularũ animalis uſu inſcripſimus. Nunc hypotheſeos loco præſumenda erunt ad ea quæ paramus. Primũ nanq; excrementũ & à ſyncero ſeparatur, & paulatim impelli tur per omnia inteſtina uſq; ad ſatis capax ſpatiũ, quod in eo inteſtino uiſitur, quod ab argumento rectum uocãt. Ad cuius exitum muſculi quidam ſunt inſerti, qui ipſum coerceãt, intusq; detineãt, ac ne immature effluat uetent. Poſtea uero quam plurimũ congeſtum iam graue animali fuerit, tũ foras agi ſinunt, ad celeritatem emiſſionis etiã ab dominis muſculis unà cũ tranſuerſo ſepto adiuuãtibus. Iocinoris excrementorũ, aliud eſt quale qd florem in uino appellant, aliud quale quod fex dicitur. Attrahitur alterum à ueſicula quæ iocinori ſubijcitur, alterũ à liene. In his collecta, excernuntur, alterum in priorem tenuis inteſtini partẽ, alterum in uentriculũ, ab hiſq; iam per omnia inteſtina unaq; cũ ſicciori alimẽti excremento permeãt. Quod autẽ in uenis & arteriis excremẽtum acernatur, eiuſmodi plane eſt quale in lacte concreto ſerũ. Hoc renes à ſanguine ſecernentes, ad ueſicã tranſmittunt. Ea porrò id colligit, ſeruatq; ad eundem ferme modum quẽ de ſicco excremento ſupra retulimus. Quippe adnaſcit hic quoq; ad exitum ipſum muſculus quidã tranſuerſus, qui oſculum ueſicæ ita ad unguem comprimit, ut inde nihil effluat. Poſtq; uero huius quoq; collecta iam copia animal urget, illico ſe remittens laxansq; ſtatione cedit. Veſica uero omne excrementũ excernit: rurſus hic quoq; ad celeritatem exitus auxiliantibus muſculis iis qui in abdomine ſunt ſiti. Reliquũ excrementorũ genus in ſingulis animalis naſcitur particulis ex ipſo unde aluntur ſucco: aliud quidẽ ceu ſemicoctæ quæpiã reliquię, quæ adſimilari nutriendæ parti nequiuerunt: aliud qd tranſmittendi alimenti fuit uehiculum. Nunc fungium officio humidum tenueq; ſupereſt, quale nimirum ſeroſum illud iam dictum quod ex uaſis, id eſt uenis & arteriis, in ueſicam defluit. huic excremento nullus certus à natura preſcriptus meatus eſt. expellitur tamen partim actũ per ipſa molliora corpora quæ fluentis eius uiolentię cedunt, potiſſimum cum à ſpiritu maiore impetu irruẽte impellitur: partim etiam per exiguos omnes corporeæ molis meatus, πόροις Græci uocant: quorum non modo reliquum corpus uniuerſum, ſed etiã tota cutis plena eſt. Dictum autem nobis de generatione horum eſt in libris quos de temperamentis edidimus. Ergo tenuiſſimum huius generis excrementũ facile ſanè eijcitur, partim in ſpeciem halitus ab inſito calore ſolutũ, partim uiolẽto motu confertim erũpens. Appellãt uero quod ita excernitur, ſudorẽ. Alterum uero cui nullũ publice nomen eſt, quod uidelicet nec uulgo eſt cognitũ, ut quod conſpectũ præ tenuitate effugiat: ab iis qui id ratione contẽplati ſunt, ἄδηλος ἀναθυμίασις Græce, id eſt tranſpiratio, uel perſpiratio, uel perflatus ſenſum latens uocatur. In hoc inſenſibili perflatu etiã craſſioris excrementi nõnihil excernitur. Huic autem & uehementiore calore, & fluoris impetu maiore opus eſt: cum alioquin periculum ſit ne ante itineris finẽ ſiſtatur, ſaltem

ad cutim. Ab hoc excremento tũ pilis originem esse ostensum nobis est: tũ uero ijs quæ circa omnium cutim semper aceruantur sordidis. Ac dicta ferme nobis uniuersa sunt tum generationis, tum etiam expulsionis excrementorũ capita: quæ in alijs nostris operib. quorũ proxime meminimus, euidenti demonstratione asserta, hypotheses opportunæ sunt ijs quæ nunc molimur. Nam quoniã eijci hæc oportet, utpote quæ uitiosa qualitate sint, tametsi Asclepiades reclamet: conuenit (arbitror) primum nouisse quibus maxime causis remorentur: dein rationem iniri qua nec in ipsas incidatur: ac si quando incidit, q̃ primũ error corrigatur. Atq; ne incidatur quidem, hinc licet assequamur, utiq; si excreta abunde sint nec ne, compertũ habuerimus. ut uero erratũ corrigat, certa methodo est opus. Dicamus itaq; primũ à quibus maxime remorent memoratorũ excrementorum singula: mox quo pacto qd̃ retentũ est expediat. Ergo ijs quæ in uentre continentur excrementis mora contingit aut ipsius cibi potionisq; culpa, aut ipsius uentriculi unà cũ intestinis. Et cibi quidem potionisq; uitio, aut propter qualitatem eorum, aut quantitatem: ad hæc ordinem, utendiq; modum. Et propter qualitatẽ quidem, si acerba, austera, aut siccæ naturæ fuerunt. Propter quantitatem, si iusto plura aut pauciora sunt assumpta. Ordinis culpa, si quæ sicca adstringentiáue sunt, primo: quæ humida pinguia & dulcia, secundo loco sunt sumpta. Modi usus ratiõe, si cum bis fuit edendum, totum semel sumpserit. Quæ uero uentris intestinorum ue uitium sequitur excrementi mora: uel ob naturalem eorum affectum accidit, uel certe acquisititiũ. At quæ quidem naturæ eorum uitio causæ proueniũt, ex prauis corporis habitibus aliqui sunt: sicuti ubi de his agemus, dicetur. De acquisititijs hoc loco agemus. Recẽtium uentris affectionum octo sunt differentiæ, singulæ ipso genere intẽperies: & quatuor quidem simplices, calor, frigiditas, siccitas, humiditas. quatuor compositæ, calor unà cum siccitate, idẽ cum humiditate: frigus adiunctum siccitati, idem cum humiditate. Sanè eò creuisse magnitudinis harũ quamlibet oportet, ut iam inualidã reddiderit impultricem uim aut uentris tãtum, aut gracilis intestini, aut plenioris, aut etiam omnium simul, aut ex his quorundam. Creantur porrò eiusmodi intemperies modo ab ijs quę intrò in corpus sumuntur: modo ab ijs quæ foris incidunt. Et ab ijs quæ in corpus sumuntur, cum in cibo uel potione uis quæpiam medicinalis est immista ex earum genere quæ uel calfaciunt, uel refrigerant, uel siccant, uel humectant, uel unà calfaciunt & siccant, aliáue quapiã connexione harum qualitatũ afficiunt. Ab ijs quæ foris incidunt, uel ambiẽtis nos aeris uitio, (cũ is immodice calfacit, aut refrigerat, aut siccat, aut humectat, aut copula quauis harũ qualitatũ afficit) uel aquæ qua lauerimus, uel unctionis qua uncti sumus, uel denique alterius cuiusquã quod cũ foris uentriculo adhæserit, aut calfaciendi immodice hunc, aut refrigerandi, aut siccandi, aut humectandi uim habuit. His igitur de causis supprimitur excrementum uentris. At flauæ bilis excrementũ moratur aut propter attrahentis expellentisue facultatis infirmitatẽ, aut propter uasorũ quibus deducitur atq; excernitur, angustiã. Porrò infirmitas tum uesiculæ totius quæ iocinori subijcitur, tum eorũ meatuũ qui ab ea in iecur subeunt, tum eorũ quibus in intestinum bilis euomit: ex recenti intẽperantia prouenire potest, tali utiq;, quali intestinorũ uentrisq; impultricẽ uim lædi diximus. Angustia uero uasorum aut phlegmones uitio fit, aut propter scirrhos, (hi sunt duities quædã non sensiles) aut obstructionem, aut circũiacentiũ partiũ innixum, aut osculorũ cõniuentiã. Iam ipsa proximarum partiũ compressio, aut propter immodicã copiã eorũ quæ in se continẽt, aut propter phlegmonẽ aut scirrũ accidit. Aeque & oscillorũ conniuentia, aut propter horum quippiã, aut etiã siccitatem. Porrò siccitatem accidere faciunt & quæ ualenter adstringunt, & quæ pariter calfaciunt & siccant. Illa nanq; humorem exprimendo, & quæ patebãt contrahẽdo cõstringendoq; ac densando, hæc eliciendo per halitum humore siccitatẽ inducunt. Phlegmone nanq; & scirrhus quoniam morbi planè sunt, ad præsentẽ disputationẽ non pertinent: & alioqui de ipsis cõmodius agetur in sequentibus. Pari ratione atræ bilis excrementum aliquando sistetur, si lienis ad amaræ bilis uesicã: uena uero quæ ad illũ à porta iocinoris pertinet, ad uascula illa quæ amarũ excrementũ attrahunt: quæ uero ex liene in uentriculum fertur, ad meatum illum qui amaram egerit, proportione sit affecta. At excrementũ quod per singulas animalis particulas congeritur: & copia sui, & crassitudine, & præterea lentore remoratur: ad hæc, ob imbecillitatẽ caloris qui id disseceat soluatq;: præterea transitus angustiam. Ac copia quidem, crassitudo, & lentor uel ex cibi potionisq; natura prouenit, uel ex recẽti quapiam alteratricis facultatis in eo qui nutritur, infirmitate. Imbecillitas uero caloris qui id excrementum resoluat ac tenuet, ab exercitandi defectu prouenit. Angustia transitus aut ob scirrhum, aut phlegmonen, aut obstructionem, aut cõpressum alicuius, aut conniuentiam euenit. Quorum cuiusq; originis rationẽ paulo ante retulimus. Sunt tamen partes quæ præter latentes hos meatus, alios quosdã apertos & conspicuos obtinent, sicuti cerebrũ, & oculus. Id autem institutum à natura est aut propter eminentiam particulæ, aut propter actionem exquisitius obeundam, aut propter cõtinentium corporum spissitudinem. Est nanq; cerebrum rationalis animæ ceu domicilium. quod cũ osse soli do undiq; sit septum, plurimis maximisq; canalibus expurgatur: primum per nares, & palatum: secundo per utranq; aurem, tertio per caluæ commissuras. Nec absimile est etiã aliquid ab eo confluere ad oculos. Oculus uero ipse non tanquam primatum aliquẽ inter partes obtinens, sed uelut

qui purus

qui purus esse omino postulet, quò uidelicet probe munus suum obeat, per euidentes meatus eijcit quicquid in eo excremẽti gignitur, nempe per nares, genasq;. Ergo excremẽtorum tum causas, tum instrumenta iam diximus. Quæ quemadmodum quis retenta expediat atque euocet, deinceps docendum: initio rursus à uentre sumpto. Ergo illud commune omnium excremẽtorum documentum sit, ut retentionis causæ contrariam causam semper admoueas. Speciale uero p̃ singulas hoc, si comestorũ paucitate & siccitate restricta aluus sit, ut tum plura, tum humidiora exhibeas. Si siccitate, plura quidem non offeras, sed humidiora. Si austeritate et acerbitate, dulcibus et pinguibus cibes. Quòd si in ordine sumptorum erratum sit, ut eum errorem corrigas. Si cum bis edendum erat, semel comedit: ut non bis modo, sed etiam sæpius pascas. Eodem planè modo & recens contracta intemperies contrarijs remedijs sarcias: nempe quod siccatum est humectans, quod refrigeratum est calfaciens, ac reliquos affectus simili ratione corrigens. Quibus uero hæc fiant: in ijs quę de medicamentis scripsimus, proditæ materiæ sunt. At flaua bile retenta, siquidem obstructionis culpa id accidat, eo qui extenuet uictu utendũ: cuius materia singulari uolumine à nobis est tradita. Sin ex compressu id eueniat corporum quæ & eius bilis meatibus uicina sunt, & immodice sunt referta: siquidem ex crassitudine succi id incidit, extenuante uictu est utendũ. Sin ex multitudine, præsidijs quæ uacuent. Quòd si ob phlegmonen scirrhúmue id contigit, iam res sanitatis tuendæ professionem excessit. Sin propter recens contractam intemperiem quæcunq; uicta qualitas est, hanc restituere tentãdum. Ad eandem formulam, & conniuentiam oscillorum aperire conueniet. Si ab austeris facta est, pinguibus & dulcibus adsumi iussis. Sin ijs quæ calfaciunt & siccant, successit, adhibitis quæ refrigerent & humectent. Dicetur & talium materia in sequẽtibus libris. Idem expurgandi modus etiam tertio excrementorum genere retento, quod per singulas animalis partes colligi diximus, conueniat. Nam si contracta sint, & tanquam conniueant meatuũ ora, per aduersa ijs quę sic affecerunt, succurendũ est: nempe quę ex frigidis causis ortæ coarctatiões cõstipatiõesq; carneę molis sunt, ueluti quæ ex ambientis rigore corporibus nostris inciderũt, eas calfaciẽdo. Rursus eas quæ calori siccitatiq; superuenerũt, ueluti quæ feruoribus euenerunt, refrigerando & humectando. Pari modo & quæ adstringentium uitio prouenere, cuius generis sunt aluminosæ aquæ, has pingui ac molli frictione unà cũ dulcis aquæ balneo reparando. Quòd si uel crassitudinis, uel abundantiæ, uel lentoris excrementorum uitio obstructi meatus sunt: tenuatoria uictus ratio his apta erit, præterea medicamenta quæ calfaciunt ac dissecant, quædam intro deuorata, quædã foris admota: anteq; hæc omnia exercitatio. Nam ea quoque tum soluere excremẽta potest, tum per sudoris meatus eijcere, tantoq; tam cibis quam medicamentis tenuãtibus præstat, quanto satius est nullo corporis nostri habitus incommodo exigi quæ redundant, quam pariter & carne liquanda, & solidis extenuandis. Hæc nanq; incommoda calidis attenuantibusq; medicamentis succedunt. Exercitationibus uero adeo nihil tale succedit, ut etiam firmitas quædam membris accedat, cum & naturalis ipse calor accẽditur, & ex partium inter se attritu duritia quædam indolentiáque comparatur. Quemadmodum uero se aliquis debito tempore mensuraq; exercitet, ac singularum actionum ordine decenti qualitateq; utatur, nunc equidẽ exequi nõ statui: sicut nec de alimenti ipsius tempore, modo, ordine, qualitate: sed nec de tenuãtibus cibis ac potionibus, nec de ijs medicamentis quæ qualitatem immutãt. Nullius enim horum hactenus particularem usum diximus, contenti summatim & per capita tantũ attigisse. Verum in sequentibus libris de omnibus fusius ageẽ. Nunc in compendium redigere totum opus placuit, quatenus nulla materia lateret cuius esse peritũ deceat, qui omnem sanitatis tuendæ artem profitetur. hunc ὑγιεινὸν græce uoces, sicuti gymnasten, qui tãtum quæ ad exercitationes pertinent, callet. quin Erasistratus quoq; ita eum appellauit. In sequentibus uero uoluminibus dictarum iam materiarum cuiusque tum tempus quo exhibebitur, tum qualitatem, tum usus rationem trademus, ita ut non iam materia tantum sit, sed sanitatis conseruandæ certa causa. Etenim in tribus hisce primis generibus consistit sanitatis tuendæ studium eque ac medendi methodus: nẽpe corporibus, causis, signis. Corporibus quidem, ijs quæ & sana iam sunt, & eo sta tu seruari debent. Signis uero, corporum accidentibus, ex quibus corpora ipsa dignoscuntur. Causæ sunt ex quibus custodia sanitatis perficitur. Harum materiam quatuor generibus iuniorum probatissimi sunt complexi: admouendis, educendis, faciendis, extrinsecus incidentibus. Et admouendorum quidem nomine, cibus, potio, et siquid medicamentorum intrò sumitur, etiam aer attractus intelligitur. Faciẽdorum uero, frictio, ambulatio, uectio, equitatio, denique omnis motus. Quòd si nõ quiuis motus exercitatio est, sed solum qui ualentior est: adhĳciatur motui exercitatio, ut sint facienda tum motus, tum exercitatio. Referũtur ad hoc causæ genus, somnus, uigilia, & uenus. Ex foris incidentibus primus est circũdatus nobis aer, deinde quæcunq; lauantiũ ungentiúmue cuti propinquant, etiam si quod medicamentum sanitatis tuendę fines nõ excessit: ueluti sal, myrta, nitrum, aphronitrum, & aquarũ aliquæ sponte natarũ, & calentiũ. Educendorũ uero materia prædicta paulo supra est. An uero quatuor illis generibus recte ex aduerso diuisio causarũ generis sit facta, non facile dixerim: cum melius fortasse sit admouendis, educẽdis, faciendis, & incidẽtibus, alterari immutariq; corpus dicere: mutationẽ uero aut in qualitate fieri, aut quãtitate. In qualitate, dum aut inca-


leſcit, aut refrigeratur, aut ſicceſcit, aut humectũ A
redditur. In quantitate, dum alitur, aut inanit. Iam
inanitionem ipſam duplicem quoq; eſſe. alteram
excremẽtorum, de quibus mox diximus. alteram
naturalis ſubſtãtiæ noſtræ aſſidue defluentis, quæ
nutritioni ex aduerſo opponitur. Notaſſe hoc lo-
co operæpretium fuerit homonymian, quam Hip
pocrates in opuſculo de nutritiõe diſtinxit his uer
bis: Alimentũ aliud eſt quod nutrit, aliud quod
quaſi eſt nutriens, aliud quod nutriturũ eſt. Quip
pe ei quod prima ſignificatione alimentũ ſiue nu-
tritio eſt, ſubſtantię ipſius fluorem recte opponas.
Ei uero quod in ſecunda ſignificatione accipitur,
tum hæmorrhagian, id eſt, ſanguinis profluuium,
tum uno uerbo omnem ſanguinis inanitionẽ. Ei
uero quod tertio ſignificato dicitur, uomitum, & B
lienteriam, id eſt, inteſtinorũ leuitatem. Verum de
talibus diuiſionibus ſtatuere pro arbitrio cuiuis li
ceat. Quiſquis autem propoſitam artem rite admi
niſtrabit, hunc omnis materię quæ ad ſalubrem ui
ctus rationem pertinet, uires habere cõpertas eſt
neceſſe: quãdo hinc demũ dexter eius oritur uſus.
Cõtingit autem dexter eius uſus, ubi opportunũ
cuiuſq; tempus ac modum quis inuenerit. Quare
huc potius cenſeo properãdum, quàm prauis opi
nionibus refellendis immorãdum. Sed quoniam
ſatis uerborum primum hoc uolumen continet,
claudetur hoc loco. Quod reliquum operis eſt, in
cæteris exequemur.

GALENI DE SANITA-
TE TVENDA LIBER SE-
CVNDVS,
THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

A Rtis quæ de ſanitate tuenda inſtituí-
tur, ſummas ſcoposq; proximum uo
lumen edocuit. Nunc ſingula mem-
bratim diſtinguere tentãdum, initio
rurſus ab ijs ſumpto in quibus proxi
mus liber eſt finitus. Proponaẽ itaq; nobis in hoc
libro ſaluberrimæ naturæ puer, qui iam tertiũ æta
tis ſuæ ſeptennium ingreditur: cuius corpus effin-
gere cõponereq; quoad fieri poteſt quàm optime, D
propoſitũ ſit. Ac primum hoc ipſum definiẽdum,
quid ſibi uelit quòd adiecimus, optime. Vult autẽ
nimirum illud, Veluti corporum ipſorum nume-
roſa ſanẽ diuerſitas tradita eſt, ita uitæ rationũ qui
bus uiuimus, ſpecies ſunt diuerſæ. Ergo fieri ne-
quit ut in qualibet propoſita uita optimam corpo
ris noſtri curam adminiſtres. Sed quæ cuiq; opti-
ma ſit, hãc utiq; licet. Quæ abſoluto ſermone opti
ma ſit, in omni exequi uita non eſt. Nam maxima
hominũ pars implicitam negocijs uitã agit: quos
etiã lædi ab ijs quæ tractant, eſt neceſſe: nec tamen
mutare conditionem licet. Alij enim per inopiam
in eiuſmodi uitæ ſortẽ incidunt, alij ſeruitute, quã
aut à parentibus hæreditariã acceperunt, aut aliàs
per uim aliquã capti raptiue. quas ſolas eſſe ſerui-
tutes uulgus exiſtimat. Mihi uero, & qui ambitio-
nis, aut cuiuſuis cupiditatis gratia negocijs impe-
ditam uitam delegerũt, quo minus corpori curan
do uacare queant, ij quoq; ſeruire ultro dominis,
& quidem peſſimis, uidẽtur. Quare his optimam
prorſus corporis curam ſcripſiſſe, ſuperuacuũ ſit.
Verum ſiquis planè tum animo, tum uero optio-
ne ſit liber, huic præcepiſſe fas, quemadmodum &
ſanitate plurimum fruatur, & morbis minime ten
tetur, & cõmodiſſime citraq; moleſtiam ſeneſcat.
Quinetiam ſanitatis tuendæ methodus, ſicut alia
planè quælibet ratio uiaq;, eiuſmodi docendi ini-
tium poſtulat. Siquidẽ quod ſimplex inculpatũq;
eſt in omni genere, id cæteris omnib. quæ nec ſim
plicia ſunt, nec culpa uacant, ceu regula quædam
præponi poſtulat. Sanè ſimplex inculpatumq; in
corporibus quidem eſt quod optimo eſt habitu: in
uitæ generibus, quod omnino liberũ eſt. Primum
igitur hoc libro duo hæc cõiuncta tractemus. De
inde cuiq; uitioſo corporis ſtatui uita libera ſit ad-
iuncta. Mox optimæ corporis cõſtitutioni, ſingu
læ ſeruilis uitæ ſpecies copulentur. Poſtremo ui-
tioſos corporum habitus cum ſeruilibus uiuendi
generibus maritabimus. ſiquidẽ plenus nobis ab-
ſolutuſq; ſermo futurus eſt. Quodnam igitur pro-
poſitæ artis initiũ ceperimus ad eius tutelam cor-
poris quod & optimæ ſit notæ, & tertium ætatis
ſeptennium iam ingreſſum, & cæteris poſthabitis
omnibus uni corporis curę uacet? Mihi ſanè uide
C tur id qđ ab Hippocrate traditũ eſt tum in Apho-
riſmis, cum ait: Labor cibũ præcedat. tum in po
pularium morborũ ſexto uolumine, ubi ita ad uer
bum præcipit: Labor, cibus, potio, ſomnus, ue-
nus: omnia mediocria. Nam & modũ ipſum ſin-
gulorum definiuit, addito ad finem dictionis epi-
theto, mediocria. & tempus æque ſignauit ipſo ſer
monis ordine. Quippe ſanitatis tutelam à labore
eſt auſpicandum, quem excipere debent cibus, po
tio, deinde ſomnus, mox uenus, in ijs uidelicet q;
bus uenere eſt utendum. Nam reliqua certe om-
nia cuiuſque ætatis ſunt communia. Venus ætate
tantum florentium eſt, utique quo tempore etiam
eius uſus eſt. Quæ enim hanc uel præcedunt æta-
tes, uel ſequuntur, aut planè ſemen non effundũt,
aut certe infœcundum aut male fœcundum effun
dunt. Verum diſceptatio de uenere, in ſuũ locum
differatur. A laboribus uero ordiendum: illo ante
omnia diſcuſſo, an idem ſint labor, motus, & exer
citatio: an labor & motus idem, aliud uero ab his
exercitatio: an motus res diuerſa, labor et exercita
tio neutiquã differant. Ac mihi quidem nõ quiuis
motus exercitatio uidetur, ſed tãtum ſiquis uehe-
mentior eſt. Quoniam autẽ eorum quę ad aliquid
dicuntur, eſt quod uehemẽtius dicitur: fieri poteſt
ut idem motus alteri ſit exercitatio, alteri non ſit.
Terminus igitur uehementiæ, eſto anhelitus alte-
ratio: quãdo in qbus nulla fit anhelitus mutatio,
hos nondũ exercitationes uocamus. Quòd ſiquis
maius celeriúsue aut crebrius iã ex motu aliquo
reſpirare

reſpirare cogitur, huic certe tantus motus exerci- A
tatio fuerit. Ea igitur communiter exercitatio uo-
catur. Proprie uero à loco græce denominatur,
quem gymnaſion ipſi appellant. Is locus eſt in pu
blica aliqua urbis regione extructus, quo ungen-
di, fricandi, luctaturi, diſcum iacturi, aut tale quip
piam facturi confluunt. Laboris appellatio idẽ mi
hi ſignificare uidetur cũ priore ſignificatione no-
minis gymnaſij ſiue exercitationis, nempe cõmu-
ni illo quod prædiximus: quippe quum & qui fo-
diunt, & qui metunt, & qui equitãt, non laborent
modo, ſed etiam exercitentur, communi ſaltem e-
xercitationis appellatione. Et de nominibus qui-
dem ita nobis determinatum ſit. atq; ad hæc ſigni-
ficata omnis mihi deinceps ſermo inaudiatur. Nec
tamẽ ſiquis eſt qui aliter uti uelit, prohibeo: quan- B
do non huc derecto nominũ uſu diſputaturus ac-
ceſſi, ſed quemadmodum ſanitas cuſtodiri maxi-
me poſſit. Ad id uero, cum percõmodum erat de
exercitatione, labore, omni deniq; motu diſtingue
re, nominũ ſignificatus definire ſum coactus. At-
que exercitationis commoda & ſi in priore uolu-
mine tradita ſunt, non inutile tamen ſit hic quoq;
paucis ea denuo repetere: quando ea non ſolũ ſco
pus, ſed etiam ueluti iudices ſunt omnium quę ſin
gillatim, in exercitationis arte geruntur. Fuere au
tem (arbitror) genere duplicia: hæc quidem ad ex
† al. ſolidarum partium crementorũ inanitionẽ, illa ad euexiã, id eſt † com
modam corporis habitudinẽ efficacia. Nam quò-
niam uehementior motus exercitatio eſt, neceſſe
quidem eſt tria hæc ab ea perfici in corpore exer- C
citando, membrorũ duritiem ex mutuo ipſorum
attritu, genuini caloris augmentum, & ſpiritus ci-
tatiorem motum. Sequi uero hæc reliqua omnia
priuatim cõmoda quæ corpus exercitijs accepta
refert. Vtique ex membrorum duritia, tum ut mi-
nus ex labore afficiãtur, tum ad labores robur. Ex
calore, tum deducendorum in corpus ualidum at-
tractũ, tum immutationem magis expeditam, tum
nutritionem magis felicem, tum ut ſingulæ corpo
ris partes ſint (ut ita dicã) perfuſæ. Cuius affectus
beneficio & ſolida molleſcere, & humida tenuari,
& exiguos corporeæ molis meatus laxiores fieri
accidit. At ex ſpiritus ualentiore impetu & purga
ri hos omnes meatus neceſſe eſt, & excremẽta ex-
pelli. Atqui ſi exercitatio hęc præſtat, haud difficí D
le ſanè ſit tempus utendæ eius ſtatuiſſe. Nam quo
niam digeſtionem in corpus adiuuat, non debet
cũ adminiſtrãt, crudi incoctiq; cibi aut ſucci multi
tudo uel in uentre uel in uaſis contineri, unde pe-
riculum ſit ne prius quàm per maturã concoctio-
nem utilis ſit, in omnes animalis partes rapiatur.
Quoniam uero & exiguos meatus expurgat, &
excrementa expellit: utilius eſt ante comedẽdum
eam adhiberi. Siquidẽ quæ impura corpora ſunt,
atq; ab excrementis parum purgata, hæc quo ma-
gis nutries, magis lædes. Ex his itaq; patere arbi-
tror tum eſſe ad exercitationem commodiſſimum
tempus, cum heſternus cibus duplici concoctio-
ne iam prorſus ſit confectus, & ea quæ in uentre,
& ea quæ in uaſis ſanguinis agitur: ac iam denuo
cibandi tempus inſtet. Quòd ſi aut prius aut po-
ſterius exercitatione utere: aut crudis hominem
impleueris, aut pallidæ bilis prouentum auxeris.
Sane huiuſce temporis nota, color eſt urinę. Quæ
enim aquæ ſpeciem præfert, crudum adhuc in ue-
nis eſſe indicat ſuccum eum qui à uentre ſummit-
titur. Quæ uero ruſa bilioſaq; eſt, iam dudum co-
ctum eſſe huiuſmodi ſuccũ. Quæ modice pallet,
peractæ modo ſecundæ concoctionis eſt ſignum.
Cum nanq; bili infecta urina nondũ eſt, aquæ ſpe
ciem alboremq; præfert. Cum uero plus iuſto eius
bilis acceperit, ruſa cernitur. Ergo cum mediocri-
ter eſt rufa, mediocriterue pallens, tum eſt exerci-
tatio adeunda, ſed expulſis prius excrementis quę
B uel in ueſica uel inferiore aluo cõtinentur. Veren
dum enim nequid ex his in habitum corporis ra-
piatur, correptũ uidelicet caloris ui, qui per exer-
citationem accenditur. Ergo ſiquis poſita iam ue
ſte protinus ad ualentiores motus accedat, prius
quàm totum corpus molliatur, & excrementa ex
tenuentur, & exigui carnis meatus laxentur: ti-
mor eſt ſolidarum quampiam ruptum aut conuul
ſum iri. Timendum præterea eſt, ne excrementa
ſpiritus impetu impulſa prædictos meatus obtu-
rent. Sin ſenſim prius calefaciẽdo & ſolidas ipſas
præmollieris, & humores tenuaueris, & exiguos
meatus laxaueris, nullum periculum nec rumpen
di alicuius, nec obſtruendi, exercitato impẽdebit.
Vt ergo hæc fiant, oporter linteolo totum corpus
C mediocriter fricando prius calfacere, mox oleo
fricare. Neque enim protinus accedendum ad pin
gue cenſeo, ante uidelicet quàm cutis incaluerit,
& meatus laxentur, &, ut ſemel dicam, quàm præ
paratum aptúmque corpus ſit ad oleum capien-
dum. Ei rei ſatis omnino ſunt pauci manuum
circumactus, qui nullo compreſſu ſint graues, &
modice celeres, huc demum ueluti ad metam dire
cti, ut corpus citra compreſſum calefaciant. Siqui
dem peractis his cernere licebit floridũ ruborem
per totam diffundi cutem. Tum igitur pingue in-
ducendum, & nudis manibus quæ medium inter
molle durumq; modum ſeruent, infricãdum: qua-
tenus neq; coactum conſtrictumq; corpus ſit, ne-
que ultra quàm par eſt laxum remiſſumq; fiat, ſed
legitimum naturę modum ſeruet. Infricandum ue
ro primo contrectatu blandius, inde ſenſim paulo
fortius: eatenus aucta ſemper ad ualentius fricțio-
ne, quoad iam carnem manifeſte premat, citra ta-
men læſionem. haudquaquã tamen tam ualida fri
ctione diu utendum, ſed ſemel aut bis in quaq; par
te: quandoquidẽ non eo ad hũc modũ fricaẽ huius
pueri corpus, ut iam duretur, cum id iam ad exer
citationẽ producimus: ſed potius quò tum prom
ptitudo ad exercitationis functiones excitẽ, tum
robur intrò reuoceẽ, ac raritas laxitasq; quæ mol-
lem frictionem conſecuta eſt, conſtringatur ac co
gatur. Quippe medio temperamento ſeruari hu-
ius pueri corpus oportet, nec uſquam durum mol
leue effici, necubi naturale eius incrementũ inhi-
beatur

beatur. At procedente tempore, ubi iam adoleuit, tum uero duriore frictione utemur, præterea frigida ab exercitãdo lauatione. Verum de his post agendum. In præparatoria uero ante exercendũ frictione, quæ huc ſpectat, ut corpus molliat, mollis durę̃ media qualitatem dominari oportet, ac pro eiuſdẽ qualitatis ratione quicquid reliquum eſt exigi. Variæ autẽ quàm maxime ex manuum iniectu circumactuq; frictiones eſſe debebũt: nec ſuperne modo deorſum, aut inferne ſurſum adhibitę, ſed etiam tum in ſubrectũ, tum in obliquum, tum in tranſuerſum, tum in ſubtranſuerſum. Voco tranſuerſum, quod recto eſt contrarium. id græce ἐγκαρσίου appello. Subtrãſuerſum uero, quod paululum ab hoc in utranq; partẽ declinat, quod σημοῦ dico. Rurſus ſubrectum, quod à recto paululum utroq; uerſus recedit. Obliquum, quod recti tranſuerſiq; planè eſt medium. illud πλαγίου, hoc λοξοῦ græce nomino.



Quinetiam πρίειν aut ἀποπρίειν græce dicere, nullum diſcrimen faciet, modo ne lateat ἀναπρίνεως nomẽ ueteribus uſitatius, πρίνεως recentioribus magis uſurpari. [Nos latine fricti5e, fricti, perfrictione, promiſcue legentiũ uenia utemur.] Varium autem fieri manuum tum iniectum, tum circũactum uelim, quò uidelicet uniuerſæ quoad fieri poteſt, muſculorũ fibræ omni ex parte fricentur. Siquidem eius ſententiæ eſſe, quaſi tranſuerſa frictio (quam etiam rotundam aliqui uocant) duret, denſet, contrahat, & conſtringat: recta contra rarefaciat, laxet, molliat & reſoluat corpora: eiuſdem planè inſcitiæ eſt, cuius cætera quæ pleriſque gymnaſtarũ de frictione traduntur. Nam qui plus de frictionum uirtute afferat quàm quę Hippocrates in eo libro prodidit, quem κατ' ἰητρεῖον inſcripſit, nemo planè eſt. Ait enim dura frictione ligari corpus, molli ſoluí, multa extenuari, mediocri craſſeſcere. Habent uero ſe eius uerba ad hũc modum: Frictio uim habet ſoluendi, ligandi, carnẽ augendi, minuendi. Nempe dura ligandi, mollis ſoluendi, multa minuendi, mediocris carnem augendi. Quatuor enim hæ genere differentiæ, ex quadruplici omnis frictionis tum uirtute, tum uſu oriuntur. Quòd ſi medias quoq; harum quæ unà cum his intelligẽdas ſe exhibent, adnumeres, ſex in uniuerſum differentiæ exiſtent. Vnde nam igitur plurimis neotericorum gymnaſtarum ſuccurrit tam numeroſas frictionum differentias prodere, quas uel numero cõprehendere facile non eſt? Non aliunde certe quàm quòd logicæ contemplationis planè expertes, cum proprijs frictionũ differentijs externa alienaq; imprudentes nonnunquã confundunt. Interim etiam illa quibus ſingulæ frictiones peraguntur, adijciunt. Interim tum iuſtas ipſas inter ſe frictionum differentias connectunt, tum uero cum his etiam quas ipſi perperam excogitarunt. Cum enim dicant frictiones inter ſe diſtare, quòd aliæ ſub dio fiant, aliæ ſub tecto, aliæ in admiſta umbra, rurſus aliæ in perflato loco, aliæ in tranquillo, item aliæ in calido, aliæ in frigido, aliæ in ſole, aliæ in balneo, aliæ ante balneum, aliæ in palæſtra: talemq; catalogum faciunt: ſanè non proprias frictionum differentias afferunt, ſed ea ſine quibus qui fricatur eſſe non poteſt, inculcant: quippe quem neceſſe omnino eſt in aliquo terrarum loco eſſe, præterq; locum, uel æſtate, uel hyeme, uel alio anni tempore. Cum uero ita diſſidere dicant inter ſe frictiones, quòd aliæ cum copioſo oleo, aliæ exiguo fiãt, aut prorſus ſine oleo, idq; uel manibus tantum, uel etiam cum puluere, uel per linteum, atque hoc uel aſperum, uel lene: C cauſarum planè quibus frictio dura mollisue efficitur, enumerationem faciunt. Ex quo nimirum cauſarum eſt genere, & quòd ipſæ fricantium manus duræ aut molles ſint: item ualide premant, blandéue ſint admotæ. Tertia ſpecies quam afferunt ij qui multas frictionum differentias autumant, inde naſcitur, quòd omnia iam dicta inter ſe per coniugationes quaſdam copulant. Qui itaque ex his aut externas rerum circumſtantias, aut uerarum differentiarum cauſas inter ſe copulant, facile deprehenduntur parum recte ſentire. qui uero ex proprijs & ſyncerís differentijs coniugationes nectunt, horum non adeo facile deprehenditur error: immo nonnulli ſapientiæ quoque laudem retulerunt, Hippocrate ipſo plus aliquid inueniſſe crediti: quorum eſt Theon gymnaſtes, qui rectius quàm Hippocrates ſenſiſſe de frictione eſt uiſus. Nam quum is in modo comprehenſis uerbis in ea differentia quæ ex qualitate ſpectatur: mollem & durã: in ea uero quæ ex quantitate, multam & mediocrẽ collocet: Theon qualitatis quantitatisue minime faciendam mentionem ſeorſum cenſet, ſcribens cum alibi, tum uero in tertio Gymnaſticorũ hunc in modum: De frictione præcipientes placet quantitates ſemper cum qualitatibus coaptandas eſſe. Per ſe nanque imperfectiores ſunt, quàm ut aliquis ſucceſſus ex ipſis ꝓueniat. quippe mollis frictio pro quãtitatis modo triplex opus efficit. pauca em̃ leuiter carnẽ remittit, ac facile contrectabilẽ, ſiue tactu mollem reddit

reddit. multa euaporat, & liquat. mediocris laxa A et fluida carne implet. Simili modo dura pro quantitatis ratione totidẽ numero effectus reddit. multa nanq; adhibita contrahit cõſtringitq; corpora, & phlegmonæ perſimile quippiam relinquit. mediocris implet imminuta, & euidenter circumſcripta, expreſſaq;, carne. exigua uero in ſumma cute ruborem ad tempus excitat. Nõ cenſet autem de dura per ſe & ſeorſum quicquam gymnaſtæ præcipiendum, ſed ei quãtitatem adiungi debere, ſiquis paulo commodior ex artis opere ſucceſſus ſit futurus. Pari modo nec de molli per ſe & ſeorſum quicquam nunc tradendum exiſtimat. Neq; enim adhiberi uſquam poſſe mollem frictionem tãtum, & quæ nec multa, nec exigua, nec mediocris ſit. Deinde memorat quæcunq; per coniugationem B in corporibus noſtris naturaliter efficiunt; utique paucã cum molli remittere leuiter, & mollem reddere, pnuncians. ubi aliud planè nihil quàm quod Hippocrates uerbo ſoluere ſignificauit, alijs uerbis interpretatur. Quippe laxare carnem, & mollem reddere, quid aliud eſt quàm ſoluere quæ colligata & coacta fuere? Adiecit uero ſermoni, leuiter, ſiue quodammodo, non genus actionis immutans, ſed quantitatem eius definiens. Mollit enim cum exigue adhibetur eiuſmodi frictio: quãdoquidem ſi amplius ſit adhibita, mollit quidem & tũc, cęterum largius. Quòd ergo nec magnopere, nec mediocriter, ſed exigue remittit, mollitq; corpora exigua ac mollis frictio, per uerbum illud leuiter quod adiecit, declarat: ne hic quidem per hoc ſal- C tem ijs quæ Hippocrates præcipit, quicquam tradens magis amplum: æque nec cum mediocrem & mollem addere corpori inquit laxã & fluidam carnem. Nam quoniã mediocris, idcirco carnem augebit. quoniã mollis, ſoluet; hoc eſt, planè molliet. id quod tãtundem eſt ac laxam & fluidam carnem efficere. Erat autem huius officium, ſicuti de his recte præcipit, ſic & cũ de multa ſimul & molli diſputat, non id modo dicere ꝙ halitu digerere ac liquare poteſt, ſed qualem etiam carnem relinquit, apponere. Non em̃ ritu ignis uniuerſam ſubſtantiam exhaurit liquatq;, ſed aliquid omnino relinquit. Id igitur quod relictum eſt, quale nam demum ſpecie ſit, adiectum (arbitror) ſermoni oportuit: neq; tantum multæ frictionis proprio effectu D poſito, mollis opus omiſſum. Quòd igitur multa euaporat, etiam ab Hippocrate prius dictum eſt. Verum non abſolute de multa Theon ſermonem inſtituit, ſed per coniugationem docendum eſſe cenſuit, utique à prima auſpicatus, nempe exigua & molli: poſt ſecundam aggreſſus, mollem & multam: inde tertiam memorans, mollem ſcilicet & mediocrem. Sicuti igitur in prima coniugatione & tertia proprium qualitatis effectum non diſſimulauit, ita nec in ſecũda ſuppreſſiſſe eum decuit, quin hic quoq; docuiſſe multã ſimul & mollem frictionem non modo euaporare, ſed etiam mollem carnem reddere: niſi forte id quod liquare dixit, pro mollire audiendum eſt. Atq; ita quidem uerum ſit quod dicit. Cæterum ſic nõ modo Hippocratis doctrinã non accuſat, ſed multo maxime confirmat. Etenim ſi mollis frictio ſemper molle tenerumq; corpus reddit, ſiue ea exigua, ſiue multa, ſiue mediocris ſit: tum illi ex quantitate aliqd accedit diuerſum: inſeparabilis planè à molli frictione erit molliendi facultas: ſicuti à dura certe uis durandi, cogendi, cõſtringendi, ligandi, denſandi, aut tactu duram reddẽdi, aut quomodocunque aliter eandem rem interpretari malis. Quippe primum & proprium nomen ita affectæ carnis eſt duritia, ut eius quæ diuerſe afficiẽ, mollities: quanquam etiam reliquorum quæ dixi nominum quolibet uti licet. Et rationem quidem cur tam uarijs nominibus unã interpretari rem liceat, paulopoſt B apponemus. Nunc quoniam controuerſa res non eſt, cauſam eius ad præſens ſaltẽ differamus. Quòd autem mollem frictionem neceſſario conſequitur ut corpora molliat, id planè clarum ex iam dictis eſt. Nam ſi nec qui multa ea, nec qui exigua, nec qui mediocri uſus fuerit, durum unquam corpus reddiderit: perſpicuũ eſt molliendi uim nuſquam ab ea ſeiungi: ſicuti nec à dura colligandi & durandi: quippe quum hanc quoq; ſiue paucam, ſiue multam, ſiue mediocrem adhibeas, nunquam quantitatis illius ratione corpus mollias, ſed ſemper duritati plus minúsue adijcias: ſcilicet uberius perfricãs, plus: parcius uero, minus. Quòd ſi paucis omnino duriſq; frictionibus contentus fueris, duritia quoque proportione reſpondebit. Sicuti enim qui igni ſe admouit, ſemper calefit, ſiue exiguo tempore id facit, ſiue diu, ſed magis qui diutius appropinquat, minus qui breui ſpatio, minime uero qui tantum acceſſit: ita in frictione quoque corpus ſemper pro ratione afficitur: à molli emollitum: à dura, duratum: non tamen pari ſemper menſura: ſed à pluſcula magis: à parciore minus: à plurima maxime: à minima minime. Theon ergo quum de molli ſimul & copioſa frictione diſputans, euaporare, liquareq; eam dixit, ſiquidem per liquare uerbum, inanire intelligit: aliud planè nihil ſignificauerit quàm euaporare. quare bis idẽ dixerit, prætermiſerit autem quod neceſſario fuerat addendum, nempe eum affectum qui ex molli frictione in corpore relinquitur. Sin mollire, ſoluere, remittere, aut aliud quippiam eiuſmodi dicere uelit: ſic ſanè reliquerit quidem nihil: cæterum ea quę Hippocratis ſunt, minus idonea docendi ratione explicaſſe deprehenditur. Quòd ita que eiuſmodi docendi modus deterior ſit eo quo uſus Hippocrates eſt, paulopoſt oſtendam. Quòd uero ſi liquare pro eo quod eſt mollire accipit, nihil ijs quæ Hippocrates ante prædixit, amplius prodidit: plane manifeſtum eſt. Nam quum ille præcipiat mollem ſoluere, multã extenuare; quis non facile colligat, qui præſertim mentis ſit compos, eam quæ ex molli multáque pariter compoſita ſit, extenuare ſimul ac mollire? Verum nõ uidetur ita ſenſiſſe Theon: ſed quod in primo Gymnaſticorũ unico uerbo extenuare dixit, id in tertio

duobus

duobus extulit, nempe euaporare, ac liquare. Habent uero se eius uerba in primo ad hūc modum:

Contrariarū uero, mollem quidem, si multa sit, extenuare corpora: sin mediocris, carne implere, utiq; delicata & fluida. Aperte em̄ hoc loco mollem simul & multam frictionem extenuare corpora confirmat. Quòd autem necesse fuerat non solum multæ frictionis proprium effectū, sed etiam mollis tradere: ipse quoq; Theon per ea quæ subiecit, ostēdit; in quibus cum de dura præcipit, constringere multam, coarctareq;, et phlegmonę simile quippiam parere ait. Quippe quod moderata quantitate adhibita possedit, id copiosius adaucta magis obtinuit. Omnino ergo duram mediocriter adhibitam, dura carne implere fatetur, ita ut ediuerso mollem mediocriter adhibitam, ipsam quoque carne implere, sed ea molli. Accidit uero Theoni quum de molli simul & multa frictione sermonem faceret, nullum † mollis effectum prodidisse. rursus quum de multa simul & dura, nullum durę exposuisse. Nam si liquare, inanire, & digerere, pro eodem accipit: de multa quidē aliquid dixerit, de molli planè nihil: quemadmodū etiam in eo quod de dura multaq; scribit, duram quidem constringere, ligare, & phlegmonę aliquid persimile facere affirmat, quantitatis uero planè nihil meminit: tametsi par fuerat de hac quoq; aliquid dixisse. Nam illud cōfessus est, si mediocriter sit adhibita, obesitatē facere. Quid igitur efficiet multa si supra mediocrem sit adhibita? prorsus enim aut illius affectū tuebitur, aut alterabit. Sed siquidem seruabit, certe multa frictio supra mediocritatē adhibita nihil plus adijciet. Sin plus aliquid efficiet: aut minuet carnē, aut adijciet. Verum si minuet, extenuabit. Si adijciet, carne implebit. Atqui non adijcit carnem. extenuet ergo necesse est. Verum Theon de hac differentia nihil meminit, sed omnino subticuit, minime planè definiens extenuętne dura copiose adhibita, an carnē augeat, an seruet eundem quem ex mediocri accepit carnis modū: sed tantum quòd constringit coarctatq;, & phlegmonae simile quid faciat, confirmans. Conueniebat autem non hoc modo dicere, sed etiam quòd emaciat. Apparet ergo Theonem aut Hippocratis artem hoc loco non intellexisse, aut hominem laudare noluisse, qui tam breui sermone omnes nō solum differentias frictionum dixerit, sed etiam uniuscuiusque opus & uires. Nam qui transeunter, ueluti canis Nilum, uerba eius delibat, quatuor eum duntaxat meminisse arbitretur. Verum non ita se res habet: immo alias duas necessario in ijs quas dixit, subauditas insinuauit, in qualitatis differentia, duræ mollisq; mediam, quę nimirum mediocris est, in ea uero quæ à quantitate accipitur, exiguam: quādo exiguam aliquam necesse est copiosæ esse contrariam. Porrò antiquæ interpretationis formula ita est breuis, ut nō pauca sępe ipsa saltem dictione præterire uideatur, quæ tamen necessario dicta ipsa sequuntur. Quamobrem (arbitror) etiā enarrationes scribimus, quæ ueluti præeant ijs qui parum exercitati antiquæ dictionis ceritatem assequi non ualent; ueluti in hoc ipso loco facimus. Si nanq; dura ligandi, mollis soluendi uim habet: quæ supra modū soluta corpora sunt, ea duriter planè fricanda sunt. contra quæ constricta sunt, molliter. [quę modice se habēt, nec molliter] nec duriter, sed, quatenus fieri potest, utroque declinato extremo. Egregius uero uidelicet Theon primū in eo fallitur, quòd neq; mediocris qualitate frictionis uires tradidit, neque usum: sed semper ita præterit, tanquam nulla sit. Verum de hoc paulo post agemus. Sicuti uero in ijs differentijs quæ in qualitate spectantur, non solum dura mollisq; consistunt, sed etiam media: ita & in ijs quæ ex quantitate ducuntur, non solum multa & pauca, sed etiam media noscitur. Cur igitur in ijs quæ ex qualitate trahuntur, mediam omisit Hippocrates: in ijs quæ ex quantitate, exiguā? Temere id fecisse uideri fortasse cuipiam potest: oportere enim in ijs quæ cōpendio tradantur, summis inter se cōtrarijs res definire; quod horum medium sit atq; mediocre, trāsire: utpote quod ex summis ipsis ultro sit noscendum. Ipse igitur tum hoc docere, tum senis sententiā clariorem reddere conabor, rem planè hoc loco non necessariā, cum quæstiōes id genus in enarratorijs libris soluere soleā. Sed quoniam semel huc descendi, ut pro Hippocrate imperitis istis respondeam, in quibus ipsi fallunt recte præcipientem calumniantur: non pigebit hoc quoq; adiecisse. Cum igitur duo sint toto genere inter se diuersa atq; diiūcta: si modo id quod facit, ab eo quod fit, genere dispescitur: frictiones quidem ex eorū numero sunt quæ faciunt: qui uero ab his in corpore relinquuntur affectus, ex ijs quæ fiunt. Quare contrarietates quoq; alias in frictionum genere, alias in affectuum qui ab his proueniunt, necesse est statui. In frictionū genere tum duram & mollem, tum multam & paucam. In affectibus uero & eam quę ueluti colligatio & solutio corporum est, & gracilitatē ac crassitudinem. Ac prior quidē affectuū contrarietas ex priore frictionum cōtrarietate nascitur: secunda non item. Euenit enim in hac, ut gracilitas proueniat ex multa, carnis incrementū ex mediocri. quippe pauca augēdæ carni nondū sufficit; quòd uidelicet id quod carnis incrementū accipiet, & sanguinis moderato accessu, & ualida uirtute eget. Quorum utrunque mediocris frictio cōmode præstat: pauca neutrum, nec abunde, nec satis. Quoniam igitur non in idem coibāt frictionum affectionumq; contrarietates: coegit uero eum cōpendiaria docendi ratio per contrarietates positas sermonem absoluere; utiliore cōtrarietate accepta, minus utilem consulto omisit. Porrò utilior ea est quę in affectibus, quàm quę in frictionibus spectatur. Idq; duplici ratione asseritur, una quæ ab artis fine sumit. (quippe frictiones ad corporis affectum ceu finem diriguntur. finis enim ijs quæ præ se, semper est præstantior: quanto nimirū id cuius gratia, ijs quæ ipsius gratia fiunt.) Altera quæ à claritatis ratione accipitur

† Als. τ πολλῆς. id est, multæ.

accipitur. intellectis nanq; multæ & mediocris effectibus, facillimū est exiguæ opus contueri. Nō perinde tamen mediocris frictionis perspicua uis est. Quinetiam tertiū hoc ipso de frictionibus sermone bellissime docuisse Hippocratem inuenias. Præcedere nanq; eorum doctrinam oportet quæ liquido peragi cernuntur, sequi uero eorū quę minus liquido & obscure: idq; siue de his expressis uerbis scripseris, siue lecturis ea intelligenda relinquas. Est uero euidēs atq; in aperto mediocris frictionis opus, ipsum scilicet carnis incrementum: obscurum uero paucę: quippe quę nec auget, nec minuit carnem, nec omnino euidens aliquid uidetur efficere, nisi q; parū calfacit. at id omnis frictionis cōmune opus est. Quare cū neq; euidens aliquid efficit, & quod facere uidēt, propriū eius nō est, sed omnis frictionis cōmune: nō sine causa est (ut arbitror) omissa. Quòd igitur omnis frictiōis calorē accendere cōmune opus sit, nō satis quod ab Hippocrate prodat, dignū præceptū est. Quid uero quęq; fricti, propriū efficiat: id ut Hippocrati necesse tradere, ita nobis certe utile erat discere. Reductis em̄ ueluti in elementa simplicibus differentijs, uniuersam frictionū rationē absoluit, quēadmodum carnē adijcias, quēadmodū detrahas, quemadmodum corpus mollias, quēadmodum cōstringas. Cum his unà protinus se promūt tum media earum opera, tum ea quæ per coniugationem faciunt. Media, cum neq; ligare corpus, nec soluere, nec carnem augere, nec minuere studemus. Quæ per coniugationem, cum uerbi gratia pariter colligare, & carnem addere. Quis enim non uideat, cum duram carnem adijcere corpori uolumus, frictionem durā unà cum mediocri modo esse petendam: ueluti cum mollem addere studemus, frictionem mollem & quantitate mediocrem adhibendam, & per alias coniugationes ad portionem? Quas nōnulli gymnastarū tanquam sua ipsorum inuenta tradentes, dum Hippocratem accusant, ipsi uehementer delinquunt: & q eum qui de his primū præcepit, merita laude fraudant: & quòd cum eius inuēta sibi tribuant, etiam (quod atrocius multo est) calūniari hominē non dubitant. Accedit quòd nec simplices differētias apte inter se alternāt. Decuerat enim (arbitror) eū qui recte ad particulares cōplexiōes descēdere uoluit: nec uniuersas senario numero cōprehendere, ueluti Theon facit: nec aliquod eorū propriū uel quantitatis uel qualitatis opus omittere: quemadmodum in mollis simul & multæ, opus mollis: in duræ simul & multę, effectū multæ prætermisisse eum ostendimus: sed has quoq; adiecisse, & particulares cōiugationes nouem fecisse. Quippe tres quæ à qualitate frictionum sumuntur differentię, si eas tribus quæ à quantitate ducuntur, iunxeris: nouem coniugationes effeceris: sex quæ à Theone sunt positæ in ijs quæ paulo supra memorauī uerbis, & tres quæ ab eo sunt prætermissæ dū mediam mollis duræq; omisit: quanquam ne intelligere quidem neque mollem frictionem neque duram fas est ut non simul intelligatur & mediocris. Cui si tres quantitatis differentias iunxisset, nouem ita uniuersas frictionum differentias effecisset, non sex. Eas ipse nunc in descriptione exponam, in qua duorum uersuum qui superne deorsum pinguntur, priorem, qualitatum intelligi uolo: secundum, quantitatum.

Dura	Pauca
	Multa
	Mediocris.
Mollis	Pauca
	Multa
	Mediocris.
Mediocris	Pauca
	Multa
	Mediocris.

Nouem harum quas descriptio cōplectitur coniugationū, cum Theon sex primas tradidisset, reliquarum trium certe non meminit, ipse secū manifestissime pugnās. Si enim exiguæ ac multæ media quædam est, quam mediocrē uocamus: etiam mollis durę altera certe media erit, quam mediocrem moderatamq; apelles. Sanè meminisse per omnem sermonem conuenit, hæc omnia in respectu collationeq; dici: quando quę huic dura est, alteri pro molli sit. & quæ mediocris, immodica. & quæ pauca, multa. & quę alij multa est, aliter quodammodo affecto sit pauca. Hoc uero & Theon fatetur. Nec fieri sanè potest ut qui mediocrem in quantitate frictionem præterit, non longe aberret. Ac mihi quidem uidetur Theon indeadeo in hunc errorem lapsus, quòd Hippocrates de ea frictione subticuit: adeo ut hinc deprehendatur nihil proprium & suum de frictione Theon protulisse, sed perperam Hippocratis inuenta tractasse. Non enim à pueris statim orsus, & sub præcepto re, senis scripta perlegit: cū fateatur ipse primum athleta fuisse, deinde hoc exercitio depositio ad Gymnasticen se contulisse. Atq; hæc mediusfidius nō quò hominem uituperem apposui, quem alioqui inter primos gymnastas censeo, sed quo ista lecturos doceam haud facile esse ueterum libros intelligentia cōsequi, si desint qui ea curiose enarrent. Nam quòd ex priscæ breuitatis dignitate fuerit duræ mollisq; frictionis mediam silentio prętęrire, id ante à nobis iam dictum est. Quòd autē talia à nobis præteriri non debeant: id quoq; & ostensum prius est, & nūc nihilo secius ostenditur. Si enim tam mollis frictio quàm dura in respectu collocationeq; nō solum subsistentiam, sed etiam intelligētiam sui habet: etiam mediocrem in simili respectu collationeq; constitui necesse est. Finge ergo tale esse corpus, quale propositi nobis in hoc libro pueri esse præsumpsimus, sanum prorsus, & omnis excessus mediū, ita ut neq; molliorem hūc effectum uelimus, neq; duriorem, sed nec carnis eius modo adiectum quicquam, detractumue. Num igitur ita se habenti corpori, aut duram, aut mollē frictionem admouebimus, aut etiā multā, aut mediocrē? Ego planè quālibet harum

inutilem censeo: quippe cũ à dura durius, à molli mollius, à multa gracilius, à mediocri crassius reddetur: quorũ nullo ei est opus, imò pristinã potius mediocritatem ad unguẽ seruari. Quare neq; duriter id, neq; molliter, † neq; multis frictionibus, neq; quantitate mediocribus, sed [paucis, & qualitate] mediocribus infricabimus: † nihil ultra moliti q̃ ut ad exercitandum præparemus: ac rursus cum iam satis exercitatum sit, apotherapia curemus. Vocetur autem nobis, sicuti recentioribus gymnastarum, apotherapia, ea frictionum portio quæ post exercitationẽ adhibetur. Sanè Theon nullam ex ijs quas protulit cõiugationibus, eiusmodi corporis naturę accõmodare potest: cũ sex in uniuersum nominarit: priores tres, mollis: reliquas, durę: & neq; mollium cuiusq; eiusmodi corpus egeat, neq; durarũ, sed eius quæ harũ media sit, quam scilicet mediocrẽ in qualitate dixisse paret. Liquidoq; patere iam arbitror quantopere lapsus Theon sit mediam duræ mollisq; præteriẽs. Siquidem ad optimum statũ corporis nullam harum quas protulit coniugationum, accõmodare fas est, nec cum integra planè ualetudine corpus fruitur, nec etiam sicubi corrigi postulat. Quippè ubi planè ualet, sola præparatoria frictione eget: quam exiguam, ac mollis duræq; mediam esse ostendimus. Vbi iusto gracilius crassiusue effectũ est, non tamẽ in qualitate alterata caro quicq; est, sed planè mollis ac duræ medium modum seruat. siquidem emaciare studemus, & multam, & qualitate mediocrem adhibebimus. sin reficere, tũ qualitatis, tum quantitatis ratione mediocrem. Has tres coniugationes ultimo loco post sex in descriptione exposui, hoc cõsilio, ut omnes eas à Theone prætermissas indicarem. Quoniam igitur non solum prætermissas ab eo, sed etiam utilissimas easdem prætermissas disputatio nostra docuit, deinceps tempestiuũ arbitror ad ea quæ paulo ante distulimus, reuerti: ac primũ illud, quod doctrina ea quę per rerũ elemẽta traditur, cęteris fit utilior: quippe quæ & sub cõpendium rem omnem cogit, & memoriæ affligit, & reminiscentiæ facile suggerit, ac omniũ quę singulatim agent, rectũ usum prompte suppeditat, ceu & pauca & certa elementa referens. Quis em̃ non facile membratim frictionũ differentias, usum, ac uires inueniat, si semel intellecta senis sentẽtia, postea dictionẽ eius memoriter teneat, qua uidelicet docet constringere quidẽ frictionem duram, soluere mollem, corpus adimere multam, augere mediocrẽ posse? Ex horũ nanque notitia ac memoria, primũ sanè quę omisse in uerborum cõtextu sunt differẽtias inuenias: mox omnibus inter se cõplicatis, nouem cõiugationes efficias, quas paulo supra descriptiõe sumus complexi. quas neq; inuenisse neq; memoria tenuisse promptum sit, nisi quam Hippocrates tradidit, elementaris doctrina præcesserit, omniũ frictionũ ratione in prima principia reducta. Ex q̃bus prorsus inuentis, nõ ea modo quæ nunc sunt inuenta, nobis suppeterẽt, sed etiã omnem corruptã doctri-

Alias. οὔτε πολλάκις, οὔτε ὀλίγας, ἀλλὰ μετρίας ἀναπλήσομεν πρίψεως. id est, neque multis, neque paucis, sed mediocribus frictionibus infricabimus.

A nam iudicandi facultas superesset. Quippe id methodi, id est (sicut ueteres interpretant) uię et rationis proprium maxime est, ut ex paruo elementari principio ad singula membratim peruenire possis: tũ quicquid perperã est dictũ, scientificis id theorematis ueluti regula quapiã examinans iudices. Quòd igitur neq; alius quisq; recte de frictiõe sentit, neq; Theon ipse gymnastes, tametsi eruditius cæteris de ea locutus, sed Hippocrates, & qui eũ sunt secuti: satis hæc sunto. Supereſt ex ijs quæ ad hũc locum distulimus, ut de nominibus ipsis dissemus, nequis eorum numero deceptus, pares numero affectus cum ipsis appellatiõibus existimet. Duri enim uocabulum de quadam corporis affectione proprie dicitur, quã nec interpretari quidẽ

B quale sit, pluribus est opus, nemine uel ex uoce ipsa non ad rei notitiã perducto. Ad eundem modum & mollis uocabulũ. At rari & densi uocabula non perinde euidenter ipsos corporis affectus significant, propterea q̃ duplex eorum nominum usus obseruatur. Alter eorum qui proprie loquuntur, alter abutentium. Ac proprie quidem rarum accipimus quod meatus quos Græci πόρους uocãt, magnos per totũ obtinet: sicuti ediuerso densum quod eosdem paruos. At per metaphorã, siue abusum, siue quocunq; alio genere appellasse libet, de laxo coactoq; hæc ipsa uocabula dici audias. hac enim ratione & aerem & ignem aliquando raros dicimus, aquam & terram densas, scilicet ad

C elementa ipsa translatis appellationibus, quæ tamen & unita sunt, & ex similaribus natura partibus constant, nec ullos eiusmodi meatus obtinẽt. Multo his lõgius à proprietate recesserũt illa quę per metaphoram ambo sunt dicta, nempe constrictum, & colligatũ. Illud de denso & duro, modo utroq; seorsum, modo in eodem ambobus repertis: hoc rursus de ijsdem dicimus, non tamen eadem metaphora. nam quoniã omnia quæ colligata sunt, eadem ad motum impedita sunt, ita nimirum nominarũt & quæ ob siccitatẽ, frigus, phlegmonem, scirrhũ, tensionem, repletionẽ, aut pondus, ægre mouent. Eandẽ ob causam & cõtrarijs

D horũ nominibus in cõtrarijs affectibus utũtur, remitti, aut resolui, aut laxari dicentes. Oportet aũt non nominũ inspicere numerum, sed affectuum genera duplicia in totum esse existimare. Alterum quod in similaribus ipsis obseruaẽ, de quo molle durumue dicitur. Alterũ quod in instrumentalibus meatuum ratione consistit, quod densum esse uel rarum dicitur. hi nanq; corporum ipsorũ proprij affectus sunt. accersiti uero, & (ut ita dicam) temporarij: q̃ alias meatus ipsi superuacuo humore implentur, alias sunt mundi: & modo patentes, modo cõniuentes. Verum de his affectibus in sequentibus libris agemus. Nunc ad propositũ redeundum. ac primũ clarius adhuc de frictiõe ipsa disserendum: nempe q̃ hæc ipsa interdum per se corporibus nostris cõmodum affert: interdum ijs quæ cõmodum afferũt, ad eum sanè modum submini-

his uerbis: Deligatio partim ipsa sanat, partim sa-

A nantibus subseruit. Ipsius igitur frictiõis effectus sunt & q̃ rara densat, & mollia durat: dura uero hæc esse omnino postulat. præterea q̃ dura mollit, & densa laxat: hæc cõtra mollis sit oportet. Pari modo & quę carnis augẽdæ minuẽdæue causa suscepta est, utraq; p se utile aliqd corpori cõfert. Quæ tamen ad exercendũ corpora pręparat, item quæ post exercitationẽ adhibetur, hæ exercitationibus subseruiunt. Illa modice calfaciẽdo tenues meatus recludens, & simul excrementa quæ caro continet fluxilia reddens, & solidas emolliens: appellant autem hi huiusmodi frictionem, præparatoriam. Altera ἀναθεραπευτικὴ Græce dicitur. latine recuratoriam ad uerbum appelles: hæc cum pluſculo oleo administrata, simul pinguetudine

B humectat, et solidas emollit, & quę in halitus meatibus cõtinentur, euaporat. Verum de hac post dicemus, cum de exercitatione egerimus. Sed præparatoria frictio in optimi status natura calfaciendi corporis causa suscepta, prout supra traditũ est, fiat mollis primũ, mox uero exercitationẽ aggressuro dura: ita nanq; maxime & mollire poterit, & ad exercitationes excitare, & corporis naturã qualem ab initio accepit, seruare. Quòd si quid aberratum sit, ad durũ id potius spectet. Nam qui breues à modo recessus sunt, ij cute tenus finient, nullo interiorũ alterato. Minus uero lædẽt ipsa cutis si ad durũ simul & densũ recessus à modo sint propensi: quippe ita iniurię minus opportuna fiet. A-

C deo si transpiratio per huiusmodi cutim facilis esset, densissimã eam durissimãq; efficeremus. Nũc quoniã ad utrunq; munus probe esse cõparatam oportet, & excremẽta quæ intus condunt, per halitum emittenda, & foris propinquantium uiolentiã tolerandã: utilissimus sane fuerit medius inter utrũq; excessum modus. Qui si aliquãdo fortasse nõ seruabit, melior utiq; fuerit q̃ ad durius densiusq; pertinebit, q̃ qui ad mollius laxiusq;. Nam transpirandi defectũ exercitio sarcire licebit. alterius uero affectus uitiũ, quod est ad externorũ iniuriã opportunitas, neq; alias corrigi facile potest, affertq; pręterea cõiunctum incõmodum nõ paruum, euaporato subinde nõ excremẽto modo, uerumetiã ipsius corporis nutrimẽto. Ergo in ijs differentijs quæ à qualitate sumunt, aberrare satius

D est uersus eã quæ durior est, q̃ eam quæ mollior. In ijs quæ à quãtitate ducunt, in proposita saltem natura & ætate siquid delinquitur, uersus id quod minus est, id esto. Semper em̃ eius in præsenti disputatione meminisse oportet, augendi eiusmodi corpus, haudquaq̃ siccandi studium esse propositum. Quas uero corporũ naturas, et quomodo affectas amplius fricandũ sit, postea dicemus. Nunc ad propositam materiam reuersi, de mensura ipsa frictionum agamus ad eundẽ modum quo paulo ante de qualitate egimus. Cõuenit aũt hoc loco ut prius q̃ mensurã definio, alterius cuiusdam æstimandi mentionem faciam, sinẽ cuius notitia mensurã ipsam nec definiuisse recte licet, nec nouisse.

A Est uero quod æstimandũ censeo, aeris qui fricandum corpus continebit, temperies: quam utiq; in re ipsa monstrare licet: explicare oratiõe aperte ita ut interpretatiõis euidentiæ nihil desit planè non licet, sed est prorsus inexplicabilis. Verum si nõ adeo multũ orationi de rei euidentia desit, abunde fuerit. Præcedit uero hanc & alia quædã consideratio: nempe quo anni tempore, & in quonam orbis loco exercitandum statuemus. Duo enim hactenus de eo tantũ definita sunt, corporis status, & ætas. Vbinam autem aut altus hactenus fuerit, aut exercitandus nunc sit, aut quo anni diei ue tempore, nihil sanè cõstitutum est: quanquam pro harum certe cuiusq; ratiõe, mediocritas frictionis est uariãda. Ergo ad ea quę hactenus statuta sunt,

B hæc quoq; definienda sunt, utique potestate interinitia operis iam tradita, non tamen interpretationis luce clare explicata. Dicẽs enim ueluti regulam quandam omnium quæ post dicẽda erant, positurum me hominem eo corporis statu quo queri non possit: obiter nimirum etiam regionem hominis potestate definiui: cum nec optimo temperamẽto, nec irreprehẽsibili omnino membrorum modulo corpus ullum in ijs regionibus quę à temperamenti modo recesserint, gigni possit: sicuti tum ratio docet, tum experientia commonstrat. Quippe sicci, graciles, & ueluti torrefacti in æstu olis tractibus homines fiunt. Rursus frigidioris plagæ incolæ, inæquali temperamento utiuntur, ut quibus exteriora frigeant: interiora atq; in his uiscera, immodice caleãt. Sanè optimum corpus, de quo nũc sermo proponitur, ueluti Polycleti regula est: cui in nostro situ, utpote probe temperato non pauca similia uideas. Apud Gallos uero, Scythas, Aegyptios, Arabas, ne per somniũ quidem tale usquam est uidisse. Nostræ autem regionis, quæ in latitudinem non paruam extẽditur, id quod in medio habetur, optime sanè temperatum est: cuiusmodi patria Hippocratis est. Etenim ea tum hyeme tum æstate mediocrem temperiem exhibet: uere autem & autumno multo magis. Eiusmodi igitur locum cum corpori proposito dederis: anni quoq; tempus ueris mediũ ipsum dabis. Esto uero & diei in qua nobis exercitandus primum est, maxime, quoad fieri potest, ipse meridies: quo uidelicet naturalis temperamenti eius uis

D ab ambiente nullo pacto mutetur. Eadem exigit ratio, ut ne domus quidẽ in qua exercitandus est, ipso præsertim die calidior frigidiorue sit q̃ publicus totius urbis aer. At æstate atq; hyeme talis uel arte præparandus est: nempe hyeme calidior, æstate frigidior: quò uidelicet exacta temperie corpus frictionis tempore fruatur: quando si iusto calidior frigidiorue domus fuerit, in calidiore illico sudabit, in frigidiore neq; calefiet prorsus, nec molletur unquam, nec floridum ruborem ostẽdet, nec in tumorem attolletur. Sunt nanq; duo hæc, rubor & tumor, in aeris temperie, & corporis statu temperato, mediæ frictionis notæ. Veluti enim si calidam infundas, primum quidem corpus intu-

mescit: si largius infundas, decũbit, (ideoq; & Hippocrates de his aiebat: Primũ quidem attollitur, deinde fit gracile.) ita frictio quoque attollit quidem primum, postea contrahit, ac molem deponit. Iis ergo qui carnis augendæ causa fricantur, tunc plane finienda frictio est, cum corpus & intumuit, & ad summum fere tumorem peruenit. Qui autem ad exercitandum iam præparantur: ijs minime id tempus operiẽdum, sed longe prius desistendum à frictione est, potissimum cum optimi temperamenti sunt, & ætate adhuc pueri. horum nanq; tum humidum corpus est, tum tenerum, ac paucis frictionibus mollescens. Præparatoriæ uero frictionis meta finisq; est, ut solidæ partes molliantur, humida soluantur, & corporis exigui meatus laxentur. Quis uero frictionum esse debeat numerus, definire sanè oratione non est: cęterum qui his præficitur harũ rerum peritus, hic primo quidem die minus exacta exquisitaq; coniectura utetur: sequenti uero die, ubi iam experientiam aliquam adolescẽtis est adeptus, magis exactam certamq; habebit. Quinetiam de exercitatione ipsa primo certe die mensurã ad unguem definire non potest: sequentibus deinceps omnino potest. Sunto igitur hic quoq; notæ: Primo quidem die cum adhortanti incitantiq; ad exercendum, non perinde obsequitur, sed segniores, & minus tũ frequentes, tum decentes, ac (ut semel dicam) minus ualentes tum colluctatoris sui apprehensus, tum motus obit. Porrò expedit neq; paulo animosiorem esse qui exercitatur, ut lassis iam uiribus etiam exercitari aueat; neq; ignauũ, q integris adhuc uiribus laborẽ tamen detrectet. Est uero profecto talis non corpore modo, sed etiam animo, quẽ nũc educandum suscepimus: quandoquidem quibus frigidus succus in uentre, aut in toto corporis habitu collectus est, ij segniores ad motionem sunt. Pari modo & qui plethorici, id est, qui succis æquabiliter se habẽtibus nimiũ abundant, & quos recens frigus afflixit, ij & ignaui sunt, & ad mouendum pigri. Iam his etiam magis ita sunt affecti quicunq; natura frigidiores sunt: sicuti etiã his ipsis lõge magis, quorũ frigiditati etiã humor est adiunctus, hi nanq; quãtitatis exercitãdi notas corrũpunt. Sicuti ediuerso qui calidiori tẽperamẽto sunt, siue id proprię naturæ spõte eueniat, siue ab accersito quopiã affectu: hi & animosi sunt, & certaminis auidi, & ad actionẽ plus cæ expedit prompti. At quibus nec corpus calidius frigiditáue est, nec animus omnino iacẽs ac demissus, aut cõtiõis glorię ue pręcupidus, et ad actionẽ præceps: ijs modi exercitationũ indicia integra manent, illę sacq; seruanẽ et primo statim die, et multo magis ꝓcedẽte tẽpore. Si em̃ qd inter initia suffugit: id experientia ipsa edoctũ, ad exactã notitiã perueniet. Non aliter & cibi modus ad certã coniecturã perducitur: qui tamen ab initio definiri nullo pacto potest. uerum quotidiana experientia, cum recordatione quantitatis tum cibi, tum exercitationũ, eo etiam qui huic præficitur, nihil non solicite observante, sed semper ut tantum ciborum post tantam exercitationem concoxit, recordante, propemodum ad exactã scientiã intellectũ tempore perducit. Hæc igitur omnia etiã deficiẽtibus ab optimo statibus cõmunia sunt: de quibus agere nondum statuimus. Cęterũ optima natura, quę hic nobis est proposita, mensuras omniũ manifestas obtinet: ut quæ nec animi moribus, nec corporis intemperie, dictorum quicquam obturbet immutet ue, sed frictionis, exercitationis, ciborum, ac somni mensuras aperte indicet, ac tum primum quod libet horum respuat, cum eius ultra non egeat.

Quare fuerit hoc quoq; ei qui tali corpori præficitur, nõ minimus modi index: dico aũt ipsam ad singula quę agi debent, alacritatẽ: ceu materia ipsa in optimo corporis statu modũ sibimet præscribente. Etenim qui optima natura sunt, & iam ad exercitationem frictione præparanẽ: tum demũ ad exercitãdum prodibũt, cum toto iam corpore abunde emolliti excalfactiq; sunt. Exercitando quoq; tum primum grauatius mouebũtur, cum satis exercitati iã fuerint. Iam à cibo & potu tũ primũ abstinent, cum satis se impleuerint. Quare nullus in hoc homine metus est nequando aut iusto plus laboret, aut iusto plus cibis se ingurgitet, si naturæ suæ impetus sequatur. quo fit, ut neq; prorsus peritissimum sibi præfici is postulet, si cuti omnes de quibus postea sermo erit, deterioris notæ homines. quippe sanũ corpus ipsum sibijpsi omnia inuenit proprio naturæ suæ impetu directum: maxime si in ijs quę ad animũ pertinent, recte sit educatum. Nam multi in malis moribus à pueris educati, in desidia & intẽperantia uiuentes, bonitatẽ naturæ corrumpunt: sicuti contra nõnulli uitiosam corporis naturã sortiti, temperantia uitæ & appositis exercitijs naturæ uitia mutarũt in melius. Sed de horum quidem [siue exercitationibus] siue etiam operibus sequens liber totus componitur. De ijs qui optimo corporis statu sunt, & qui sanitatis tutori auscultabunt, in hoc libro agere statuimus. Ac præcedens quidem de his sermo, ad exercitationum mensurã usq; est progressus. Supereſt ergo ut de generibus eius disseramus. Genera exercitationũ uoco luctam, pancration, pugillatũ, cursum, & alia id genus: quorũ alia tantũ exercitationes sunt, alia non exercitationes solum, sed etiam opera. Exercitationes sunt tum hæc ipsa quæ dicta modo sunt, tũ prẽter hæc quę Græce dicũtur ὁ παλισμός, τὸ ἐκπλεθρίζειν, ὁ σκιομαχεῖν, τὸ ἀκροχειρίζεσθαι. Atq; hæc mox descriptione exponenẽ. Præterea saltus, disci iactus, tum corico, folle, pila uel parua uel magna, & per alteres corpus fatigare. Exercitia simul & opera sunt cũ fodit quis, cum remigat, cum arat, cum uites putat, cũ onus gestat, cum metit, cum equitat, cum armatus pugnat, cum iter facit, cum uenatur, cum piscatur, cum alia quæcunq; homines uel opifices uel non opifices in uita usus causa exercent, facit, seu domos ędificẽt, seu naues, seu ferrariã ærariam ue factitent, seu aratra pangant, seu tale aliquid pacis belliue

belliue instrumentum fabricent. Horum aũt plerisq; est quando ueluti pro exercitatione tantum utare. Quippe triplex in uniuersum ipsorum usus est, cum interim operis tantum causa usurpentur: interim meditationis, sed quæ ad usũ futuri sit operis: interim pro exercitatiõe tantũ. Quippe ipse aliquãdo hyeme deprehẽsus in agro, tũ ligna findere, tum hordeum in pila cõtundere ac deglubere exercendi corporis causa sum coactus. quæ nimirum agrestes quotidie pro opere faciebant. De horum igitur ceu operũ usu, in sequentibus: ceu exercitiorum, nunc tractabimus. Nullũ nanq; id genus exercitium aut perpetuum diem obitur, aut alio tempore cã ante cibum. Seruari uero tum modum exercitationũ in his oportet, tum uocatam apotherapian. Quòd si etiã idonea frictione usus, ad ea quis accedet, iam omnes exercitationis numeros impleuerit. de his igitur omnibus scientem esse conuenit eum qui sanitatis tuendæ officio utetur, quem ὑγιεινὸν Græce uocant. Licet em̃ eum (ut ante dictũ est) aut sic Græce, aut gymnasten, aut medicum uoces: prima tamen appellatio maxime propria est, reliquæ per abusum. Nam si artifex quisq; ab arte quam tractat, deflexũ sortitur nomen: patet eum qui ὑγίειαν, id est, sanitatẽ tuendam profitetur, merito ὑγιεινὸν appellandum: ita nimirũ, ut qui γυμνασίοις, id est exercitationi tantum præest, gymnasten: & qui morbis medeẽ, medicum. Quòd siquis hũc ipsum uel gymnastẽ uel medicũ pro ὑγιεινῷ appellasse uolet: tũ à parte totum, tum uero nec proprie nominabit, sed abusiue, uel ambigue, uel quõcunq; aliter dixisse uelis, appellationẽ faciet. Huius rei causa est, ꝙ cũ una sit ars quæ corpori tuẽdo præsideat: unicũ ei proprium nomen nõ est. De qbus omnibus uberius singulari libro egimus, quẽ Thrasybulũ inscripsimus. Ac genera quidẽ exercitationũ sunt ea quæ diximus: qualitas uero, seu differentia (nam & hãc quoq; utroq; modo appellare licet) uelocitas, tarditasq; mouendi sunt: præterea ꝙ aliud robustũ, aliud (ut ita dicã) imbecillum est: ad hæc, uehementia, & leuitas. Vtendi uero rationes omniũ prædictorum generũ una cũ differentijs proprijs huiusmodi sunt. Nã aut perpetuus motus est, aut intermissus. & si perpetuus, æquabilis, aut inæquabilis. Sin intercisus, aut certo ordine, aut citra ordinẽ. Hę igitur utendi ratiões ab ipso negocio capiunt. Quę uero ab ijs quæ extrinsecus sunt posita, dicũtur, eiusmodi sunt, ꝙ aut sub dio exercitatio fit, aut sub tecto, aut in mista umbra, quã ὑποσυμμιγῆ Græci uocãt. Item ꝙ aut calens locus est, aut frigidus, aut media temperie. Præterea aut planè siccus aut humidus, aut medio modo attẽperatus. Similiter illę quoq; utendarũ exercitationum rationes quædã sunt, ꝙ cum puluere exiguo multóue usurpentur, item ꝙ cum oleo exiguo multóue, aut etiam sine utroque administrentur. Quoniam ergo enumerata à nobis uniuersa sunt quorũ peritum esse oportet qui sanitatem tuendam profitetur, ad psa nunc excercitationum genera non intempesti uere dibimus. Ac primum docebimus tum quid omnibus sit cõmune, tum quid singulis propriũ: hinc frictionis ipsius tẽpora definiemus. Ergo omnis exercitationis commune illud est, quòd animali ipsi ex ipso caloris argumentũ excitat. Quippe caleſiunt corpora nostra & balneis, & calidarũ aquarum lauacris, & cum per calidiores tempestates insolamur, & cum igni fouemur, & cum calidis medicamentis perfricamur. Cæterum ab externo est omnis eiusmodi calor adscitus, nec de proprio principio, sed aliũde accensus auctusq;. Exercitando uero, insiti caloris augmentũ animalibus ex ipsorũ corporibus excitatur. Atq; is omnium exercitationum communis effectus est, propriusq; tamen earum effectus non est, si modo & iratis, et perturbatis, & pudore affectis naturalis etiam calor augetur: quanquam ira haudquaquã auctus, sed ueluti feruor est caloris in corde. Itaque etiam essentiam eius uel probatissimi philosophorum talem esse affirmant. Quippe accessoriũ iræ est, non eius essentia, ultionis appetentia. Verecundis autem augetur insitus calor, dum primum intro se recipit uniuersus, deinde postquam in alto corporis est collectus, & ex ipso inibi congestu, & ex assiduo motu incrementum capit. Non enim quiescit pudore affectorum spiritus, sed tum ab interno, tum circa se, unà cum toto sanguine uarie circumagitur, ita planè, ut spiritus eorum qui perturbantur. Dicetur autẽ in progressu latius de omnibus eiusmodi animi affectibus. Ad præsens enim proꝑterea quòd commune symptoma tum hos ipsos affectus, tum exercitationes excipit: dũ omnis exercitij cõmunem esse natiui caloris auctum ostenderem, idq; de externo, & à se, non tamen solis exercitationibus inesse, sed pariter dictis modo affectibus, coactus sum obiter & de his meminisse. Iã singulas exercitationũ seorsum persequi tempestiuum uidetur: illo præsertim prius significato, ꝙ in his quoq; complures differentiæ inueniantur. Quippe interim aliam partem, aliud alio magis exercitium fatigat. Et quædam lente motis fiunt, quædam ocyssime agitatis, & quædam robore ac nixu adhibitis, quædam sine his: ad hæc, quędam cum robore pariter & celeritate, quædam languide. Ac quod uiolenter quidem sine uelocitate exercetur, βίαιον, id est ualẽs uoco. quod uiolẽter & cum celeritate, σφοδρόν, id est uehemẽs. Violenter aũt, robustéue dicere, nihil referat. Fodere ergo, ualens robustaq; exercitatio est. Simili modo & siquis quatuor simul equos habenis coerceat: ímpense robusta exercitatio est, nõ tamẽ celeris. Tũ siquis maximo onere sublato aut eodẽ loco maneat, aut paululũ procedat. Iam accliuis inãbulatio, huius quoq; generis est. Attolluntur enim eo motus genere, & ueluti onus sustinenẽ ab ijs quę primum mouẽtur, reliqua corporis membra uniuersa. Præterea si quis per funem manibus apprehensum scandat, sicuti in palestra pueros exercẽt qui eos ad robur præparãt: quinetiam si quis fune arrepto, aut etiã pertica, sublimis ex ea pẽdeat, ac diu teneat

teneat; robustum is ualidumq; laborem exerceat, ci A quod satis ad præsentem sit disputationẽ: uerum
tra tamen celeritatẽ. Ita uero & siquis manibus in si prius exercitationum uarietates absoluero. qua-
pugnum reductis, ijsdem prolatis, uel in altũ sub- rum quæ robustæ sunt, quasq; δυνάμεις Græci uo-
latis, diutissime eodem habitu consistat. Quod si cant, dictæ iam. Supereſt ut de ijs dicamus quę ce-
adhibitũ quempiam deducere sibi manus iubeat, leritate peraguntur, citraq; robur & uiolẽtiam. Id
nec tamen ipse remittat: uel impẽsius hic tum mu- genus sunt cursus, & umbratilis armorum medi-
sculos omnes, tũ neruos ad robur cõparat, ut quo tatio, & cum duo summis manibus concertant,
rum maxime propria sunt omnia id genus exercita- ἀκροχειρισμὸς Græci uocant. tum quæ per corycũ
tia. Idq; multo certe magis fiet, seorsum si quis sum & pilam exercitatio fit, utiq; cum à distantibus &
mis manibus, utraq; apprehenso pondere (cuius- currentibus administratã. Eius generis est & quod
modi sunt qui in palestra alteres dicuntur) porre- ἐκπλεθρίζειν Græci dicunt, & quod πυλίζειν. Est
ctis his, aut in sublime erectis, eodem habitu per- autem ἐκπλεθρίζειν, cum in plethro, id est, in sexta
sistat. Iam si etiã cuipiam iusseris ut te uiolẽter de- parte stadij quis prorsum retrorsumq; uicissim,
trahat, inflectatq;, dum ipse nõ manibus modo, ue- idq; sæpe, in utranque partem sine flexu cursitans,
rumetiã cruribus spinaq; constãs inflexusq; resi- unoquoque cursu breue quiddam de spatio de-
stas: non leuẽ ad membrorũ robur exercitationẽ B mit, quoad denique in unico gressu consistiterit. πυ-
obieris. Sanè hoc genere Milonem ipsum exerci- λίζειν uero, siquis summis pedibus ingrediens,
tasse se ferũt, dum aliàs conuellere se mouereq; de tensas in sublime manus, hãc antrorsum, illam re-
loco uolenti permitteret (uerũ hæc crurũ maxime trorsum celerrime moueat. Hoc uero exercitamẽ-
exercitatio fuerit): aliàs, utiq; si manus exercitan- to maxime ante parietem stantes uti solent: quò,
das curabat, pugnũ aperire iuberet. Idem (ut aiũt) siquando aberrent, facile pariete apprehenso eri-
malum punicũ, aut tale quippiam manibus cõple- gantur. Sed sic exercitatorum ut error magis la-
xus, auferendum cuiuis præbebat. Hæc igitˉ exer- tet, ita exercitium ipsum fit imbecillius. Celeres
citia maximi roboris tum ostentationẽ, tum exer- uero motus sunt, citra tamen uiolentiam, & qui
citationem cõtinent. Robur aũt partiũ tum exer- in palestra eduntur, circũuolutis humi nobis uel
cet, tum uere firmat, et si quis alterum complexus solis, uel cũ alijs. Licet aũt & erectis, tum circum-
medium, aut etiam ipse medio cõprehensus, mani actis, ac uelociter propè adstantẽ mutantibus, ce-
bus digitisq; pectinatim iunctis, aut quem cõple- lerem exercitationẽ peragere. Potest & solis cruri
ctitur, absoluere se iubeat, aut ipse se à cõplecten- bus, idq; erectus, ac uno loco consistens celeriter
te soluat. Ita etiã & si quis alterũ qui uersus ipsum exerceri: subinde quidẽ retro tantũ resiliens: inte-
se inclinet, à latere aggressus, illa manibus cõple- C rim uero crurum utrunq; uicibus referens. Quin
xus, ceu onus aliquod sublatũ inuicem protẽdat, & per manus exercitatione celeri tantundẽ ualen-
reducatq;: ac magis si dum gestat, ipse nutu renu- te uti datur, idq; citra ullos alteres: utiq; si frequen-
tuq; corporis utatur; sic nanq; spinam uniuersam tiæ celeritatiq; motus earũ impense incumbas: si-
ad robur comparauerit. Aeque uero qui pectori- ue has in pugnum ductas, siue explicatas mauis.
bus ex aduerso innixi, magno se conatu inuicem Ac eiusmodi quidem celeris exercitatio est, in qui-
retrudunt. Etiam qui à ceruicibus pendentes, de- bus dixi speciebus cõprehensa. Reliquũ est ut ad
orsum trahunt, ad robur præparant. Cæterum ta uehementem ueniamus. Ea uero sicuti prædictũ
lia omnia exerceri citra palestram, aut copiosum iam est, ex robusta celeriq; composita est: quando
puluerem queunt, quocunque conculcato loco quas robustas diximus, ijs omnibus ut uehemẽti-
erectis ac stantibus. Quæ uero luctantes inter se bus uti licet, motus modo celeritatẽ adijcias. Nõ
moliuntur, cum robori augendo student, hæc aut in postremis uero uehementes hæ sunt, fodere, di-
puluerem altum, aut palestram desiderãt. Ea sunt scum mittere, saltare, idq; continuato sine inter-
eiusmodi: cum uterque luctantium ambobus cru missione opere: similiter graue quoduis telum ia-
ribus alterum alterius crus complectitur, deinde D culari, cõtinuatis sibi quàm maxime iactibus: aut
manibus inter se collatis, altera ceruici uiolenter graui armatura tectum celeriter agitari. Et qui a-
incumbat, utique quæ è regione impediti cruris liquo quidem talium exercẽtur, intermittere pau
est, altera brachio. Licebit & circa summũ caput lulum solent. Atq; hoc loco inter assiduam inter-
manibus iniectis uiolenter retrorsum se agat ac re polatamq; exercitationem differentiam noscas li-
uellat. Eiusmodi lucta, utriusque luctatoris robur cet. Quas enim modo retulimus, uniuersæ moru-
exercet: quemadmodum & ea quę altero alterum la interpositæ magis usurpari solẽt, ac potissimum
cruribus cingente, uel ambo per ambo mittente, quę labores operaq; sunt, nedũ exercitia, ut fossio,
fiunt. Nam hæc quoq; utrunque ad robur præpa- & remigatio. Quæ uero remissiores exercitatiões
rant. Infinitæ aliæ eiusmodi robustæ exercitatio- sunt, eæ sine interposita quiete magis fiunt, ueluti
nes in palestra sunt. Quorum nimirum omnium cõtinuatus diu cursus, quem Græci dolichon uo-
peritiam usumq; pædotriba callet, ipse sanè sic à cant, & iter facere. Hęc igitˉ omnia exercitationũ
gymnaste diuersus, ut à medico coquus. quod ip- genera sunt, quæ & modo dictas differẽtias habẽt
sum quoq; ad perpensionẽ æstimationemq; se of- & supra has q̃ alia lumbos magis quàm brachia
fert. At dictum quidem iam de hoc est in eo libro cruráue exercent, alia spinam totam, aut pulmo-
qui Thrasybulus inscribitˉ. cæterũ dicemus & nũc nem tantum, aut thoracẽ tantum. Quippe itatio
cursusq;

cursusq;, crurũ exercitationes sunt: acrochiriſmi, A alteratione nascitur, ea pro motus qui uoluntate
& sciamachiæ, brachiorum ac manuum propria. consilioq; initur (καθ' ὁρμὴν, græce uocant,) diffe-
Lumborum aũt, assidue se inclinare, ac rursus re- rentijs uariatur. Quæ ex uirium firmitate infirmi-
uocare: idq; aut pondus aliquod à terra tollentem, tateq; oritur, pro substantiæ ipsius cordis & arteri
aut assidue in manibus sustinẽtem. Sunt & qui de- arum bono cõtrarióue temperamento contingit.
positis ante se alteribus, ulnæ interuallo distanti- Porrò uenarũ opus unà cum alijs instrumẽtis uni
bus, postea medij ipsi stantes, inclinãt se, atq; attol- uersis quæcunq; natura ad alimenti dispensationẽ
lunt dextera quidem eum qui ad sinistram iacet, si- excogitauit, pro cibo potioneq;, tum uero pro di-
nistra qui ad dextram: tum rursum utrũq; in suum stributionis in corpus, & cõcoctionis, & nutricati
locum referunt. Atq; hoc identidem deinceps faci- onis ratione uariatur. Huius uero mutationis arte
unt ijsdem uestigijs insistentes. Hic uero motus riæ quoq; participes sunt. Qui uero motus, actio-
transuersas spinę partes magis exercet, sicuti prior nes nõ sunt, horum triplex diuersitas intelligitur.
ille rectas. Thoracis uero et pulmõis maximę respi- Alij nãq; animantibus ex seipsis insunt: alij extrin
rationes propriæ exercitationes sũt. Maxima uero secus aduenium: alios medicamenta proritant. Et
uox supra iam dicta, uocis quoq; instrumenta om ex se quidem animalibus insũt ij quos ante memo
nia permouet. quorum enumeratio in ijs quæ de B rauí. Extrinsecus uero accedũt qui nauigãdo. equi
uoce edidimus, habetur. Quoniam aũt huc produ tando, aut gestando siue uehiculo, siue lectulo pẽ
cti sumus, non alienũ si de omnibus animalis par- dente, siue cunis agitatis præstantur, siue per nutri
tibus tradere, & quæ motus euidentes, & quæ le- cum ulnas, ut infantibus: extrinsecus præterea ad
ues & obscuros obtineant: quæ rursus à se moue- uenientiũ & frictio sit. Nonnulli tamẽ motus mi-
antur, quæq; ab alijs. Quippe eiusmodi discretio sti planè sunt, ueluti equitatio. Non emˉ ut in uehi-
non paruam commoditatem gymnastæ afferet ad culis, præsertim in quibus stratus quiescas, ita etiã
omnia animalis mẽbra mouenda, aliàs à se, & pro- cum equo insideas accidit ut à gestãte tantũ agite-
pria uirtute: aliàs ab alijs, & per alienam. Quæcũq; ris, ipse nihil agas: quin spinã erectã sustinere, tum
emˉ uoluntate suscipiuntur actiones, eæ musculo- utriscq; fœminibus equi costis firmiter hærere, &
rum neruorumq;, & quos aliqui tendones, græci crura extẽdere oportet, etiã ante, pspicere. In quo
τένοντας uocant, propriæ sunt. Eædẽ tamen si ma- non modo uisus, sed etiã collũ laborat, præcipue
iore ui & celeritate fiunt, primum quidem & ma- tamen uiscera hoc genere agitantur. Porrò ea sali-
xime dictas iam partes, ex accidenti uero etiam ar entibus quoq; æq; dimouentur: uerũ ijs qui uehi-
terias exercent. cum prædictis uero ossa, uenę, car- culo gestantur, non æq;. Quare siquis uiscera quæ
nes, ligamenta, & cæteræ omnes animalis partes C sub septo sunt, mouere uiolentius uelit: & prædi-
unà mouentur. Reliquorum uero motuum qui in ctos labores adeat: & præterea ad frictionem quæ
animalium corporibus noscuntur: quicunq; non per circuniectã fascià administratur, accedat. Sta-
communi uoluntate suscipiuntur, sed uel natura- tuatur aũt oportet is qui fricat, à tergo: qui modo
les sunt, uel pro animi affectibus edũtur, duplices in dextrã, modo in sinistram manus inijciat: accli-
hi genere sunt. alij emˉ cordis & arteriarum, alij ue- nante apprimenteq; has ipsas partes ipso qui frica
narum & iocinoris actiones sunt: atq; horum qui- tur. Sanè concutiunt nonnihil ea quæ sub septo ui
dem primum & maxime: secundo loco reliquarũ scera sunt, et maximæ tũ respirationes, tum uoces:
omnium partium: quando quidem quatuor natu- pari modo efflatus & qui per se fiunt, & qui cũ co-
ralibus facultatibus omnes gubernantur. Ac arte- hibito cõpressoq; spiritu tum in tibiarũ sono tum
riarum quidem cordisq; motus nũquam sanè om- uoce adhibentur. Iam ipsa spiritus cohibitio, exer-
nino intermittuntur: cæterum magnitudine, par- citatio quædã musculorũ est, non minus certe eo-
uitate, uelocitate, tarditate, & uehementia, uarie rum qui in abdomine, q̃ qui in thorace insũt. Ve-
intenditur atq; remittitur, idq; multis ex causis: rum de hac post agetur, utpote quæ supra alia quę
quas omnes in opusculo quod de pulsuum causis modo retulimus commoda, etiam aliam gratiam
conscripsimus, percensui. nunc summa tantũ capi D non leuem præstat: cuius nimirum causa ad finem
ta delibasse sat erit. Vna igitur mutandi pulsus cau eam exercitationis adhibemus. Verum ad propo-
sa est naturalis caloris auctio, diminutioq;. Altera situm redeundum, nempe q̃ non pauci ex ijs mo-
causa est quæ ex animalis spiritus mutata quanti- tibus qui partibus animalium accedunt, nec parti
tate spectatur. Tertia, quæ ex firmitate infirmitate um ipsarum actiones sunt, nec earum actiones se-
q; naturalis uirtutis accipitur. Quarta, quæ ex in- quuntur: sed ab alijs & per alia perficiuntur: ueluti
strumenti ipsius malo affectu æstimatur. Verũ de in uehentibus, nauigantibus, perfricandis, purgã-
hac differere non est huius loci. Iam enim ægrotet dis q̃ per medicamẽta tum uomitoria tum aluum
animal necesse est in eiusmodi affectibus: cum re- ducentia fit. Verũ eiusmodi motus, huius de tuen-
liquæ omnes pulsus mutationes etiam in sanis spe da sanitate artis non est. Reliqui omnes & potissi-
ctentur. Quæ igitur ex aucto diminutoq; naturali mũ ij qui ex frictione fiunt, in primis necessarij co-
calore mutatio oritur, ea pro anni tempore, nutri- gnitu huius artis præsidi sũt: quippe ad cuius pro-
mento, potione, balneo, frictione, somno, & uigi- fessionẽ spectat omnium motuum uires nouisse.
lia, itemq; animi affectibus, & actionibus uolunta Sicuti (reor) ad opifices ipsos spectat singulos par
tę susceptis, incidit. Quę uero ex animalis spiritus ticulares motus nosse. Hinanq; uarietatem quę in

materia est, norunt: Gymnastes uirtutis singulorũ scientiam habet. Etẽ siquis me iubeat ut hoplomachicos, id est armorum meditatiõis motus, uel alium doceam, uel ipse concinne peragam: sanè unumquemlibet eorum obire cõmode nequeã. At sicui me hoplomachicorũ cum agit adhibeas: non modo quam uim obtineat actionum quælibet, sed etiam quam maxime partẽ exercitet, omnibus illis certius norim. Immo uero (si uerum ingenue fateri oportet) hoplomachicus nullius earum uim reddat. Qui exercitationum artem probe callet, is omnes nouerit, singulas ad certos referens fines. Nanq; aut uiolentæ quędam sunt, grauesq;, ac robustæ: aut leues, celeres, & concitatæ: aut pariter uiolentæ & celeres. Has igitur obiter dum agi cõspicit, statim uisas facile dignoscit: atq; hoc amplius quænam crura, brachia, uel thoracem actio exerceat: quæ lumbos, caput, spinam, uel uentrem: quæ demũ aliam quãuis partem egregie prẽter cętera fatiget. Hoplomachicus eñ apte numerosęq; motus peraget celeres fortasse, robustos, ac graues: cæterũ q̃ denſent aut emacient eiusmodi motus, parum nouerit. Pari modo nec q̃ carnem augent & rarefaciunt motus tardi. Iam idem robuste simul & tarde et grauiter mouebitur, nec tamen q̃ istiusmodi motibus corpori robur & grauitatẽ acquirit, intelligit. Aurigandi quoq; peritus omnes motus particulares numerose apteq; & ad usum cõmodissime explicabit: sed qui horũ corpus emacient, aut carne impleant, robustum, uegetũ, molle, durũ, dẽsum, rarũue efficiant, omnino ignorat. Ita & qui pila exercere instituit, (σφαιριστικὴν uocãt) omnem pilæ iactum exceptũq; callet: minime tamen quem corpori affectũ hi comparent, nouit. Pædotriba quoq; quicquid in palæstra motuum geritur, pernouit: quid quisq; motus efficere queat, ignorat. Et (ut semel dicam) omnes homines, artifices iuxta inertesq;, quos corpore motus exercent, eorum ignorant uires, saltatores, nautę, fabri tum materiarij, tum ferrarij, piscatores, agricolæ, ædificatores, sutores, omnes denicq; qui quid uis moliuntur. At gymnastes ex ijs quæ ante retuli principijs, cuiusuis actionis, etiam eius quã nũc primum, nec ante, conspexit, uim tenebit: ueluti statim saltantium præuegeti motus. in quibus nimirum q̃ maxime saliunt, ac celerrime circumacti uertuntur, & genu prius posito mox emicant, & crura tum attrahunt, tum maxime diuaricant. & summatim, in quibus ocyssime mouentur, gracile, musculosum, durum, cõpactum, prẽterea uegetum corpus reddunt. At remissi tardi & languidi motus, non solũ non eiusmodi corpus quale nunc diximus faciunt, sed contra si natura musculosum & uegetum sit, diuersam omnino affectionẽ inducunt. Quod igitur mox diximus pædotribam ita esse gymnastæ ministrum, ut medici coquum: id nunc quoq; ostensum est. Quippe coquus betam, lentem, aut ptisanam aliàs alia ratione præparat: nec tamen quod præparauit, quam uim obtineat intelligit, aut quænam præparandi ratio censenda sit optima. At medicus nihil horum ita ut coquus parare est potis: uerum quicquid præparatum sit, eius uires probe callet. Ergo gymnastes propositi nobis adulescentis, utiq; qui optimũ corporis statum est sortitus, omnium quidem exercitationum uires pernouit: deligit uero ex omni genere quod moderatum mediumq; inter utrũq; excessum est. Nam neq; celeris tardęue exercitationis optimus status eget, sed planè mediocris ac mediæ. nec rursus uiolentæ & uehementis, nec remissæ & lãguidæ: immo in his quoq; mediocre optimũ est: quãdo non alterare, sed planè seruare optimum corporis statum conuenit. Siue igitur armis eiusmodi adulescentem exercitare gymnastes uelit: peritissimo totius meditatiõis armorum adscito, eum omnes sibi promere actiões iubebit, mox ipse eliget, ac discernet, imperabitq; quibus earum sæpe, quibus raro, quibus mediocriter, quibus aut nunquã, aut semper exercitari eum uelit: quippe quem latere non potest quæ quodq; membrum exercitatio magis agitet, quæue cuiusq; exercitationis qualitas facultasue sit. Siue folli pilaue exercitare studebit: hic quoq; rursus tum genus, tum qualitatem, tum modũ actionis inueniet: ipso follis pilæue perito, pro ministro adhibito, quò illi omnẽ eius generis actionum materiam indicet. Nam ipsius propriæ cuiusq; artis materiæ, gymnastes, quà gymnastes, omnino est ignarus: uerum ubi semel inspexit, non solum qualitatẽ, sed etiam uim eius protinus intelligit. Quamplurimos eñ ipsi ex ijs quibus imbecilliores quædã corporis particulæ erãt, unde crebris in his urgebãtur morbis, unius gymnasticæ ope restituimus: neq; tamen omnes propriis exercitationibus, sed siue quis saltator erat, siue hoplomachicus, siue pancratiastes, siue luctator, siue alio quouis genere exercitatus, iusso eo magisterij sui motus coram promere: mox appositissimis unà cum tempore & modo delectis. Verum de correctione id genus, procedente tractatu agemus: ea scilicet operis parte in qua de uitiosis corporũ statibus disceptabitur. Nunc optime cõparato corpori suum statum tueri proposuimus. Porrò huic ex omni genere mediocritas adhibenda est, frictiõe, exercitatiõe, balneo, cibo, sõno, ita ut nec durior illi, nec mollior habitus corporis reddatur. Quippe hic ab extrinsecus imminentibus facile offenditur: ille corporis inhibet auctũ. Præterea nec densior, ne uidelicet in carne excrementorũ aliquid hæreat: nec rarior, ne qd̃ est salubre effluat. Simili modo, siquidẽ optimo habitu erat, nec solito gracilior, nec crassior: cũ cõstat gracilitatẽ externis iniurijs, crassitudinẽ ijs quę interne ab ipso corpore, pueniunt, esse obnoxiã. Pari modo neq; calidius, frigidius, siccius, uel humidius efficere eiusmodi corpus expedit, siquidẽ inculpato tẽperamento erat. Vnũ igitur est qd̃ in ita sehabẽte corpore est spectandũ, nempe in omni tuẽdæ sanitatis materia, quod conueniens mediocreq; est. Porrò id est inter utrunq; excessum planè mediũ. Quemadmodum aũt huius maxime sis compos,

supra iam dictum est. Cæterum de ijs quæ maxime necessaria sunt, uel sæpius meminisse non sit profecto inutile. Prima ergo dies crassiorem cõiecturam præbebit, secunda uero, tertia, quarta, & reliquarum quælibet, pro ratione magis exactam. Quippe in prima die omnia tibi pro dictis iam scopis sunt peragenda. Exuat se, sicut Aegimius præcepit, ubi in lotio iam perfecta cõcoctio cernitur. Mox frictionis ratio huc spectet, ut membra molliantur. Docebit id tum floridus colos, qui in sũma cute residebit: tum artuum flexibilitas, habilitasq; ad omnem motũ. Post hæc exercitetur, dum & corpus intumescit, et color illi floridus apparet, & motus prõpte, æquabiliter, & concinne edit. Inter hæc uero sudorem cum calido uapore mistum cernes. Inhibenda uero exercitatio tum primũ est, cum aliquod horum fuerit mutatũ. Quippe si cõtractior paulo corporis moles uidebitur, desistendum illico est. si eñ ultra quid pergat, etiam boni succi nonnihil educetur: atq; ita tum gracilius corpus fiet, tum aridius, atq; ad incrementum minus habile. Non minus profecto & si coloris gratia uanescat, cessandum est: quando si exercitationẽ cõtinues, frigidum corpus efficies, & nimiũ exhauries. Iam motuum alacritas, æquabilitas, uel concinnitas si remitti quippiam collabiq; cernitur, utique statim desinere conueniet. Itidem si in sudore accidat ulla qualitatis eius quantitatisue mutatio: quippe quem & copiosum magis, & magis incalentẽ edi par est, prout motibus uehementiæ plus accesserit. Cum igitur is aut minor intelligitur, aut frigidior, tum scias digeri exhauririq; corpus, prẽterea refrigerari ac siccari plus iusto. Quo magis solicite attendendum exercitando corpori est, ut cum dictarum iam notarum quælibet apparet, protinus cesset. Nec tamen protinus lauatum ablegãdum est, sed summam exercitatiõis intentionem, quam ἀκμὴν græce uocant, remittere sisteręq; iubebitur. Quòd si ilia cohibendo anhelitu implere uelit: perfundi oleo, atq; apotherapia ut deinceps debebit. Porrò ea cuiusmodi res sit, simul qui sint in ea scopi, & quæ mensura, præterea quibus absoluatur tum motibus, tum frictionibus: sequenti libro monstrabitur. præsentem eñ, utpote satis uerborum habentem, iam cõmode uideor finiturus: si modo illud unum adiecero, lauacrum quod omnino medio temperamento sit, ad propositam etatem naturamq; esse eligendum. Propositum nãq; est, si recte meminimus, tertiũ à natiuitate septẽnium, id est quod inter quartumdecimum ac unum & uigesimum annos interuenit. Quo utiq; frigida lauari adolescentem adhuc nolim, ne incremento eius (cui plurimum est cõsulendum) sit in mora. Vbi uero iustam magnitudinem impleuit, etiam de frigida lauatione aliquid dispiciemus. Simili ratione & de exercitationibus quæ in puluere obeuntur, exquisitius in sequenti sermone agemus. In præsenti illud nouisse satis erit, ne puluere quidem huic opus esse: modo illi in qua exercitabitur, domus ad eum modũ quem inter initia præcepimus, præparata sit. Verum si calidior sit, tum puluere utendum. At eo si utetur, omnino erit lauandum. Sin non utetur, liceat & illotum dimittere, præsertim hyeme. Post hæc uero & quæ ad cibum, potionem, somnum, ambulationemq; pertinent, coniectanda huic sunt qui adolescenti præficitur: & in sequentibus à nobis dicentur. Verum fieri non potest ut modi horum primo saltem die ratio illi exacta constet. secundo, ubi exploratũ habuerit quomodo post quot exercitationes nutritus adolescens sit: si propriũ naturæ habitus prorsus seruare uiderit, eodem seruato modo tum nutriet adolescentem, tum exercitabit. Sin non seruauerit: quacunq; ratione à pristino habitu est lapsus, reducere eum mutata mensura tentabit: itaq; facere non desistet quoad in singulis peragendis exactum modum definierit. Quot uero, & qui sint præter naturam lapsus, ac quemadmodum quem libet tum agnoscere, tum reparare conueniat, in sequenti opere docebitur.

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER TERTIVS

THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE

M Edicorum gymnastarumq; qui de sanitate tuenda prodiderunt, alij omnium hominum cõmunia præcepta tradiderunt, nihil usquam cogitantes de corporum nostrorum per species differentia. Alijs dissidere inter se corpora nostra nõ paruo discrimine, placuit: eorum tamen differẽtias, ceu cõprehendi planè uniuersæ nequeant, consulto omiserunt. Pauci omnino qui per species & genera discernere sunt aggressi, plura perperam q̃ recte scripserũt. Nos primo statim uolumine quot numero species humanorum corporum sint indicauimus, promisimusq; singulis propria tuendæ sanitatis præcepta seorsum tradituros. Orsi autem sumus ab eo corporis statu in quo queri de ullo naturæ uitio non possit. Quoniam aũt is homo negociorum interdum occasione, uel sponte, uel inuitus pro secundæ ualetudinis præceptis uiuere prohibetur: satius usum est primum eum liberum, sicæq; planè spontis, ac uni corporis ualetudini uacãtem, proponere. Ac quemadmodum quidem educari eiusmodi hominẽ conueniat, primo libro docuimus, ad quartumdecimum usq; annum curam eius persecuti. Secundo qua ratione ad uirilẽ ætatem duci debeat, indicauimus: ubi longior sermo incidit, postquam in cõmunia artis capita deuenit, sine quibus nede proposita quidem ętate naturaq; exacte disserere licebat. Omnes eñ tum frictiõis, tum exercitationis differentias enumerauimus, non mehercle particulares, (nisi ficubi has exempli causa non necessitatis referre ex usu fuit) sed quæ genere ac specie sunt distinctæ. Ergo in

frictionibus quidem quam mollis duraq; & ante
has mediocris facultatem obtineant, interpretati
sumus. Adiecimus & differentias quæ à quantita-
te sumuntur, numero tres: mox quæ ex coniugati
one harum oriuntur: omnes in toto numero no-
uem: etiam potestate singularum exposita. In exer
citatiõibus uero enarratis quænam acuta ueloxq;
uocetur, quænam hebes tardaq;, ac quæ harũ me-
diæ primæq; natura saltem sint, itemq; quæ ualẽs
ac mollis, præterea grauis leuisq;, queq; harũ sunt
mediç, simili modo tractatis, docuimus optimum
corporis statum per omnia quæ mediocria cõue-
nientiaq; sunt, queq; eadem media planè excessuũ
sunt, agi debere: idq; tum in frictione, tum exerci-
tatione, tum balneo, tum alimento, omnibus deni
que quæ salubrem uictus rationem cõplent. polli B
citiq; sumus sicuti de frictione exercitationeq; fe-
cimus, ubi in genera quædam cõmunia speculati
onẽ reuocauimus, quò simul recordatu facilis, si-
mul certa ratiõe uiaq; tradita doctrina esset: ita &
in reliquis omnibus facturos: ac primum quidẽ de
ea quam apotherapian uocant, actũros: quando-
quidem ea proximo loco tractando in superioribꝫ.
est proposita. Quippe ubi quouisq; intendere auge
req; exercitationẽ oporteat, quod ad sanitatis rati-
onem pertinet, præcepimus: finem quoq; sequi de
bere diximus apotherapian. de qua nũc agamus.
Est igitur primum ea genere duplex. Altera quidẽ
exercitatiõis ceu pars, altera eius ceu species. Ac
de ea quidem quæ ceu species censetur, post dice-
mus. De ea uero quæ ut pars habetur, nunc agen- C
dum. Omnis exercitationis probe peractæ postre
ma pars apotherapia dicitur. Ea duplici cõsilio su
scipitur, & ut excrementa expurget, & ut corpus
à lassitudine tutum reddat. Prior causa etiam exer-
citationi cõmunis est: quando eius quoq; duplex
omnino propositum est, & ut solidas animalis par
tes firmet, & excremẽta expurget. Proprius tamẽ
apotherapiæ scopus est, ut lassitudinem quę succe
dere immodico exercitio solet, summoueat atque
prohibeat. Ac athletis quidem, [& aliꝫs qui opere
corpus fatigant,] sicuti qui uel fodiunt, uel iter a-
gunt, uel remigant, uel tale quippiam opus uitę ne
cessarium obeunt: præstò lassitudines adsunt, nisi
apotherapia deuitentur. Verum, de quo hoc loco
agimus, optime cõparatum corpus, quod ab om- D
ni seruitute est liberum, & uni sanitati uacat: raro
lassitudine tentatur. Sicuti eñ athletę, quos labor
maximus exercet, nullo alio exercitãdi genere ob
noxiꝫ lassitudini sunt, præterquam eo quod ab ip-
sis absolutum dicitur: ita nec qui uitam degunt li-
beram, & qui tantum ualetudinis tuendæ gratia
exercitantur, usquã lassabuntur, propterea q; hu-
iusmodi exercitium adire nulla necessitate cogũ-
tur. Athletis eñ necesse est (quò uidelicet ad im-
modicos in certaminibus labores etiam totũ diem
aliquando continuatos præparato iam corpore
sint) absolutissimũ illud exercitiũ (ipsi κατασκευὴν
uocant) aliquando obeant. Verum qui tantum tu
endæ bonę ualetudinis causa exercitantur, iꝫs nec A

necessum nec utile planè est immodicos labores a-
dire: itaq; his nullus instat lassitudinis metus. Ni-
hilo secius tamen ijdem apotherapia utentur, etsi
nullo lassitudinis timore, at certe excremẽtorum
purgandi causa: cui ex pleniore (ut græci loquun
tur) mensura, etiam lassitudinis securitas accedit.
Nam & si ipse exercitationis modus his est à lassi-
tudine q̃ maxime alienus, actionisq; omnis ratio
planè citra uiolentiam: fieri tamen aliquando po-
test ut gymnasten in utroq; paulùm quid subterfu
giat: quod neglectum, si non magnam, certe leuẽ
exercitato lassitudinem concitet. Cæterũ non cõ-
uenit qui sibi uiuat, & uni corporis sanitati uacet,
ut uel minimum lædatur usquam. Tutissimũ itaq;
sit apotherapia semper uti. Quæ qualis adhibẽda
sit, ipsa finium ad quos tendimus, demonstrabit
natura. Nam quoniam id petimus, ut solidarũ ani-
malis partium excrementa quæcunq; excalfacta
extenuataq; per exercitationem in corpore adhuc
manent, prorsus eijciantur: & frictiones quæ per
alios administrentur, adhiberi oportebit, & cum
his unà tum ipsarum quæ fricantur partium tensi-
onem, tum etiam spiritus cohibitionem. At quo-
niam nec frictionũ unica ratio est, nec spiritus co-
hibendi: deligendũ ex utroq; genere est quod uti-
lissimum est. Atq; ex frictionibus quidẽ, quæ du-
ra est, cogere corpora, hoc est densiora simul du-
rioraq; reddere traditum iam est. Itaq; hæc ad res
propositas parum est accõmoda. siquidem quod
densatur, intra se cludit. quod laxum fit, liberũ ex-
crementis exitũ præbet. Ad eundem modũ quod
durat: ijs quæ tensa sunt, maxime est aduersum, ut
quod eorum affectum magis adauget. cõtra quod
mollit, id est utilissimum. Si igitur simul & excre-
menta digeri, & quæ tensa sunt, molliri conuenit:
duræ certe frictiones omnino sunt fugiendę. Nec
his minus à lentis cauendũ arbitror. Nam postq;
à se corpus nõ amplius dimouetur, periculum est
ne frigescat, ac densescat, dum nulla ope externa
calfit. Hac igitur de causa non solum cum celerita
te est fricandum, sed etiam quoad fieri potest, plu-
rimũ manibus: quò nulla corporis pars nuda ma-
neat. At si nec tardam esse frictionem oportet, nec
duram: oleum nimirum fricando corpori largiter
circunfundi debebit. id eñ ad uelocitatẽ simul &
mollitiem frictionis multum cõducet: & alioqui
aliud secum non mediocre cõmodum affert: quã-
do & quæ tensa sunt, remittit: & quę inter uehemẽ
tius laborandũ fatigata sunt, emollit. Atq; his qui-
dem de causis dura uitanda est frictio, ob alias ue-
ro mollis. quippe ea nec alte demittitur, sed circa
cutẽ ipsam & ei uicinas carnes deficit: nec ea quæ
in angustis meatibus contenta excrementa sunt,
elidit. Cuius profecto causa tum ipsam fricandarũ
partium tensionem, tum spiritus cohibitionẽ in-
iungimus. Media igitur mollis durq;, quę eadem
mediocris est, ab utriusque incommodo abesse ui
detur, & mollis inefficacia, & duræ uiolentia no-
xáque. Ea uero perficietur fricantis quidem mani
bus ualenter iniectis, ita ut earum impressio ad
duram

duram frictionẽ proxime accedat: cætera pingui- A
tudinis copia, & uelocitate mouendi eatenus re-
missis, ut planè euadat mediocris. Nã & pinguitu
do ipsa ualentioris cõtractionis non leue præsidiũ
est, & breuitas ipsa cõtactus tantum demit de uio-
lentia, quantũ etiam de tempore. Porrò tendẽdas
obiter dum fricantur partes censemus: quò quic-
quid inter cutem & subiectam carnem excremen
torũ residet, per cutem expellatur. Quippe amba-
bus ijs laxis non magis foras q̃ intro ferri excre-
menta continget. Distentis uero ijs quæ sub cute
sunt, omnia foras eliduntur, ceu gemina manu ex
pressa: una foris, eius utiq; qui fricat: altera intus:
ipsis scilicet quæ tenduntur particulis, manus ui-
cem supplentibus. Ac propter hæc quidẽ non exi
gua portio apotherapiæ est spiritus cohibitio. Ap B
pellant uero ita ubi omnibus thoracis musculis q
circa costas habentur, intentis coactisq;, respirati-
onem cõtinemus. Accidit nanq; obiter ut spiritus
qui à costis premitur, dum efflari per exitum arte-
riæ (λάρυγγα græci uocant) prohibetur, uniuersus
pessum ad transuersum septum (quod græce dicit
διάφραγμα) detur: atq; ut cum hoc quæ ipsi subsũt
omnia simul attollãtur, iecur, lienis, uentriculus,
& quædam alia. Oportebit aũt interim musculos
quoq; qui in abdomine sunt (ἐπιγάστριον græci ap-
pellant) leuiter cõtrahi: ut ab his unà cũ septo ceu
gemina manu pressis quæ intersunt partibus, ex-
crementũ siquod intra se habent, foras elidãt. Por
rò mediç inter hęc partes cõtinentur, iecur, lienis,
uentriculus, crassi ac tenuis intestini partes quę p- C
minent. Loca uero ad excipienda quæ expellũtur
excremẽta, patent, tum uentris tota capacitas, tũ
isthic cõsistentium intestinorũ concauitas. Si ue-
ro seriari planè abdominis musculos patieris, nul-
lius prædictorũ excrementa uacuabis: quæ uero
in thorace ac pulmonibus habentur, ea deorsum
transferes. Expedit uero huc potius transferãtur,
q̃ in illis maneant: tanto profecto magis, quanto
etiam eorum quæ in uẽtre q̃ quæ in pulmonibus
& pectore continentur, promptior exitus patet.
Hæc eñ (nempe quæ in uentre & intestinis sunt)
uel euomuntur facile, uel excernũtur: illa cum co
natu & ui per tusses eijciuntur. Verum siquis pe-
rinde ut septum, ita abdominis quoq; musculos
anhelitus cohibitione intendat, exquisitius planè D
expurgabit ea quę sub septo sunt uiscera: nõ trans-
feretur tamen quicquam à spiritus instrumẽtis ad
ea quæ nutrimento sunt delegata, sed totum in ip-
so thorace & pulmonibus excremẽtum manebit.
Quare cohibitionem anhelitus id genus nunc nõ
probo: multoq; minus siquis omnino non disten-
to septo ualide ac uehementer contrahat muscu-
los abdominis: quando ita necesse est uenas oẽs,
partesq; quæ circa collum sunt, flatu ac sanguine
impleri: excrementa uero surſũ atq; ad caput, non
deorsum & ad uentrẽ ferri. Intueri eñ id tum in ijs
qui tibias inflant licet, tum qui maximã acutissi-
mamq; uocẽ edunt. Siquidem his collũ omne di-
latari, faciem uero intumescere, & caput ualidissi-

me impleri uideas: propterea q; in hoc opere qui
in abdomine musculi sũt tẽduntur, diaphragmate
his cedẽte. Est eñ quicquid eiusmodi operis est,
ueluti in ijs demõstratũ est quę de uoce edidimus,
mistum ac cõpositum ex maxima respiratione &
spiritus cohibitione: utiq; cum simul omnis spiri-
tus efflatur, maximo nimirum facto expiratu, idq;
cũ ualidissima musculorũ tum qui costis insident,
tum qui in abdomine sunt, tensione. Cum spiritus
cohibetur, eadem utrorunq; musculorũ facta ten-
sione: nullo tamen spiritu elabi permisso. In ijs qui
tibia sonant, aut acutã uocem edunt musculis pa-
ri modo tensis: spiritu tamen nec penitus cohibi-
to, nec toto simul emisso, sed mediam rationẽ ser-
uante. Ita nimirum fit ut trium operum cõmunis
sit musculorum tẽsio, propria uero in totius simul
spiritus efflatu: uelox eius foras expulsio: in anhe-
litu cohibendo ipsa eius retentio: in tibiarum ope
re & uoce mediocris emissio. Causa uero triplicis
huiusce operis in exitu arteriæ est: quippe qui in
totius simul spiritus efflatu latissime se pandit, in
spiritus cohibitione prorsus clauditur: in ijs qui ti-
bia sonant, aut qui uoce acuta simul & magna u-
tũtur, medium quendã habitum seruat. Ac de his
quidem post hac aliquando agere necesse erit, in
ijs quibus de uociferatione agemus. Cæterũ spiri-
tus cohibitio, quæ ad apotherapian est [maxime]
idonea, [iecur, lienem] & uentriculũ attollit, ten-
sis qui in thorace sunt musculis uniuersis, remissis
qui sunt in septo & abdomine. ita nanq; deorsum
ferentur excrementa. Secundo aũt loco habenda
est quæ mediocriter eos qui in abdomine sunt mu
sculos tendit, quò uidelicet ea quæ sub septo sunt
uiscera, apotherapię fructum sentiant. His ipsis de
causis etiam fasciarũ (quæ ἄμματα græci uocant)
circũactus fieri conueniet: quos fricãtes ipsi cum
à tergo fricandorum constiterint, circa totum uẽ-
trem adhibent. cum ex aduerso se collo carint, cer-
uicibus. alios uero costis, & spinæ, & pectori ac-
commodant: idq; conuerso pariter cum his quo-
dammodo eo qui fricatur. Circa lumbos uero si-
milis fasciarum circumiectio circumactioq; fiet,
tendente se ad singulas eo qui fricatur, non tamen
cum omnibus pariter se uertente: cum neq; cõti-
nuos motus nec uehementes cõtingere ei ex apo-
therapia conueniat, sed certe aliquos, & quibus D
ex interuallo frictiones sint interpositę. Qui nãq;
& continui & uehementes motus sunt, iꝫ exercita
tiõis quam præparatoriam uocant, sunt propriꝫ.
qui uero nec continui nec uehementes, apothera-
piæ. Itaq; concertatorem subinde [cõplectatur,]
subinde repellat: sæpe etiam hoc ipso tẽpore mu-
tet: sæpe ipse à tergo gymnastæ incumbẽs, ac cru-
rum utrunq; per uices ipsi circumplectens, idq;e
cum tensione aliqua haudquaquam urgente, ab
aliꝫs qui commode contrectent, fricetur. hac enim
uel maxime ratione & calorem qui exercitando
est adauctus, seruauerit: & simul excrementa pro-
priꝫs ipsius tum tensionibus tum motibus ciece-
ris. Ad quod sanè opus, spiritus quoque cohibitio
non pa-

non parum mihi conducere uidetur: quippe qui undiq; compulsus, in angustos se recipere meatus cogitur: eosq;, si amplius trusus propulsusq; fuerit, etiam penitus transire, atque extenuati iam excrementi secum nonnihil arripere. Ad hunc sanè modum exilia instrumentorũ foramina, uehementiore spiritus inflatu expurgantes opifices uideas. Nam quantum is prorsum per uim coactus impellitur, tantum ab ipso quædam impelluntur, quædam trahuntur: totãq; uiã peregisse properant. Et truduntur quidem quæ ante occurrũt, attrahũtur quę ad latus sunt posita: impetu ipso motus utraq; acta. Quinetiam inter ipsam exercitationem, spiritus cohibitionem interponunt optimi gymnastæ, atq; etiam quam supra comprehendimus, ipsam quæ apotherapię debetur, frictionem: simul homi B nem cum lassitudo incipit, recreantes: simul cutis meatus paulatim expurgantes: quò uidelicet perspirabile simul purumq; corpus ad subsequẽtes labores sit: cum alioqui uerendum sit ne si nihil tale gymnasta prouiderit, obstruat potius prædictos meatus, quàm expurget, propterea quòd uehementissimi materiæ impetus diuersis temporibus ac rationibus contrarios edere effectus possunt. Obstruere quidẽ, cum crassum simul ac multum fuerit quod confertim ac præceps agitur. Purgare, cũ exiguũ tenuecq; est, nec præpropere nec uio lenter cogitur simul omne expelli. Apparet enim ita accidere in omnib. tum externis instrumentis, tum uero calathorũ plexibus. Quippe eluitur extergiturq; ex his omne superuacuũ, non cũ egredi- C entibus adhuc paulatim prioribus alia uiolenter à tergo irruunt (uerendũ enim interim est ne quę in trãsitu sunt impacta innixaq;, inuicẽ uiã obstruãt) sed cum prioribus, [uel iam exeuntibus] uel planè uacuatis, alia postmodũ uacuãtur. Et quid de exiguis meatibus miremur, cum etiam è theatris multitudo quę confertim egredi conatur, in exitu hæret? Ob hæc itaque qui etiam in medijs laboribus apotherapia utuntur gymnastas laudo, potissimumq; in ijs quos grauia (quæ uocant) certamina exercent. uerum de his postea. Qui autẽ nunc nobis propositus iuuenis est, in hoc non ad athleticum habitum, sed ad sanitatem tuendam consilia diriguntur, quò minus aut multis exercitationibus, aut coacta comestione est opus, aut etiam D suillæ carnis copia, aut pane id genus quo graues athletæ utũtur. Atq; his omnibus de causis timendum huic nõ est ne exiles eius meatus obstruãtur, si modo probe est præparatus, scilicet idonea frictione, ac laborib. qui ex paruis paulatim crescãt. Graui uero athletæ nisi omnia probe administretur, ob ciborũ tum qualitatem tum quantitatẽ uerendũ in exercitationibus est ne obstruãtur potius quàm expurgentur halitus meatus. Ac de apotherapia quidem abunde mihi dictum iam est. Deinceps ad balnea ueniamus: illud modo de propositis præfati, quòd si quis hæc paucioribus interpretabitur, is merito prolixitatem sermonis nostri accuset. Verum si quis aut necessariũ aliquod theorema, aut quæ id confirment euidentes demõstrationes præteriẽs, breuitate se usum putat: hũc non tam de tali breuitate sibi placere, quàm certe pudore affici par est. Ego uero & si iustum uolumẽ scribere de apotherapia potuissem: tamen id faciendũ non censui, ut qui longitudinem huius operis cõtrahere maxime studui. Si enim ad ea refellenda quæ perperam à plerisque sunt scripta, me conuertere uoluissem: nec paruam nec certe leuem materiam longioris sermonis habuissem. Verum arbitror, ex ijs quæ demõstraui, satis me seminum dedisse ijs qui saltem non planè hebetes sunt, eiusmodi omnia refellendi. Cum enim dicat Asclepiades spiritus cohibitionem caput opplere: ex ijs quę ipse paulo ante definiui cum differentias eius tradere, potest qui uolet hominis sententiam refellere. Similiter in secundo quoque uolumine licuit etiam mihi omnibus exercitationibus singillatim percensitis, librum producere: sicuti cum alij nonnulli fecerunt, tum qui bellissime totam materiam est executus Theon Alexandrinus. Is enim quatuor libros non alia de re quàm de particularibus exercitijs scripsit. Quæ & mihi dixisse licuit, ut qui tum melius quàm ille interpretari potuerim, tum uero aliorum meminisse non paucorum quæ sunt operis exercitationum cõmunia. Is enim cum illud sibi proposuisset, ut quemadmodum athletę maxime exercitarentur, doceret, in his multum uerborum absumpsit. Potest autem qui uolet, & de ijs quas singulæ artes præstãt exercitationibus differere. Atq; hæc quidem ijs qui longitudinem operis parum æquo animo ferũt, dicta sint. Nunc de balneis agere tempestiuũ uidetur: Ac primum quidẽ de aquis dulcibus calfactis, ut quarũ crebrior sit usus: mox de frigidis: postremo de ijs quas sponte natas appellãt: quarum aliæ media temperie, aliæ feruentes, aliæ tepidæ, aliæ omnino frigidæ sunt. Dulcium calfactarum aquarum, si media temperie sint, uis calida & humida est. sin tepidiores sint, humida & frigida. quòd si iusto calidiores fiant, calida quidẽ, sed nõ perinde humida. Quippe horrere corpora, cõtrahiq; exiles eorum meatus subigunt, ita ut nec madescere ab extrinsecus accedente humore possint, nec excrementi quod intus latet, quicquam emittere. Cæterum ab ijs incipiendum quæ medium temperamentum obtinent, quæ per se semper calfaciunt & humectãt, euenit tamen ex accidente ut aut per halitum digerant humores, aut superuacua fluxione (ῥεῦμα græci uocant) corporis particulas impleant, aut molliant, aut concoquãt, aut uires firment uel infirment: siquidem ad hæc quantitas quoq; earum non minimũ confert. Quin alios quoq; multos lauationis aquæ temperatę & potabilis effectus qui iam comprehensis superueniãt, enumerare licet. quorũ qui proposito nunc operi sunt accõmodi, dicentur cẽ fieri potest paucissimis, dilato uidelicet in aliud tempus eo quẽ in morbis præstãt usu. Sed quod ad sanitatis tuendæ spectat usum, iuuenis in sermone propositus, iam exercitatus redeat ut prius

ut prius est comprehensum. Huic igitur prædicti balnei perexiguus est usus: ut qui omnia iam exmediocri exercitatione & iam dicta apotherapia est consecutus. Nihilo secius tamen si probe balneum adhibeas, ipsum quoq; apotherapiæ pars aliqua sit, siquidem duras tensasq; partes emollit: excrementum, putreq; siquod intus ad cutim hæret, euocat. uerum neutrius horum egere uidetur propositus iuuenis: nec ullum aut mollioris carnis aut adipis liquamentum credibile est illi inter exercitandum euenire: cum & immodicos & uehementes motus talia sequebãtur: huic uero non solum expulsa omnia excremẽta, sed etiam emollitę solidæ partes sunt obiter dum apotherapia est usus. Quare eluí sibi in balneo sudorẽ & puluerẽ, siquãdo hoc utitur, magis postulat cẽ calefieri. Er- B go transire tantũ ad solium usq;, non in laconico immorari is debebit, sicuti qui citra exercitationẽ seipsos elixant. Sed nec morari in piscina huic est opus: immo lotus ut cõprehensum est, ad frigidã festinet. atq; ipsa quoq; medio temperamẽto esto, utpote ad medij temperamẽti corpus. Quibus eñ aut uehementer frigida opus sit, aut molli, & uelut insolata: post dicemus. Cęterum optimũ corpus quoad augescit, dictum supra est non esse frigida lauandũ, ne eius incrementum moretur. Vbi uero abunde est auctus, iam frigidæ quoq; assuefaciendus: ut quæ tum corpus uniuersum roboret, tum cutem densam duramq; efficiat. Quod sanè tutissimum est aduersus noxas quæ extrinsecus imminent. Quemadmodum uero quispiam frigida la- C uari primum incipiet, sic ut nullã ex subitaria mutatione noxam sentiat: id utiq; ante omnia scíri cõuenit. Multi eñ cum parũ recte incepissent, adeo in frigidã lauationem male fuere affecti, ut nec ijs qui tutissime eam administrare potuissent, se permitterent. Esto igitur anni tempus ętatis initium: quo uidelicet ante hyemem in toto interposito tẽpore non spernenda cõsuetudo pariatur. Esto pręterea dies quo auspicabimur, cẽ maxime tranquillus: & quoad id tempus feret, calidissimus. Cuius etiam calidissimam deligẽdam esse partem nemo dubitet: sicuti etiam gymnasterium, quod mediocri maxime sit temperamẽto. Et externa quidem præparatio talis est. Corpus ipsum quod uti frigida debebit, ad hunc modum præparabitur. Esto D illi ætas quarti maxime septennij medium, nulla nec ipso die, nec quæ eam pręcessit nocte, noua re alterato, sed pristinam salubritatem ad unguẽ seruanti. Esto uero qui frigida utetur, iuuenis, & animo tum præsente, tum planè hilaro, siquando alias, etiam tunc præcipue: ac primum quidem fricetur linteis uberius. Sunto autem frictiones magis nunc quàm ante uehemẽtes, atq; etiam linteis durioribus administratæ. Quòd si manicas consutas manibus progymnasta circundabit, atq; ita fricabit quo fiat opus æquabilius: non minime ad rem pertinebit. Deinde oleo, prout assueuit, fricetur. Inde exerciteť, exercitationibus multitudine quidem paribus, sed citatioribus cẽ ante. Ab his in fri- C gidam descendat, non tamen contanter, sed celeri ter, uel etiam semel totus insiliat, huc utrobiq; spectans, ut uno maxime tempore omnibus corporis partibus humor circũfundatur: quippe cum si sensim his accedet, horrorem cõcitaturus sit. Esto uero & aqua ipsa nec tepida, nec planè cruda & glacialis, altera nanq; repercussum caloris [non] efficit, altera ferit insuetos, ac refrigerat. Siquidẽ procedente tempore tali quoq; aqua utatur iuuenis, si necessitas exigat. uerum primo saltem die omnino cauẽda est admodum frigida. Exeunti uero ab aqua, fricari oleo, idq; à pluribus, expedit, quoad cutis ipsa incaleat. Post hæc cibum plus cẽ consuetum, potionẽ intra cõsuetudinem capiat. quæ ipsemet uel iniussus faciet, rite modo omnia sint peracta. Nam à frigida lauatione & plus appetũt, & melius cõcoquunt, ac minus sitiunt, ueniuntq; ad exercitationes postridie planè meliore habitu corporis quidem male pari ei quæ ante, cæterum compacta, & musculosiore, ac uegetiore: cute uero duriore ac densiore. In hoc ergo secundo præterea die similiter omnia sunt peragenda, etiã tertio, & quarto. Postea uero procedẽte tempore ad eundem modum frigidam iterum ingredi iubebimus, uidelicet post eam quæ priori ingressui successit frictionem, ut prius est comprehensum. Verum tertio eam ingredi, quod nonnullis placuit: non laudo. Nam & iterum id feciſſe, abunde satis mihi esse uidetur: præsertim cum pro arbitrio nostro immorari hominem iubere liceat. Ipsum uero immorandi tempus, hic quoq; à quotidiana ipsius experientia est coniectandum. Nam si egressus frigidam coloratior ex frictione cito redditur, mediocriter moratum indicat. sin & tardius ei calor redeat, & decolor diutius maneat: plus æquo moratum docet. Si ergo cutis notis intentus sis, facile intelliges an par tempus postea in frigida sit habẽdus, an potius ad maius minusue aliquid sit mutãdum. Et de frigida lauatiõe quod ad optimam naturam spectet, abunde dictum arbitror. Superest quemadmodum peccata, siqua inciderint, cõmodissime corrigas, disserere. Vt eñ cẽ maxime statũ corporis irreprehensibilem sortitus quispiam sit, ac ab omnibus quæ in uita contingunt negocijs, liber sit, & sibi uni uiuens: fieri tamen nequit ut non aliquando uel ipse, uel is qui ei præficitur, aberret. Primum igitur non absimile est in id maxime et frequentissime peccatum incidere iuuenem exercitationibus deditum, quæ lassitudo appellatur: de qua multis iam nõ solum medicis aut gymnastis, sed etiam philosophis est proditum, ueluti Theophrasto, qui integrum de ea uolumen scripsit. Ego uero hic quoq; longitudini parcens: quę nonnullis parum recte sunt tradita, ea transire statui: quæ uero maxime sunt necessaria ijs qui sanitatem tuendam profitentur, hæc unà cum accommodatis demonstrationibus explicare, ac primũ de notione eius agere. Quippe recte se habet, ab hac orsos, sic ad essentiam eius explicandam accedere. Ergo lassitudinis notionem intelligentiamq; sunt qui

sunt qui accipiant dum usti extentiq; sibi esse ui-
dentur, idq; aut omnibus corporis partibus, aut
ijs tantum quibus laborarint. quidam dum tristi
molestoq; sensu inter mouendū afficiuntur: (hunc
alij indicibilem dixere, alij ulcerosum appellaue-
re) nonnulli cum membra ceu contusa & phleg-
mone obsessa sentiunt. Non desunt & qui simpli-
ces hos affectus inter se miscent, & qui tensionis
est, & qui ulcerosus, & qui phlegmones speciem
præfert. Alij duos ex his miscent, aut eum qui ul-
ceris emphasin exhibet, ei qui tensioni assimila-
tur: aut eum qui phlegmones sensum affert, seor-
sum cum utroque: ita ut sint in uniuersum senten-
tiæ de lassitudinis notione septem. Quæ sanè om-
nes ut ueræ ex parte sunt, ita in totum simplici ab-
solutoq; sermone non sunt. Nam siue ulceris sen-
sus cum mouentur se exhibet, siue phlegmones,
siue incendi tendiq; uidētur, siue duo quilibet ho
rum, siue etiam omnes coeant: ὠπος græce dici-
tur, id est lassitudo, eorum affectuum unusquisq;.
Quo fit ut septem eius in uniuersum differentiæ
sint, simplices tres, compositę quatuor. Corporis
uero quod his sit affectum, remedia, quędam pro-
pria cuiusque lassitudinis sunt, quædam omni-
bus cōmunia. De his mox dicetur, si prius de affe
ctu quodam qui lassitudines comitatur, dixero,
quem decepti nonnulli praue lassitudinem nomi-
nāt. is qualis sit, & quas notas habeat, illustrius ap
parebit si cuiusque lassitudinis essentiam prius dis
quisiuerimus. Hactenus enim ipsa symptomata di
cta sunt. Illa enim, quòd incendi tendiq; corpus ui
deatur, & quòd mouenti se uel ulceris uel phleg-
mones sensus oboriatur, affectiones non sunt, sed
symptomata. Affectiones uero corporum quibus
hæc superuenire solent, tres simplices sunt, qua-
tuor compositæ. Et ulcerosus quidem affectus ori
tur ab excrementorum copia tenuium simul &
acrium. Quæ nimirū inter exercitandū proueniūt
duplici ex causa, aut eo excremento quod crassius
erat, fuso & attenuato, non tamē toto expulso: aut
adipe, molliue carne liquata. Necesse enim est abs
tali humore, ceu tenui atque acri, pungi & quasi
uulnerari tum cutem, tum ipsam carnem sic, ut
etiam horror interim oboriatur: immo etiam qua-
dam tenus concussio commotioq; totius corporis
inæqualis, quod græci σῖγος uocant: si modo ad-
modum tum copiosus humor is, tum acer sit. Ac
talis quidem est ulcerosa lassitudo. Vbi autem ten
di solum membra uidentur, ulceris uero sensus
non est: in hac certe lassitudine nullum excremen
tum de quo ratio ulla sit habenda, in corpore con-
tinetur, sed residet in musculis & neruis ex nimia
tensione quam exercitando admiserunt, affectus
quidam effectricis causæ potestatem testificans.
Accidit namq; in uehementi tensione omnes mu
sculorum fibras tendi, non tamen similiter om-
nes lassari, sed eas maxime quę per longitudinem
tensionis porriguntur. Quippe quæ obliquiores
quodammodo iacent, minus in directum agūtur.
quare his nullum instat periculum. In ijs uero quę
immoderatius sunt extentæ, ita ut parum à rum-
pendo absint, relinquitur affectio quædam simili-
ei quæ inter agendum fiebat. quippe tendi adhuc
uidentur: cum tamen nulla iam tensione urgean-
tur. Tertia uero lassitudinum differentia, qua ni-
mium ceu contusas aut phlegmone obsessas par
tes sentimus, tum maxime solet incidere, cum mu
sculi nimiū excalfacti attraxere quippiam ex cir-
cumfusis sibi excrementis. Quòd si enim tum ten
donibus tum neruis idem affectus incidit: ὀδύνω-
πυ græce, quasi ossium dolorem eum affectum
nominant: ob penitiorem scilicet sensum, parti-
bus quæ in alto maxime corpore sunt positæ, no-
men tribuētes. quippe summum locum cutis oc-
cupat. secundum ab ea musculi habent, utique
circum ossa positi. at tendones ipsis ossibus ad-
hærent. Quo magis rationabile est, cum hi quic-
quam prædictorum patiuntur, uideri in imo ac
circa ipsa ossa affectionem hærere. Atq; hæ qui-
dem solæ tres simplices lassitudinum differentiæ
sunt: compositæ uero ex his, ut iam dictum est,
quatuor sunt: de quibus mox agendum, si tamen
prius simplices uniuersas absoluero. Est namque
affectio alia quoque, quæ ceu lassitudo sit, nonnul
lis imponit. hæc incidit cum supra iustum muscu
li siccantur, sic ut squalens contractumq; corpus
appareat, atque ad motus quodammodo pigrum:
non tamen ei quicquam eorum quæ modo dixi-
mus, ineest: neque is qui ueluti ulceris aut tensio-
nis est, multoq; minus qui ueluti phlegmones est
sensus. Quippe diuersissimus aspectus eiusmodi
affectionis est, & eius quam ultimo loco retuli-
mus. Hæc namque [squalens & contractius cor-
pus] efficit. At quæ phlegmones sensum præfert,
mole etiam quàm pro natura ampliore. Quare
quatuor in uniuersum simplices affectiones sunt:
quarum singulis sua sunt remedia. Ordiendum
uero ab ea quæ ulceris sensum inuehit: quam eti-
am ab excremētorum acrimonia ortam diximus.
hæc maxime in ea incidit corpora quæ & mali
succi sunt, & excrementis abundant. Succedit
uero recentibus cruditatibus cum aut exercitan-
tur immoderatius, aut in sole sunt morati. Cæte-
rum nihil obstat quin in corpore boni succi citra
cruditatem proueniat, utique ob exercitationis ni
mium excessum. Sanè excitare eam solent cele-
res ac multi motus. In hac uero lassitudine etiam
densa esse horrereq; cutis uidetur. Fatenturq; qui
ea sunt affecti, inter mouendum dolere sibi ulce-
ris ritu alij cutim tantum, alij subiectam etiam car
nem. Remedium huius ex ijs quæ affectioni sunt
contraria, comparatur. Quippe si quæ redundāt,
euapores: malum cessabit. Sanè euaporabuntur
frictione multa molliq; cum oleo à quo omnis ad-
stringēdi uis abest. quod genus maxime sabinum
est. Aduersissimum uero huic affectioni est quod
ex Hispania portatur, & ex Iberia, uocant autem
hispanum. tum quod omphacinum uocant, uel
ὠμογλιβὲς, id est crudum. Et, ut semel dicā, quod
austerum est, omne id alienū est. A deo gustu ipso
rum

uim eorum discernere licet, etiam si de ipsis ante
periculum non feceris. Sic namque & nos quon-
dam in Macedonia degustato oleo quod fit circa
Aulonem, qui est super Strimonem, deprehendi-
mus eandem cum Hispano uim habere. Quin &
reliquorum omnium olei generum ita deprehen-
das uires, etiam quæcunque per abusionem nomi
nant, ex sale, ex radicibus, ex herbis, ex germini-
bus, ex solijs uel fructibus, propterea uidelicet q̄
hæc habent. Dictum uero abunde de his omni-
bus est in operibus ijs quæ de medicamentis in-
scripsimus: nihilo tamen minus etiam in propo-
sito opere dicetur suo loco. Illud tantum in præsen-
tia dixisse satis sit, quod planè dulcissimum oleum
est, id esse ad propositam affectionem maxime ac-
commodatum. Hoc igitur copioso cum multa fri
ctione utendum: primo quidem die quò suspe-
ctam forte lassitudinem omnino declines: secun-
do uero ut si qua incidit, discutiatur. Discutit por-
rò eam exercitatio quæ apotherapia dicitur: in
qua scilicet motus adhibeas quātitate mediocres,
qualitate tardiores, idq; cum frequenti interposi-
tis his quiete: qua utique fricare hominem oportet
pluribus cōtrectantibus, quò nec refrigescat pars
ulla, & ocyssime excrementa digerantur. Porrò fri
ctionum plus adhibebitur in ijs qui in cute & sub
cute excrementorum collectam uim habent: mo
tuum uero, quos ipsemet edat in altera lassitudine:
scilicet in qua plus est in ipsis musculis cōgestum.
Quæ enim in his coacta excrementa sunt, sola fri
ctio educere non potest. his enim opus est non so-
lum ab aliquo foris attrahi, uerumetiam ab altero
quopiam intrinsecus impelli. Impellit ea partim
calor ipse qui per motum accenditur, partim spiri-
tus qui una emittitur, partim ipsa musculorū ten-
sio: super hæc uero ipsa singularum partium ex-
cretoria alieni uis. Altera uero lassitudo in qua ten
sio sentitur, illud pro remedio postulat quod Hip
pocrati græce χάλασις, id est relaxatio dicitur.
Ea nanque tensioni contraria est, ad eum modum
quo duritati mollities. Ait enim ita: Cutis duræ
mollitio, distentæ remissio. Ceu duro molle, disten
to remissum laxumq; contrarium sit. Sanè remit-
titur quod distentum est, in alijs quidem affecti-
bus quos in quinto De simplicium medicamen-
torum uiribus diximus, alia ratione. Quod uero
per exercitationem incidit, tum pauca molliq; fri
ctione, eaq; ex oleo dulci, atque egelido, tum in-
termissione omnino, aut etiam quiete, præterea la
uatione medij temperamenti, atque in calida plu
scula mora. adeo si bis terue lauabis, plus prode-
ris. Hi uero & post balneum ungi desiderāt prius
quàm uestiantur. Quòd si propter sudorem forte
aliquem pingue deterserint, rursus ungi deside-
rant. Quinetiam postero die cum è cubili surgūt,
ungi his expedit: nunquam tamen oleo ultime fri
gido, nec dura frictione. Incidit certe huiusmodi
lassitudo ijs quibus salubris succus est, post robu-
stas potius quàm celeres exercitationes: redditq;
lassatos ipsos pigros admodum, ægreq; flexibiles.
Non tamen hi densi horrentesq; apparent, quem-
admodum quos paulo ante comprehendimus, cæ
terum contracti aridiq; non minus ipsis apparent:
tractu uero calidiores uidentur nō solum ijs quos
ulcerosa lassitudo urget, sed etiam quàm ipsimet
cum sani essent. Tertia lassitudo ex uehementissi
mis nascitur motibus: solaq; supra naturalem ha-
bitum musculos attollit, sic ut phlegmonæ persi-
milis affectio sit. Itaque & leui tactu offenduntur,
& calidiores apparent. Dolent uero etiam si ipsi
per se moueri conentur. Incidit hæc lassitudo ijs
plurimum qui assueti exercitationibus non sunt,
(nam exercitari assuetis raro incidit) utique ex ue
hementissimis plurimisq; motibus. Sanationis ue
ro eius consilium ad tria dirigitur, eadem fere ad
quæ omnium phlegmone obsessorum, nempe
superuacanei uacuationem, extenti requiem, &
inflammationis refrigerationem. Ergo & oleum
copiosum ac tepidum cum frictione mollissima,
& longissima in medij temperamenti aquis mo-
ra, huiusmodi lassitudines emendat. Quòd si pau-
lo tepidior aqua sit, plus proderit. Ad eundem mo
dum multa quies, & unctio assidua, denique om-
nia quæ id quod lassatum est, quiete lenimentoq;
recreent, ac quod superuacuum est, per halitum di
gerant. Sed putet fortasse quispiam lassitudinem
hanc nec simplicem esse, nec à duabus iam tradi-
tis tertiam, sed ex his compositam, nec aliūde con
stantem quàm ex neruosarum partium tensione,
& ulceris sensu. calorem nanque qui in huiusmo-
di lassitudine sentitur, in alijs quoque naturaliter
ineesse, ueluti in memoratarum utraq; : nec tamen
complendę notionis substantiæue partem esse ul-
lam. Verum illud huic uni egregie præter cæte-
ras ineest, nempe maior quàm pro naturali habitu
tumor, tum quòd nec grauitas sensus similis in
hac & tensionis lassitudine habetur. Quippe in il-
la tendi, in hac contusos esse usque ad ossa neruos
putant qui ipsa laborant. Quare in his saltem pro-
prium à reliquis duabus discrimen habet, nec est
composita tantum. Tres igitur siue corporis sta-
tus, siue affectus, siue quid aliud dixisse uelis, hi
sunt. Est alia quędam super has quarta, similis qui-
dem lassitudini, non tamen lassitudo, quòd neque
ulceris, neque tensionis, neque phlegmones affe-
ctum præ se ferat, sed nec horrorem ullum dolo-
remue, nec pigritiam ad motus quemadmodum
lassitudines infert, sed gracilitatem tantum arida
temq; facit. Incidit quidem hæc in corporibus bo
ni succi, & exercitationi assuetis, ubi immodice
exercitata, parum rite apotherapia sunt usa. Quip
pe ita & digeruntur excrementa, & quæ tensa fue
rant, laxātur: nec aliud in corpore relinquitur præ
ter siccitatem quam ex immodico motu contra-
xerunt. Postulat autem primo die nihil sanè diuer
sum ab ijs quæ prius dicta sunt, præter calidiorem
aquam, quæ sensim contrahat & calfaciat & ro-
boret cutem: secundo die apotherapiæ exercitatio
nem, quæ tum in motu tum frictione & pauca &
mollis & tarda sit. præterea solium similiter cali-

dum. Verum protinus in frigidam exiliant: quò A uidelicet ipsis robur in cute unà cum calore conſtet. Nam & minus in ſequenti tempore per halitum amittunt, & facile in carnem cutemque nutrimentum reſumunt. quo maius his commodum nullum profecto inuenias: ut qui nullum notabilem affectum præter carnis gracilitatem aridita-temque habeant. Quippe poſtulat (arbitror) tale ſaltem corpus nutriri ſimul ac madefieri. quorum utrunque ex humido nutrimento optime aſſequetur. Quoniam uero facta ſemel mentio de uictu poſt balneum eſt, non alienum fuerit & de eis quę ad laſſitudines pertinent, præcipere. Vlcerosa igitur laſſitudo poſt legitimam apotherapian conſuetum nutrimentum deſiderat, aut etiam parcius, præterea humidius. Quòd ſi in ipſa apothe- B rapia in quartum migrauerit affectum, (aſſolet enim ita plerunque fieri) pro ipſius ratione tum lauetur, tum nutriatur. At quæ tenſionem laſſitudo præfert, ea etiam magis quàm ulcerosa parce nutriri poſtulat. Quæ uero phlegmones ſenſum affert, ea ſupra reliquas omnes tum humidiſſimum, tum minimum, tum uero quod refrigerans quippiam habeat, requirit. Boni ſucci tamen nutrimentum omnes qui laſſitudine grauantur, iuxta poſtulant. quali nimirum propoſitus nobis iuuenis adhuc integer utebatur. Cauendus tamen in ulcerosa, & ea quæ phlegmones ſenſum exhibet, glutinoſus cibus eſt, ceu qui excrementorum digeſtionem moretur. At in tenſionis laſſitudine etiam exhibendum eiuſmodi nutrimentum eſt, ſed mi- C nuto eius modo. Quo minus mirum eſt ſi multiplex pugna non plebeijs modo inter ſe, ſed etiam doctis & inter ſe & cum plebeijs oritur, dum neque de exercitationibus, neque frictionibus, neq; balneis, neq; uictu laſſatorum, conſentiunt. Quippe alios affirmare audias laſſitudinem laſſitudine eſſe abolendam. alios laborem quiete ſanari. alios parcius nutriendos qui laſſitudine premuntur. alios contra non modo de conſueto nutrimento non demendum quicquam, ſed etiam tanto plus adijciendum, quanto plus ſe fatigauerint. (ad portionem enim laborum, nutrimentum exhibendum) alios rurſus nec adijciendum quicquam nutrimenti modo, nec etiam demendum. Ad eun- D dem modũ balneo quoque utuntur, alij ex aquis medij temperamenti, alij calidioribus, alij tepidioribus. Nam & experientia ad id tantum probandum quod uſu ſæpe uſurpauit, quemlibet impellit: & præterea ratio, utpote quam quiſque abſolutam ſe habere putauit: ut ſupra dictum eſt. Verum cum unum tantum laſſitudinis ſenſum traderet, reliquis ceu non ſint, præteritis: eius tantum modo quam nouit, remedium docuit. Ergo uerum eſt & quòd laſſitudine laſſitudo ſoluitur, cum uidelicet heſternis exercitationibus pares poſtridie adhibendas uidetur expediens: & laſſitudinis medelam eſſe quietem. quippe id conſilij partim in ijs quæ ex congeſtis excrementis laſſitudines conſiſtunt, ac præcipue ubi in muſculis excremẽta hæſerunt: partim in ijs quæ tenſionis & phlegmones emphaſim præbent, utile uidetur. Iam illud quoque uerum eſt, qui laſſitudine grauantur, eos parcius eſſe nutriendos. Id enim conducere uidetur ei qui phlegmones ſenſum præfert. Verum præterea eſt & ex conſuetudine eſſe nutriendum. Id nanque in ulcerosa laſſitudine ubi recte apotherapia ſunt uſi, fieri obſeruatum eſt: ſicut etiam uberius cibandum in eo affectu quem ſimilem laſſitudinibus diximus, in quem ex ulcerosa quoque nonnulli tranſeunt. Simili ratione & medij temperamenti aquis eſſe lauandum in ijs quæ ex redundantia ſuperuacuorum natæ ſunt, uerum fateor. Sed nec illud uerum negem, eiuſmodi aquis non eſſe utendum, nec in ea quę phlegmones ſenſum præfert, cum tepidiores hæc deſideret: nec in ijs qui ſimilem laſſitudini affectum ſentiunt. hi nanque calidiores uolunt. Sunt & qui eum affectum laſſitudinem eſſe putent. Alij, quinam affectus ſit, non dixerunt. In quibuſcunque uero ſuſpicio futuræ laſſitudinis ſubeſt, ſuadent calidiore aqua in balneo uti: cauſamque aſſignant, ſicut ipſi ſupra retulimus, alij diſtributioni in corpus, alij nutritioni, id genus balnei conducere dicẽtes. Non tamen rationem ullam afferunt cuius gratia eiuſmodi diſtributione & nutrimento prohiberi laſſitudo poſſit. Sed nec omnino qualis ſit ipſe laſſitudinis affectus, ſcribunt. Nam maior eorũ pars nihil dixit. Qui uero dicere auſi ſunt, ſiccitatem eſſe definiuerunt. Ac quòd nutrimentum ſiccitati medetur, præſertimq; humectans, quã tamen conditionem maior eorum pars non adiecit: eſt ſanè ueriſſimum. Cæterum nec remedium id nec cautio laſſitudinum eſt. Sed cum (uti dictum eſt) membra ſicciora ſunt facta, nulla tamen nec tenſio ſubeſt, nec tenue acreq; excrementum, nec phlegmonę ſimilis affectus: reficere nutrimento humectante expedit quæ exhauſto humore ſunt ſiccata: quãdo niſi abunde nutrias, & gracilius & aridius ęq; fuerat, poſtero die corpus cernes. Atque hunc affectum nonnulli laſſitudinem rati, cum exiſtimãt calidiore balneo, & pleniore cibo, ne incidat prohiberi. Illud tamen quorundam, ſicuti etiam Theonis, demiror, ſi iam factam laſſitudinem ſimiliter ſanari non putant. Nam ſiue quem modo memorauimus affectum, uelit quis eſſe laſſitudinem: nutrimento illum & ſoluere debet, & ne fiat prohibere. Siue reliquorum quemuis eorum qui ueræ laſſitudines ſunt, utiq; parcius in omnibus hominem nutrire, & cum adhuc inſtant, & cum iam occuparunt. Illud enim dici non poteſt, talem ſaltem affectum qui laſſitudinibus ſuccedit, niſi primo die per nutrimentum plenius corrigatur, in trium aliquam migrare ſolere. Nam ſi ipſa ſolum ſiccitas in eo uiſitur, præter gracilitatem nihil ſequetur amplius. Si uero caloris quoque quippiam ſimul adſit, iam febricitare metus eſt. Verum non idem ſunt laſſitudo & febris: tametſi maxime eorum qui laſſitudinem ſenſerunt, nonnullos febris male habuit. Sanè Theonem mirari ſubit hæc in quarto

quarto de particularibus exercitijs, ubi de abſolu- A exercitationi ſuperuenire: ſub qua nimirum in mato exercitio agit, ſcribẽtem: Cum laſſitudo aliqua eos qui ita exercitati ſunt, poſtero deinceps die ferè ſequatur: ζεσολουσία, id eſt feruentis aquæ lauatio, minus laſſitudini obnoxios reddit, ſumma corporis accendens. Deinde ſic græce ſubijcit: ἵνα ὡὐτη σικυίας τρόπου τὴν λαμβανομένην τροφὴν ἐπιστομένη τοῖς κεκμηκόσιν ἀντιδιέλητα νόσοις. Is eũ præter alia ueluti ænigma quoddam uerbum ἀντιδιέλητα in contextu appoſuit. poſſis enim ita intelligere, quaſi ſumma corporis cucurbitæ more nutrimentum trahentia, partem aliquam eius neruis quoque diſpenſent. poſſis & contra, quaſi ſumma corporis cucurbitæ modo id quod ad neruos ferebatur alimentum ad ſe trahentia impartiant. Ita nimirum, ut priore intellectu ad eutrophian, id B eſt nutritionem refectionemq; neruorum conducat excalfacta cutis: (quippe hanc arbitror eũ per ἐπιφάνειαν, id eſt ſummam corporis, ſignificare) poſteriore uero ad ὀλιγοτροφίαν, id eſt parciorem nutritionem. Quantum itaque ex ipſis uerbis licet accipere, mentem Theonis non comperias. Ex ijs uero quæ tum alibi tum in ſextodecimo Gymnaſticon ſcribit: minus nutrimenti poſt abſolutum illud exercitium dari cenſet. quanquam ne id quidẽ qua ratione inductus ſuadeat, uſquam docuit. Datur enim minus quàm ex conſuetudine nutrimentum, aut propterea quòd pari opus non eſt, aut q̃ concoqui id non poſſit. Ac prius quidem in ijs qui plurimum ſe exercitarunt, uerum non eſt: poſterius aliubi uerum, aliubi certe falſum eſt. Sicui C enim imbecilliior concoquendi uis eſt, uerum. Sin ſecus, falſum. Inaudienda uero concoquendi facultas eſt non ea modo quæ in uentriculo aut uenis aut iecinore agitur, ſed etiam quæ in ſingulis particulis: ueluti in ijs de quibus ſermo habetur, muſculis: in quibus utique uel maxime affectus is de quo diſputo, continetur. Quippe largius inter exercitandũ exhauſti, [& imbecilliores] & gracilliores redduntur. Ergo ſi hæc leuiter his contingãt, utique conficere cuius indigent nutrimentum poterunt. Quorum Theon nullum omnino neque intellexit, neque diſtinxit. Omnino enim non ratione aliqua, ſed experiẽtia (ſicut ipſe fatetur) poſt abſolutum illud exercitium calidiorem aquam utilem eſſe obſeruauit. Sic enim deinceps ſcribit: D Illud uero ſiquidem rationem habet in promptu, fortunæ id beneficio ferendum acceptum eſt. Sin minus, quod affecta teſtantur, id non admittendum: licet quis certam rationem ſimul ſe ſubijciẽtem non habeat. Ergo ſi planè explorato affectu in quo calidam laudat, cauſam fateretur ignorare, merito dignus uenia eſſet. uerum cum citra exceptionem, utilem eſſe abſoluto exercitio ζεσολασσίαν pronunciat, (ita enim hanc appellat) poſſunt autem alij quoque complures affectus id genus exercitationis excipere: accuſandus merito eſt, quòd deinceps ſingulos non diſcreuerit. Ipſe nanque nouit etiam quæ phlegmones ſenſum exhibet, huic

planè falletur. Sunt uero per uniuersam tuendę ua
letudinis artem & alia non pauca quæ tum medi
ci tum gymnastæ falsò prodiderunt: quorum unũ
omnium caput est cõfusa indiscretaq; obseruatio:
dum quod in unico quisq; notauit affectu, id mul
tis tribuit. Quinetiam affectio quædam est prædi
ctis proxima, quam ipse græce σύγνωσιν appello:
de qua cum de lassitudinibus disputationem absol
uero, mox dicam. Simplices enim earum differen
tiæ tres sunt: de quibus iam egimus. post has ex bi
nis copulatis aliæ fiunt tres. Ab ijs uero septima
est, ubi in unum coeunt notæ. Remedij uero com
mune in omnibus consilium est, ut ei quod supe
rat, sis intentus: nec tamen quod reliquum est, pla
nè contemnas. Proprium uero ab ipsis membra
tim affectibus accipiendum est. Ac uniuersas qui
dem cõiugationes percurrere, longũ sit: sed quod
ad claritatem sit satis, unico exemplo res perageť.
Si igitur & intumuisse musculi cernuntur, & con
tusi putantur, præterea uel ulceris sensus, uel tensi
onis lassitudo unà cum excrementosa hominem
male habet: apotherapia utendum, quæ utrunque
respiciat, magis tamen id quod est maius. Non est
autem in omnibus rebus unius rationis ipsius ma
ioris natura, sed alibi pro uiribus & quasi dignita
te rei, alibi pro ipsius propria essentia spectanda.
Ac dignitate quidem & uiribus maior lassitudo
est quæ phlegmones sensum præfert, & excremẽ
tosa: utraq; tamen ipsarum sic propriæ ratione es
sentię magna paruaq; esse potest, ut si sola seorsum
consisteret. Si igitur utraq; pari interuallo à natu
rali habitu recessit: quæ phlegmones similis est,
præcipuam curationis solicitudinem ad se cõuer
tet, utpote dignitate pollẽs. Sin exigue quæ phle
gmonen plurimumq; ulceris sensum repræsentat,
à naturali habitu recessit: æstimandum num tantũ
superet magnitudine ulcerosa, quantum quæ phle
gmonę similis est uiribus: an minus, an magis. atq;
ita quod pollet, explora. Quòd si æqualiter pol
lentes uideris, pari studio est utriq; consulendum.
Atq; hæc ratio perpetua sit omnium coniugatorũ
affectuum. Sicuti uero lassitudines ipsæ numero
tres, si inuicem coniungas, quatuor coniugatiões
efficiunt: ita sanè si quartum his affectum adiũgas,
multo plures existent. Quod dicimus, ex descrip
tione licet clarius intelligas. In ea primum locum
ulcerosus habeto. Secundum, in quo tensio est
molesta. Tertium, qui phlegmonę similis. Quar
tum gracilitatis, id est in quo corpus emacuit.
Ex his igitur aut primus cum secundo coniunge
tur, aut cum tertio, aut cum quarto: aut rursus se
cundus cum tertio, uel quarto: aut denique terti
us cum quarto: ita nimirum, ut ex binis coniun
ctis affectibus sex in uniuersum complexiones o
riantur. Rursus cum tres unà miscueris, quatuor
aliæ fiunt. Nam aut primum iunxeris cum secun
do & tertio, aut cum secundo & quarto, aut cum
tertio & quarto: aut rursus secundum cum tertio
& quarto. Postrema omnium complexionum erit
ubi quatuor simul coierint: ita ut undecim nume
ro in totum fiãt. Erant uero & simplices quatuor.
Efficiuntur itaq; in uniuersum quindecim. Simpli
ces affectus: Vlcerosus, A. Tensionis, B. In quo
phlegmones sensus est, C. Gracilitatis, D. Cõpo
siti, AB. AC. AD. BC. BD. CD. ABC. ABD.
ACD. BCD. ABCD. Quòd si præterea occlusę
cutis, (σύγνωσιν græce uoco,) differentias tum se
cum tum uero cum his quindecim cõplicueris, a
lias rursus cõplexiones effeceris plurimas. Si ue
ro eos quoque corporis status qui aut à cruditate,
aut uenere, aut deustione, aut uigilia, aut dolore in
cidunt, adiunxeris: ne numero quidem uniuersas
facile cõplectare. Prætereo nunc quæ uel πλησμο
ρας, id est succorum æquabiliter se habentiũ redũ
dantiam, uel κακοχυμίας, id est uitiosi succi copi
am, uel adstricti uel lubrici uentris, uel uomitus,
uel grauati capitis, uel partis cuiusquam alterius,
uel in summa quicunq; in symptomate aliquo af
fectus consistunt. dicetur em̃ post de eiusmodi om
nibus. Nunc uero idcirco eorum maxime memi
ni, ut complexionum multitudinem quanta esset
indicarem. Mirari em̃ licet eos qui de syndrome,
id est concursu horum, uel curationem, uel euen
torum prædictionem obseruasse se prædicant. V
nica nanq; ratione & præsagire & commode me
deri fas est: utiq; sicut Hippocrates docuit ubi sim
plicis cuiusq; negocij sciendam uim esse censebat:
ueluti ipse nunc in quatuor effectibus præmõstra
ui. Vnusquisq; enim si per se consistat, simplex re
medium exiget: sin alteri sit coniunctus, pro ea me
thodo quã paulo supra de omnibus cõiunctis af
fectibus præscripsimus, [corrigetur.] Ergo cũ hęc
ita se habeant, redeundũ rursus ad simplices affe
ctus est: quorũ à iam dictis proximi erant quos ste
gnosis excitabat. (uoco ita meatuum cutis uitium
quo transmittere superuacua prohibetur.) Incidit
is affectus aut obstructis meatibus, aut dẽsatis. Sa
nè densationem eiusmodi πύκνωσιν Græci, id est cõ
uentiã appellant. Ac obstructio quidem ex lentis
crassisq; excrementis oritur cum confertim ad cu
tim fluunt: densitas tum ab ijs quæ adstringunt, tũ
quæ refrigerant. Verum obstrui propositi nobis
corporis cutis, si ad præscriptam ratiõem rite aga
tur, non potest: densari certe aliquãdo potest, tum
ex ualido frigore, tum aluminoso balneo. Fieri au
tem potest ut & post balneum sudoremue, atq; ali
am aliquã ob causam laxata prius cute, auræ fla
tus incidens obstructionẽ quampiã densationémq;
efficiat. Ac deprehenditur quidem iam dictus
affectus protinus ubi se exuerint, ex colore albo,
& cutis tum duritie, tum densitate. In ipsa uero ex
ercitatione, ex eo quòd ægre incalescant: quando
nec ut prius æque sudant, nec bonum colorem in
summa cute ostendunt: immo siquis eos ualentio
re exercitatione iniũcta sudoris quippiam emitte
re cogat, & minor hic quàm ex consuetudine, &
frigidior exit, minusq; halitui similis. Remedium
huius affectus calefactio est, quippe ea frigiditati
contraria

contraria est. Valentiore ergo exercitatiõe, ac bal
neo calidiore utendum. Magis quoq; ad rem per
tinebit, si in prima domo pinguiter in oleo uolu
tetur. Esto uero oleum ex eo genere quod relaxet,
cuiusmodi est in Italia Sabinum, quod utiq; ad e
iusmodi affectus etiam est utilius si bimũ trimúm
ue sit. Id nanque tum tenuius, tum calidius fuerit.
Mora uero in frigido solio diutturna ne sit: sed nec
aqua ipsa frigida. Induendi uero ungantur aliquo
quod mediocriter calfaciat: oleis quidem, ex ijs
quæ in Aegypto habentur, cicino, & raphanino:
in reliquo uero orbe, dulci, tenui, ac modice anti
quo. unguentis uero, susino, gleucino, irino, ama
racino, & comacino. Atq; ex his gleucinũ quidẽ
prorsus acopum est, ac relaxans: itaque etiam ijs
quos uehemens lassitudo infestat, est utile. paulo
hoc calidius, magisq; relaxãs susinum est. Irinum
uero, & amaracinum, & comacinum, etiam susi
no calefacere potẽtiora, ijs affectibus qui propríe
frigiditates dicuntur, sunt idonea. Cutis tamen
densitati sanandæ etiam anethinum est satis: maxi
me si ex uiridi anetho fiat. Facit autem & ad tales
affectus, sicuti etiam ad uehementes lassitudines,
& acopum quod ex abietis semine componitur.
id quemadmodum pręparandum sit, post dicetur.
Nunc enim uel hæc mihi supra iustum apposuisse
uideor. siquidẽ q in optimo est corporis statu, & li
beram delegit uitam, nec in ea quicquam delin
quit, & cui peritissimus tuendæ sanitatis artifex
præficitur: in hunc uerisimile est morbosos affe
ctus non admodum incidere. Redeamus itaq; ad
pensum denuo: relictisq; ustione, refrigeratione,
cruditate, uentris profluuio, reliquis id genus, (sa
tius enim est in unum ea uolumen cõijcere, quod
de morbosis symptomatis inscribemus) in præ
senti de ijs quæ post uenerem adhibentur exerci
tijs disseramus: quippe cum de his parum conue
niat: alijs ita exercitandum ab hac putantibus, ut
in exercitatione quæ apotherapia dicitur: alijs ut
in præparatoria. Esto uero præparatoria exercita
tio nec in quantitate laborum intra modum, & in
qualitate ipsa incitatior ac celerior. Ac qui apothe
rapeutica quidem utendum censent, ij sicuti in fa
tigatis, tum uires diminutas, tum corporis siccita
tem suspectas habent. quorum utrunque & à con
cubitu, & ab immodica exercitatione sentimus.
Qui uero præparatoriam adhibendam uolunt, ij
raritatem atque ad sudores prõptitudinem præca
uent. quæ apotherapeutica intendi, ediuerso præ
paratoria emendari putant. Ipse laudatis utrisque
propterea quòd ueritatem ex parte uiderunt, sen
tentias eorũ in idem conferam. Nam & instauran
das uires esse, & laxitatem cogendam, nec siccita
tem adaugendam fatentur utrique. Vna discretio
desideratur in utrisque, ueluti & in compositis o
mnibus affectibus supra à nobis est dictum, et nũc
nihilominus dicetur. Cum enim in idem uarij affe
ctus coierunt, hi si unam medendi rationem indi
cent, utiq; intendi magis rationem eam conueni
et, quàm si singuli seorsum cõsisterent. Si contra
rij sint: is qui uincit affectus, prius est corrigẽdus:
ita tamen, ne reliquum omnino negligas. Ac qui
uel propter ætatem, uel etiam alia ratione imbecil
les concubuere: in ijs uirium infirmitas necesse est
superet. Qui uerò firmiores & iuuenes, ueluti qui
nunc est propositus: horum habitus corporis in ra
ritatem magis quàm uires in imbecillitatem mu
tatur. Itaque etiam corriguntur hi non per ea quæ
corpus relaxant, qualis est exercitatio quę apothe
rapia dicitur, sed per ea quæ cogunt ac contrahũt,
qualis est præparatoria: proindeq; hac utendum:
quandoquidem ea non solum motus tum celeri
tate tum robore calorem excitat, sed etiam habi
tum cogit ac cõstringit. Illud quoq; fatentur gym
nastæ omnes, ipsa profecto experiẽtia edocti, hãc
unam exercitationẽ mederi raritati posse. Itaque
nulla planè ad propositum affectum utilior est. Si
uero anni tempus non dissuadeat, nec à frigido
balneo abstinendum esse censeo. Cibus in modo
quidem dabitur minor, in qualitate uero humidi
or, ut dum probe concoquatur, tum siccitas quæ
ex uenere cõtracta est, corrigatur. Debet uero nec
frigido temperamẽto esse, sed uel medio, uel cali
diore. Nã quoniã corpus à uenere & laxius, & fri
gidius, & imbecillius, et siccius est effectũ: debent
planè quę densent, & calfaciant, & uires reparẽt
adhiberi, atq; ad hæc studium omne impendi. Cæ
terum quod efficere hæc uenus possit, id docere,
ad præsentẽ disputationẽ non pertinet, in qua pro
positum est, quemadmodũ optimũ corpus & com
modissime post ueneris usum exercetur, ostẽdere.
Quod sanè cõmode fieri non potuit nisi prius tra
dito cuiusmodi affectus sit qui succedere in cor
pore à uenere solet. Verũ nũc id cõcedi nobis po
stulamus. In sequentibus cum euidenti demõstra
tione dicetur, tum quę ueneris facultas sit: tũ pror
sus utenda sit nec ne: tum quænam ex ea cõmoda
incommodaq; pro corporum statu, & temporis
anni ratione, & loco, & alijs id genus, quæ utique
determinare præterea oportebit, eueniũt. Post ue
nerem ergo species exercitationis ea esto, quã prę
paratoriam uocãt. Post uigilias aũt, uel tristitiam,
uel ambas, quæ apotherapia dicitur exercitatio
idonea est, si tamẽ cruditas absit. nam siqua crudi
tas subest, omnino exercitandũ non est. Quòd aũt
post tristitiam & uigilias iam dicta exercitatio ad
rem pertineat, etiã usus ipse ostendit: cum ab alia
qualibet non solum lædi cernuntur, sed etiam im
perantes, si forte dolor adhuc angit, parum æquo
animo ferre. Idem ratio ipsa confirmat, nõ minus
quàm usus. Nã quoniã à uigilijs & tristitia magis
graciles, magisq; aridi, ac minus dicto audientes
planè cernunt: siccius existimãdum est his reddi
tum esse corpus. Eiusmodi uero affectus partim
molli frictiõe cũ multo oleo, partim tẽperato bal
neo sanat, partim agitatione, sed quę & tarda sit,
& citra ualentiorem nixum, ac quæ subinde quie
tem interponat. Is uero apotherapeutici exercitij

modus erat. Ad eundem modum eæ quæ ab ira A
uel potionis penuria ſiccitates fiunt, corrigendæ
ſunt. Contraria prorſus à iam dictis ratione humi-
ditates emendare conueniet: ſiue hæ nimiæ potio
nis, ſiue alia quauis occaſione inciderint. Quippe
ſtudium in his ad ſiccitatem dirigitur. Verum ea
communis omnium ratio eſt, membratim enim
unicuique differentiæ ſua eſt. Igitur ſi ex longiore
deſidia, & humectantis alimenti immodico intem
peſtiuoq; uſu contracta humiditas eſt, longiore re
medio eſt opus. ſin ex liberaliore potione quæ pri
die ſit hauſta, citra ullum capitis aut oris uentris
affectum conſtiterit: eam uel unico die perſanes li
cet, ſi ſicca frictione largius, & exercitatione uelo-
ci, & pauciori potiõe, & ſicciore cibo utare. Quip
pe quæ immodicæ ex uini potione humiditates B
cõſiſtunt: ſi ex ea re noxa capiti aut ori uentris cõ
municata eſt, de his agi hoc loco opus non eſt. di
cetur enim de ipſis cum de morboſis ſymptoma-
tis tractabitur. Quę uero humiditas ex diutina ad
modum deſidia naſcitur, hæc in propoſitum cor-
poris ſtatum omnino non cadat: æque ut nec ea
quę ex humectantis natura cibi copia gignit, qua
les fructuum plurimi ſunt, itemq; olerum: quæ uti
que acria non ſunt, ſiquando tamen acciderint, ſe
mel & confertim corrigi non poſſunt. Nam ſi ea-
tenus ſe fatigabit homo, dum habitum abunde ſic
cet, in laſſitudinẽ incidet: ac febricitabit omnino
diaria febri. quòd ſi uitioſæ præterea humiditates
fuerint, etiam febri quæ in plures extendatur di-
es. Tempore uero ſanari poſſũt: ut poſt dicemus, C
ubi uitioſas intemperies uertere in melius docebi
mus. quippe ſimilis prouidentia acquiſititij affe-
ctus eſt, & naturalis intẽperamenti. quare nũc de
ipſis differere non oportet. Reliquum igitur eſt ut
de matutina ueſpertinaq; frictione agamus, nõ ad
eum tamen modum quo Quintum reſpondiſſe di
cunt, cum percontanti gymnaſtę quã unctio uim
habet, reſpondit, Veſtis ſummouendæ. iiſdem e-
nim quibus nũc uſus ſum uerbis, tum gymnaſten
rogaſſe, tum Quintum reſpondiſſe ferunt. Simile
Quinti apophthegma eſt & quod de urinis circũ
fertur: nempe eas noſſe, ad pictorem pertinere.
Etiam illud quod de calido, frigido, humido, &
ſicco aiunt, utique balnearũ ea eſſe nomina, quæ
ipſe ſanè nemini uel Theſſali affectatorum impu- D
ne dicere, nedũ Quinto permiſerim. Quippe ſcur
rarum eiuſmodi facetiæ ſunt, haudquaquam ho-
minis tam grauem artem profitẽtis. Satius igitur
ſit in propoſito iuuene ad hunc modum de matu
tina frictione differere. Is nanq; aut ex ſummo ali-
quid de quo queri poſſit, non ſentit: aut laſſitudine
grauatur aliqua: aut alia quapiam affectione offen
ditur earum de quibus pauloante ſtatim poſt laſſi
tudinis affectus hactenus diſſerui. Ac ſi de nulla
quidem re conquerĩtur, ſuperuacuum eſt eum aut
fricare, aut ungere: niſi ſiquãdo ingenti frigori oc
currendum uidetur. Tum nanque ueluti qui fri-
gida ſunt uſuri, ſic eos quoq; frictione præparabi-
mus. Si uero laſſitudinis ſenſus ullus appareat, iã
dictum eſt hominẽ tum & ungendum eſſe, & mol
liter fricandum. Simili ratione ſi ſiccior iuſto ſit,
unguendus dulci oleo eſt, (nam id ſicca corpora
humectat) fricandusq; ut omnino parciſſime, ita
nec duriter, nec molliter eſt. Quippe ſuccurrere
digeſtioni in corpus oportet, non cutis carnis ue
habitum mutare, neq; etiam quod in his contine-
tur, quicquam educere. quorum mollis utrunq;,
dura alterum facit. ſiquidem hęc cutem denſat du
ratq; : mollis per halitum euocat, ac corpus laxum
molleq; efficit. Verum cutis denſitatem corrigere
ſiſtudes, utique ei quę ex duris tum frictione tum
pertractiõe, pręterea uehementi exercitatione, &
multo puluere orta eſt, mollis frictio cum copio-
ſo & dulci oleo medeẽ. Quæ uero contracta ex fri
gore eſt, eam primum frictione ſicca ac celeri, de-
inde cum oleo adhibito calfaciẽtes, naturę ſuæ re
ſtituemus. Laxitatẽ uero quæ & frequens balne-
um, & mollem frictionem, & ueneris uſum cõſe-
cuta eſt: paucula frictione, primũ quidem ſicca, de
inde cum oleo quopiam eorum quæ adſtringant,
ſanaueris. Humiditatem uero quæ nimiæ potioni
ſucceſſit: ſicca frictio, et cũ linteo adminiſtrata, uel
cum manica, quam χειρίδα Græce uocant, inter-
dum etiam ſolis manibus, idq; uel citra omne pin-
gue, uel cũ eo planè exiguo corrigit. Sit aũt et quò
per halitum euocet oleũ ipſum dulce, omniſq; ad-
ſtringentis facultatis expers. Atq; ita quidẽ ſe ha-
bet matutina frictio. Veſpertina uero ijs utilis eſt
quos uel laſſitudo ualida premit, uel ſiccitas male
habet, uel atrophia macerat. ita uocãt Græci cum
corpus ex alimento fructum non ſentit. Verũ atro
phias ſymptoma nunc præſertim ſeponatur unà
cum reliquis morboſis ſymptomatis: quæ poſt tra
ctabuntur. In propoſita uero natura cum uel uali-
da laſſitudo, uel immodica ſiccitas corpus afficit,
prandium minus eſto: tum ab eo ad cœnam lon-
gius interponatur tempus. plurimũ quieſcat: exi
guum tamen quippiam inambulet; quò cibus per
erectam agitationem concuſſus ſubſidat. Vtilius
etiam ſit ſi & aluum exonerare poſſit. His etenim
probe peractis ſecurus oleo dulci frices. uentrem
tamen omnino non continges: cum alioqui peri-
culum ſit ne & cibum deterius concoquat, & ſuc-
cus quiſpiam ex eo ſemicrudus in corpus digera-
tur, & caput turbetur, & ſtomachus ſubuertatur.
Optimum igitur fuerit omnino uentrem non at-
tingere. Quod ſi in muſculis ei uicinis uel laſſitu-
dinis ſenſus aliquis, uel ſiccitas appareat maior:
ungi debebunt mediocriter, & blande, & ſuſpen-
ſa manu. Ac ſi cauſas quiſpiam eorum quæ dixi-
mus, reddi ſibi cupit: proximum librum legat, in
quo de morboſis ſymptomatis agemus. Nã hũc
mihi uideor ſatis hactenus extendiſſe.

Clau.

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER QVARTVS

THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

QVOD plerique omnes recentium medicorum faciunt, qui dum tempus ſophiſtarũ cauillationibus terũt, quod maxime neceſſarium eſt, aut leuiter tantum attingunt, aut prorſus omittunt, id ipſe non faciam: ſed (quod ab initio inſtituí) ei quod neceſſarium duxi, inſiſtens, quæ logicam magis ſpeculationem habent, in aliud tempus differam. Statim enim de morboſis ſymptomatis, de quibus hoc libro diſſerere ſtatui, non leuis quæſtio oritur, eáne ad ualetudinis tuendæ artem ſpectent, an ad eam quæ medendi rationem præſcribit, an harum neutram, ſed tertiam quandam, quam nonnulli mediam ſtatuunt, neutrámque appellant. Ego haud ignarus, ſiue quis in ſanitatis tuendæ, ſiue etiam medendi arte, eorum meminerit, fore ut æque à cauillatoribus ſugilletur: illud quoque intelligens, etiam ſiquis tertiam tractationem his dicet, de neutris eam affectionibus inſcribens, uel magis irriſuros, contumelioſosq; futuros, præterea quæſituros de maribus & fœminis in quonam opere præcipiam: in hoc uolumine de his agere potiſſimum elegi. Si enim fieri nequit ut ſophiſtarum nugamenta deuitem, atque hac ratione minus erunt importuni: utique ſic faciens melius conſuluiſſe uidebor. Huc accedit quòd ex ſpeculatione ipſa magis intelligetur ipſa doctrinæ communio, ſiquis illa quæ dicentur, attentius leget. Ea hinc ingrediar. Artis quæ ualetudinem tuetur, nõ leuis portio eſt ea quæ de exercitatione præcipit. huius rurſus non exigua pars eſt quæ laſſitudines præcauet. Porrò moſtra tum in ſuperioribus eſt, ſimilem rationem eſſe inſtantis laſſitudinis cauendæ, & eius quę iam occupauit, ſummouendæ. Ergo non alibi quemadmodum hanc futuram uites, alibi quẽadmodum iam urgentem corrigas, tractandum eſt. Atq; hac quidem de cauſa in proximo libro, qui totius operis tertius eſt, de laſſitudine quæ exercitationi ſuperuenit, diſputatum erat: ſimul habita mentione de ſimilibus affectibus, quorũ aliqui exercitationes maxime ſequebantur. Nunc primum quidem de his prout citra exercitationem incidunt, agemus: ſecundo loco de illis quæ ſimilitudinem quãdam cum his habent. Ac quæ immodicas quidem exercitatiões laſſitudo excipit, ſanorum ſymptoma eſt. quæ uero ſine his conſiſtit, morboſum. Itaque & ab Hippocrate dictum cõmodiſſime uidetur: Laſſitudines ſponte natæ, morbos nunciant. Atque ulceroſus quidem ſenſus, ſymptoma laſſitudinis eſt. Cauſa uero unde ea naſcitur, affectus laſſitudinis eſt. Porrò huius rurſum ipſius cauſa bifariam ſcinditur; aut enim intra ipſum animalis con- A tinetur corpus, uocantq́ue Græce προηγουμένην; aut omnino non ineſt, uocantq; προκαταρκτικήν. [Nos illam internam, hanc externam non incommode uocemus.] Itaq; tria in uniuerſum genera ſunt de quibus habendus ſermo eſt: Ipſius laſſitudinis ſymptoma: Affectus unde hoc oritur: & affectus ipſius Cauſa. Cuiuſq; uero horũ ſpecies quædam differentes ſunt. Cauſarum (ut modo diximus) externa, & interna. Affectus (ut in præceden te libro docuimus) is qui ulceris, & qui tenſionis, & qui phlegmones ſenſum inuehit. Symptomatis uero, ipſi tres ſenſus. [neq; pauciores uero] neque plures his differentias ueras ſaltem nominare poſſis. Qui igitur ulceris ſenſum facit, (incipiendum enim ab hoc eſt) motis quidem grauem exci B tat ſenſum, ceu corpus ulceretur: idq; uel circa cutim tantum, utiq; cũ eſt moderatior: uel circa ſubiectam illi carnem, cum eſt ualentior: uel circa utranq;, cum adhuc eſt atrocior. Atq; hoc quidem eſt laſſitudinis ſymptoma. Affectio uero ex qua id naſcitur, acrimonia eſt tenuis & calidi humoris, qui corpus erodit, ſtimulat, ac pungit. Oritur hęc aliquando ex immodico motu, ut in proximo libro oſtendimus. aliquando ex uitioſo ſucco, qui imprudentibus nobis in corpore ſuccreuit. Tales uero laſſitudines, ſpontaneas Hippocrates appellat. Alterũ uero laſſitudinis genus (nempe in quo tenſio ſentitur) quoties ſua ſponte incidit, plethoris ſuperuenit. Quippe tenduntur † ex hac ſolidæ animalis partes, præcipue in quibus ſucci conti- C nentur. Tertiũ laſſitudinis genus, quod phlegmones ſenſum affert, ex ambobus oritur, tum nimia boni ſucci abundantia, tum prædicto uitioſo ſucco. Non enim quæuis mali ſucci ſpecies, ſed tantum in qua rodens acrimonia continetur, ulceroſam laſſitudinem creat. ſed nec eiuſmodi quidem ſuccus dum in uenis cum ſanguine miſcetur. Latet enim tum eius uis, utpote transfluentis, & à ſanguinis bonitate ſuperati. Verum cum ab his translatus, in carnibus, & ad cutem ſolus hæret, ulceroſum † ſenſum tunc ingerit. Qui uero ex abundantia naſci hanc laſſitudinem putant, ſanè fal luntur. Nam neq; ex ea copia quam plethoran dicimus, (hęc enim eam quæ de tenſione quæritur, gignit) neq; ex ea quę uires prægrauat. Non enim D eroſio, aut ulceris phantaſia, ſed uel grauitas, & ad motiones ſegnitia, talis ſunt abundantiæ ſymptomata, utiq; dum ad animales collata uires, eas ſuperans premit: uel pulſus quædam uitia, ſiquando uitalem urget: de quibus dictum abunde eſt in iis quę de pulſu ſcripſimus: eque ut in libro quem de abundantia ſcripſimus, etiam notas & naturalium uirium cum premuntur, & reliquarum ambarum tradidimus. Non eſt igitur abundantia, eius laſſitudinis, quæ ulceris ſenſum præfert, cauſa, immo humorum qui in cute & carne continẽtur, acrimonia. Hæc enim ut quieta ſenſum latet, ſic agitata protinus ſentit. Motus hic laſſitudini primus ac plurimus proprijs quibuſdã ratiõibus accedit: quas mox dicemus. Alter ex incidẽti, ſcilicet cum

Aliàs. ὧν τοῦτους. id eſt, in his.

Aliàs. πάθεσίν τε καὶ αἴσθησιν. id eſt, affectũ & ſenſum.

cum nobis partem aliquam aut etiam totum corpus mouere uolentibus, cum hoc humores qui in ipso cõtinentur, simul mouemus. Verum hic minimus est, & lassitudinis duntaxat sensum infert. Vehemẽtior rigorẽ excitat: (appello nunc rigorẽ, nec illũ uehementis frigoris sensum, nec duriciẽ: sed inæqualẽ totius corporis cõcussum & turbationem:) Medius inter utrunq; horrorem. Quod autem nihil obstet etiã si calida causa sit, quo minus rigorẽ horroremq; excitet: in ijs quæ de symptomatum causis scripsimus, ostensum est. Nunc satis fuerit summas tantum eorum quæ illic prodidimus, ad præsentẽ disputationẽ quasi basim subijcere. Cũ in sensibili corpore succreuit excrementum mordax, duplici id ratiõe admodũ incitatur. Vna, cum à sensibili ipso corpore impellitur: utpote quod repellẽdi alieni uim obtinet. Altera cum uehementiore momẽto agitur: id quod tum ab exercitando cõquirit, [tum frictione, tum balneo.] Ergo quæ subcalida & putrida excrementa sunt: ubi uehementius mouentur, non horrorẽ modo rigoremue qualem diximus afferunt, sed etiã febrem accendunt. At quæ frigida sunt, & ex partibus tenuibus cõstant, ea horrorem quidem rigoremq; creant, non tamen febrem excitant. Porrò uim quandam utriusq; congestam esse oportet si hæc fecerint. Quæ uero aut planè exigua in sensibilibus corporibus excremẽta mordacia, aut multa illa quidẽ, sed tamen nõ planè adhuc mordacia, subhęserunt: hæc ulcerosam lassitudinem faciunt: de quibus utiq; hoc libro nobis est agendũ: quando quæ febrem accẽdunt, ea ad medendi artẽ spectãt. Sanatio utriusq; generis partim cõmunia curationis amborum consilia recipit, partim utriusque propria. Dicetur uero prius quę cõmunis sanatio est. Oportet igitur excrementum, siue calidum id sit siue frigidũ, ipsum aut expellas, aut certè alteres. Recipit uero non omne excrementum alterationem à natura. Siquidem nec omnis cibus in cuiusuis animantis uentre concoquitur: sed cognatio quędam ei quod concoquit, cum eo quod concoquitur, esse debet. Quod igitur omnino alienum est, nulla fieri ratione potest ut id naturæ suæ gratiam recipiat, sed educere id q̃ primum est tentandũ: æque certe ut quæ in uentre corrupta prorsus sunt, ea uel uomitione uel deiectione expelli profecto est optimũ. Nõ tamen perinde prõptum est in carne, atq; alijs corporibus imbibitum uitiosum succum educere: ut qui in ijs quorum sensibilis capacitas est, continetur. Interdum nec ipsa laborantis natura medicamẽtum quod malum succum maturè uacuet, admittit: sicuti interdum & alius quispiam affectus obstat qui talem educendi rationem respuat. De quibus mox dicam, si prius quod reliquum erat in superius posita diuisione, adiecero. Quippe quæ communiter spectant qui excrementorum uitijs medentur, ea iam diximus uacuationem alterationemq; esse. Propria uero utriusque generis nunc adijciamus. Neque enim una tantum ratione educendũ alterandum'ue est: sed explorata quæ ei quod affligit, maxime sit accommodata, ei est insistendum. Ea uerò, ut in summa complectar, ratio est, quæ ex contrario opem molitur: priuatim uerò, quæ ex cuiusque contrario. Et summæ quidem totius rei hæ sunt: quæ latius tamen nobis nunc explicanda sunt unà cum sua cuiusq; euidenti demonstratione: idq; ab ulcerosso affectu orsis. Quoniam igitur eiusmodi lassitudo uitio acrium excrementorum oritur, ante omnia considerandum est, in solidis'ne tantum corporibus, an intra uenarũ sinus malus succus cõtinea tur. De ijs uero quæ intra uenas sunt, nullum planè nec manifestum nec euidens signum habemus præter solam urinã: conijcere tamen ex his licet. Primum æstimabimus quonam qui affligitur, usus sit uictu. Secundo, solitúsne sit malũ succum naturæ sponte congerere. Ad hęc, an naturalis aliqua & cõsueta excretio iam defierit. Quarto, an exercitatione, purgatione per uomitũ aluum'ue, aut usu aquarũ sponte nascentiũ soliti superuacua expellere, id intermiserint. Atq; in uictu quidẽ uidendum an cruditas & crebrior et maior quàm ex consuetudine præcesserit, an mali succi cibis copiosè se impleuerint, an uinum pro antiquo mustum, pro tenui crassum, an aqua marina mistũ biberint, an etiam prorsus à uino se ad aquæ potionem transtulerint: nec semel bis'ue in quolibet horum peccauerint, sed assiduè, bonoq; tempore. Secundo (sicuti diximus) æstimandum num ex eorum numero qui facilè malum succũ congerunt, lassatus ipse sit. Deprehendas id percõtatus an scabie, aut lepra, aut uitiligine, aut prurítu crebro sit affectus. Item an erysipelas, aut elephantiasis, aut herpes, aut ophiasis, aut alopeciasis, aut pustulæ crebræ, aut epinyctides, aut deniq; ullũ symptoma quod ex uitioso succo & natũ & auctũ est, illũ male habuerit. Ab his considerandа diximus, consuetáne ulla excretio retenta sit per uomitum, uel hæmorrhoidas, uel fistulam aliquam, uel dysenteriam: uel si mulier est, per menstruũ profluuium. Deinde num ipse medicamẽto se purgare semper solitus, id intermiserit. Nonnulli enim sunt qui dejectoriis medicamẽtis, alij uomitoriis, aut urinam sudorem'ue cientibus, aut usu sponte nascentium aquarum, utique quibus aut sulfuris aut bituminis aut nitri uis ineſt, uere uel autumno quotãis soliti excrementa uacuare, aliquando id negligũt. Multi (ut dictũ est) exercitationũ consuetudinem dimiserunt. Alij rursus omnis frictionis, aut balnei, aut à uino dulci post balneum uomitionis morem prætermiserunt. Sanè constat non illorũ modò nos qui optimo sunt corporis temperamento, fecisse mentionem, sed quò nihil in mali succi causarum catalogo sit prætermissum, etiam eos qui uitiosum succum natura promptè congerũt, sermone comprehẽdisse: de quibus fusius inter uitiosos corporum status proximis uoluminibus agemus. Atq; ex his quidem de mali succi modo coniectu ram facere oportebit. ac remedium ad mensurę eius quantitatem proportiõe inuenire. mediocrius, si omni

si omnino sit exiguus, & ad cutem tantum collectus, ualẽtius, si multus, & in profundo. Prius uero eius qui exiguus, & iuxta cutem est, curatio dicetur; deinde eius qui in carne residet: tertio ab his loco, eius cuius totus sanguis impurus excremen tosusq; est. Sed siquis iam institutũ mihi ab initio repetens, boni succi iuuenẽ dederit, qui prius salubri omnino uictus ratione sit usus, nunc necessitate quapiam urgente, longi temporis iter confecerit, in quo nec exercitatus, nec lauatus pro cõsuetudine fuerit, cibis potioneq; mali succi usus sit, tũ à prandio, uel cœna, uel etiã toto die uehiculo sit uectus, nec bene plerunq; dormierit: illud tamen addatur, nihil huic in modo assumptorũ erratum esse, proindeq; nec in cruditatem ullam incidisse: talis multum mali succi cõgessisse profectò nequit uerit. itaq; etiam nec remedium operosum requirit, immò exercitationem tantum, quæ apotherapia dicitur: quam in proximo ante hunc libro docuimus, ubi pariter de accõmodata ei rei uictus ratione præcepimus: quò minus est hic multis morandum. Tantum eius meminisse conueniet, huc omne cõsilium dirigere, qui corpora sic affecta curat, ut excrementa, quæ circa cutem sunt, educat: propterea quòd affectus in hac una consistit. Itaq; rursus detur eundem iuuenem præter alia, quę eadem sint, etiam in cruditates sæpe incidisse. Detur & ulceris sensum habere, non cute tenus modo, uerumetiam altiùs in corpore, sic ut totum id malis succis refertum suspicere. huic nec exercitationem, nec ullum omnino motum iniungemus, sed quiescere ac dormire iussum, in abstinentia totum diem exigere cogemus: dein uesperi pinguiter uncto, & temperato balneo mediocriter lauato, pro cibo dabimus sorbitionẽ aliquam boni succi, sed planè quàm minimam. nec tamen à uino eum abstinebimus. concoquit enim id semicrudos humores, quãtum aliud quiduis: tum sudorem urinámque promouet, ac somnum conciliat. In ijs autem qui ita se habent, id agendum nobis est, ut quod mali succi iam planè corruptum est, nec concoqui etiam potest, id sudore urinaq; expellatur. quod si mi coctum adhuc est, concoquatur, atq; utile reddatur. Id autem optimè quiete somnoq; confiet. Si ergo his peractis malum constiterit, ad consuetudinem rursus reducendus homo est. Sin in posterum etiam diem duret, de ualentiore iam remedio est cogitandum, maximè si per noctẽ uel lassitudo magis q̃ ante, uel fastidium infestet, uel perui gilet, uel somnos turbatos & imaginationibus inquietos habeat. his enim, si uires non dissuadent, duorum alterũ, aut sanguis mittendus est, aut purgatio exhibenda, sed discernentibus nobis utrum magis expediat, ut mox dicetur. Sin uires imbecilliores dehortantur, sanguis mittendus haudquaq; est, sed deiectio mediocris adhibenda. cuiusmodi aũt deiectio mediocris sit, in sequentibus docebimus: sed si prius quæ priora sunt definiuerimus. Nam uirium robore constante, si lassitudo adhuc infestat; æstimandum est, cum sanguinis'ne copia, an cum crudis humoribus, an per se solus consistat uitiosus humor, qui lassitudinẽ creat. Nã si cũ sanguinis copia, aut uena incidenda, aut aliquid quod tantũdem ualet, agendum. Sanè tantũdem possunt hęc: Quibus hæmorrhoides sunt retentę, si has emiseris. Si mulieri mẽstrua cõsuetudo cessauit, hanc prouoces. Si quibus horum nihil est, si malleolos scalpello incidas. Post hæc aluus eo medicamento deijcienda est, quod maximè accommodatum malo succo sit. Quòd si uitiosi tantum succi, hicq; citra sanguinis copiam subsint, purgatio petenda est, quæ infestanti excremento sit accõmoda. Infestat uerò aliàs bilioſum, aliàs atræ bilis, aliàs pituitosum, sed quod uel salsum uel acidũ sit: atq; horum quodlibet aut crassius, aut sero propius, aut media quapiam cõsistentia. De quorum discernendorum notis nunc agamus. Si cum pustulis (quę Græci ἐξανθήμασι uocant) lassitudinis affectus consistat, ex his facilis inuentu erit excrementi species. Sin absq; his: in boni quidem succi corporibus, tum ex ijs qui præcesserunt cibis, tum reliquis, quæ ipsis corporibus inciderunt. In ijs uerò, qui malos succos natura colligunt, hinc quoq; nonnihil capiendũ. Sed de eiusmodi temperamentis uberius post agetur. Nũc de reliquis agamus, ex quibus licet de mali succi specie coniecturam accipere. Qui in ocio degunt, ij pituitosum acerbare succum solent. Quos multus labor exercet, ij bilioſum, uel melancholicum: illum æstate, hũc autumno gignunt. Quinetiam an diuturni labores fuerunt, inspiciendũ est. Quanto enim fuerint longiores, tanto sunt ad atram generãdam bilem magis procliues. Præterea qui cum multo sudore obeuntur, ij crassius excremẽtum faciunt. Qui sine sudore peraguntur, magis tenue: ueluti qui hyeme & frigido aeris statu suscipiuntur. Considerandum ad hæc est non solum de urinæ multitudine, [& qualitate] sed etiã de sudoris qualitate. hic nanq; partim acidus, partim salsus est, partim ueluti lutum aut uirus planè olet. licet aũt hoc ex strigili deprehendere cum lauantur. Sæpe nãq; amarus planè apparet: qualis utiq; morbo regio laborantibus emittitur. Eius uerò dignotio etiã citra gustum facilis est ex solo colore. Quippe pallidus pro eiusmodi bilis ratiõe apparet. Sępe tamẽ post ualidissimos labores, & uehementẽ æstum, planè flauus conspicitur. Aliquãdo medius, atq; ambobus mistus cernitur: ueluti quodãmodo ex pallido flauus, ὠχροξανθον Græci dicunt. Ad eundem modũ & ipse bilis humor se habet; quando hunc quoq; in uomitu deiectioneq; aut pallidũ, aut flauum, aut ex utroq; cõpositum licet intueri. Qualiscunq; uerò is in corpore habeat, tale necesse est eius appareat serum. Ac sudor quidẽ, succorũ qui in uniuerso corpore abundant, nota est: urina, eorum tantũ qui uasis cõtinentur. Omnino ergo nihil omittendum: sed sudor quoq; ipse, ut modo diximus, inspiciẽdus. Aliquãdo uerò ipsum qui affligitur, gustare sudorẽ suum, quò certius internoscat, iubemus. Id quod aliquando sua sponte accidere solet

solet, dum ex fronte & eius partibus in os sepe de-
labit. Aestimare preterea urinæ tum cõsistentiã,
tum colorem oportebit. Sed nec quæ in ea pen-
dent, aut sidunt, prætermittere conueniet, sed om
nia perpendere. Cuiusmodi enim sanguis sit qui
in uasis continetur, ea planè ostendunt: quando si
is bilios⁹ sit, ferũ quoq; eius bilios⁹ esse necesse
est. Idq; pro utriusuis bilis ratione. Simili modo pi
tuitos⁹, si is sit pituitos⁹. Ergo ubi crudus pla-
nè is est, utiq; tenuis aquosaq; urina cernitur, nihil
nec quod sidat, nec quod pendeat, in se habẽs. At
ubi is concoctus est, hæc in urina apparent: atque
etiam nubeculæ quædã desuper tenues superstãt,
ueluti quod in summo lacte colligitur, (Græce
χρῶς dicitur) & quod in summo refrigerati iuscu-
li concreuit. Quod si turbida sit, qualis ueterino-
rum uisitur, crudis refertas uenas indicat, non ta-
men cessare naturam, sed eos ualenter concoque-
re. Si uerò celeris separatio crassi à liquido in ea
cernitur: sitq; quod subsidit, album, leue, & æqua
le: iamiam superaturam eos omnes naturam indi-
cat. Sin cũ emingitur, pura sit, protinus uerò tur-
betur, iam crudi succi concoctionem aggredi na-
turam docet. At si interposito tempore turbetur:
non protinus, sed post aggressuram insinuat. Ve-
rum omnium quę turbantur urinarũ generalis no
ta esto ipsius crassi à liquidiore separatio aut pro-
perè aut tardè facta, aut omnino nulla. Ergo si pro
tinus fiat, & quod subsidit sit album, leue, & æqua
le: superiorem longè naturam succis quos conco-
quit ostendit. Sin bonum sit quod subsidit, sed
quod post longius interpositum tempus colliga-
tur: etiam naturam temporis spatio superaturam
succos nunciat. Si uerò uel omnino nulla separa-
tio, uel id quod subsidit, malum sit: imbecillitas na
turæ significatur: egetq; ope aliqua ad succos per-
coquendos. Sicuti uerò urina, succorũ qui in ua-
sis sunt, qualitatem prodit: ita sudor, aliaq; quę per
uniuersum animalis habitum apparẽt, eos qui il-
lic sunt affectus demonstrant. Quippe superanti-
bus in eo calidis succis, insolito caloris sensu urge
tur: frigoris uerò, cum frigidi dominantur. Iam al-
biores pituita superante, pallidiores bili abundan
te cernuntur. Quòd si meracior bilis sit, etiam pla
nè flauiores. Siquidẽ color à succo prouenit, non
ex solidis animalis partibus, utiq; cum se succi in
altum non receperũt. Accidit uerò id illis propter
frigora, rigores, uel animi affectus, ueluti timorẽ,
uel ingentẽ tristitiam, uel incipientem uerecundi-
am. Quorum nullum si adsit, nunq; se in altum re
cipient succi. Aequè nec in cutem uiolentius irru
entes, hanc adurent unquam, nisi animus aliquo
modo affectus sit, aut æstu immodico animal ex-
trinsecus obsessum. Ergo uehementer commotis,
aut iratis, aut in pudore ueluti reciprocantibus se
humoribus, inspicere colorem non oportet. At si
nec ambientis uiolentia calidi frigidi ue, nec ullus
animi affectus cuiusmodi iam dictus est, subsit: cer
tissima succi animalis cognitio ex colore dat̃. Tan
quam igitur corpus sicubi albius solito est effectũ,

A pituitosum abũdare succum indicat: sicubi pal
dius aut flauius, bilios⁹um: ita sicubi ad rubicũdius
quam pro natura est mutatum, sanguinis abũdan-
tiam subesse significat: sicubi ad nigrius, nigrã su-
peresse bilem ostendit. Videas preterea ceu plum
bi colorem aliquando nõnullos habere: rursus ali
quando ceu mistura esse albi, liuidiq;: aliquãdo
liuorem solum sine albo consistere. Ergo eiusmo-
di colores, crudos dominari succos indicant: qui
cum de genere sunt pituitæ, minus tamen humidi
tatis habent q̃ ea quæ publicè uocatur pituita. ple
runq; uerò huic nec lentor inest. Nam is si adsit,
Praxagoras eiusmodi succum uitreum appellat:
egregie quidem frigidum: crassum tamen eq quẽ
crudum per eminentiam uocant, certè minus. Ge
B neraliter igitur eiusmodi succi omnes albi crudiq;
sunt, nomenclaturam uerò alius alia sortitur. Nec
attinet ad præsentem disputationem ea omnia di-
stinguere: quippe ad quam illud tantum commu-
ne omnium accidens pertinet, quòd hi succi per-
cocti à natura non sunt, sed crudi adhuc manent.
Siquidem sanguis in medio est bilios⁹orum atque
horum: quorum utiq; genus uno uocabulo appel
lare licet, uel crudũ succum, uel pituitam. Illi nan-
que ex sanguine fiunt ubi supra iustũ modum est
percoctus: hi uerò ex eo nondum perfecto. Sunt
autem utriusq; generis innumerę particulares dif-
ferentiæ, cęterum quę ab ijs qui in talibus sunt pe
riti, in numeratas species sunt iam descriptæ: qua-
rum tamen ipsarum adeo hic omnium meminisse
necesse non est, ut etiam satis sit eas ad unũ caput
redigere, quod tibi ueluti scopum agendorũ pro-
ponas. Nam quoniã alij prius quàm ad exactum
sanguinem nutrimentum peruenit, ueluti semico
cti sunt, alij prorsus incocti crudiq;, alij paulo ab-
sunt à sanguinis forma, rursus alij sanguinis faci-
endi, siue (ut ita dicam) sanguificationis ueluti ul-
tima pars, qui utique excessu caloris prouenium:
(quorum alij paululum, alij plus, alij plurimum à
sanguine recesserunt) ubi paululum uel citra san-
guinem restitũ, uel ultra processum est, audacter
mittendus sanguis est. ubi plus, cõsideratius agen
dum. ubi plurimum, in his nullus omnino mitten
dus est. Inspicere uerò & quantitatem conueniet:
ut uerbi gratia si bonus sanguis exiguus sit, reli-
D quus uero succus plurimus: utiq; in his abstinen-
dum à detractione sanguinis est. Sin is quidẽ exi-
guus, sanguis uerò copiosus: audacter incidenda
uena est. Dein deijcere (ut dictum est) aluũ opor-
tet: ratione habita de abundantis succi copia pari-
ter & specie. Quòd siquis uel propter ætatem uel
timiditatem permittere se medico ad sanguinem
ullo modo detrahẽdum nolit, huic deijcienda lar-
gius aluus est: aut si id quoq; suspectũ habet, alia
ratione educendum superuacuum est. Ac in pro-
posita nobis hactenus natura, alias uacuandi ratio
nes inuenire difficile non est: in alijs cum discretio
ne & diligenti examine disquiri eas conueniet. E-
am discretionem post trademus, ubi de proposita
boni succi natura tractationẽ absoluerimus. Pone
enim

enim talem hominem ex mala uictus ratione lassi
A petit̃ in crassis ac glutinosis succis, cuiusmodi pla-
tudine affectum: deinde ex ijs quas retulimus no-
nè omnes pituitosi sunt. Ac boni quidem succi far
tis, in uenoso uasorum genere apparere, subesse il-
ipsum est, & propterea eiusmodi qui à uitioso faci
li copiam semicrudorũ succorum: in reliquo uero
le securos præstet. Cæterum nisi lentor eius corri-
corpore toto multitudinem horum quos lassitu-
gatur, adiectis aceto & porri modico: non solũ ob
do secuta est. auctus præterea illi quodãmodo &
struet, sed etiam nutriet plenius q̃ propositis sit ex
sanguis esto. Maximè ergo (ut dictum est) detra-
usu. Hac itaq; de causa ptisanæ cremor in hoc ca-
here primo de sanguine oportet: deinde succum il
su tutior est, ut qui tum modice nutriat, tum nusq;
lum educere, qui superare uidetur. Non sustinente
per angustos meatus hæreat, sed & permeet ipse,
autem homine sanguinem sibi detrahi, augere de-
& meatus per totum detergeat, & quicquid in se-
iectionem. Si uero neutrũ admittat, aliam quam-
micoctis crudisue succis continetur crassi, id disse
piam rationem initi, qua maximè si non breui, at
cet ac resoluat. Horum ipsorũ gratia & mulsa his
longiore tempore, pristinã corporis habitudinem
idonea est, & oxymeli, & apomeli, & piper, & gin
homo recipiat. Quoniã ergo duo prima sunt, qui-
giber, postremò omnia quę citra uitiosi generatio
bus primum intentus sit oportet, qui eiusmodi af-
nem succi, humorem crassum dissecãt soluuntq;:
fectibus medebitur, crudorum siue etiam semico-
B quorum materiam latius in sequentibus proseque
ctorum qui ante sanguinis perfectionem fuerunt,
mur. Ad institutũ uero nũc sermonem exempli lo
perfectio: & acrium ac mordaciũ, qui secũdi sunt,
co posita sint, & quæ iam sunt dicta, & quæ nunc
et sanguine posteriores, eductio: abstinere eos con
dicenda. Frugum nanque maximè apta est ptisa-
uenit ab omni ualido motu. Blandè uero unctos,
na. Olerum sola lactuca. Piscium qui saxatiles di-
atq; oleo perfrictos, perquam suaui lauare balneo:
cuntur. Panis qui & furno coctus, & fermẽtatus,
inde in ocio abstinentiaq; habere, atq; etiam som-
& modicè purus est. Aues montícolæ. Potio oxy
no, si fieri potest: minimè ignorantibus nihil esse
meli, mulsa, uinum tenue & album, semelq; quæ
quod æquè concoquat ea quæ concoqui possunt,
boni sunt succi, eademq; detergent, nec glutinosa
& malos succos per halitum digerat, ut somnus à
sunt, nec crassum succum efficiũt, nec ualenter nu
balneo. Cum igitur (ut paulò ante diximus) pri-
triunt. Quæ uero urinam cient, hoc casu non pro-
mo die experti, an facile finita lassitudo sit, simili-
bo: maximè quæ præualẽtia ex his sunt, & sangui-
ter grauatum hominem cernimus: tum mittẽdus
nem calfaciunt ac liquant. quippe quod conco-
in balneum secũdo etiam die est, tum in quiete ab
quendum probè est, huic tãta adhuc uexatio non
stinentiaq; habendus. eque uerò & si iterum & ter
conuenit. Hæc itaq; omnia secundo die facienda
C tiò [oportere uideris, itidem] ieiunũ lauabis, quie-
C ad hunc modum sunt, atq; etiam tertio, quartoq;.
tem ac somnũ ipsis lauationibus interponẽs. Con
Ad hæc præterea si tum lassitudinis sensus leuet,
ducit ad somnum non in postremis ipsum quoq;
tum corpus coloratius appareat, tum somni quie
balneum. sunt enim qui eo sunt usi omnes magis
ti, & urinæ concoctæ sint, fricare quidem liberali-
ad somnum propensi, modò maioris momenti ni
us, exercitare uerò parcè hominem audebis. His
hil obstiterit. Adeo tibi somnus & causa & signũ
ita peractis si nullus lassitudinis sensus præterea
percõmodum speratæ utilitatis sit: uelut ediuerso
supersit, ad consuetas statim exercitationes homi-
nõ posse à balneo dormire, nec causa, nec signum
nem reduces. sin quicquam appareat priorum aut
est cõmodum. Quippe plerunq; redundantis suc-
symptomatum, aut notarum: rursus tu quoq; in id
ci indicia ex somno uigilijsq; ceperis. frigidi nãq;
intentus, mutare tentabis ea quæ particulatim nõ
succi marcorem, quod ἄωμα græce uocãt, & lõn-
recte habent. Si itaque solius lassitudinis sensus re
giores somnos inducunt: calidi & mordaces, uigi-
cordatio supereſt, cæteris notis omnib. bene se ha
lias: & siquãdo dormit̃, uarijs imaginibus inquie-
bentibus, utiq; apotherapię munere lassitudinem
tos & turbatos somnos efficiunt, sic ut statim exci
summouebis. sin autem turbatæ notæ sunt, & ue-
tent. Sicuti autem in primo die, ita etiam in secun-
luti confusæ, cęterum lassitudo abest: in quiete ma
do sorbitionem & minimam & simplicem illis ex
D iore seruare hominem oportebit. Si uero ambo co
hibebimus. Quippe largè ijs apponere quibus au
ierunt, eadẽ ratione hominis curã ages, qua prius
ferri potiũs aliquid debeat, planè est contrarium:
usus in eum statum duxisti, quo etiam exercitatio
sicut rursus omnino non nutrire, & fastidia stoma
nis aliquid tentare auderes. Atq; ita quidem iam
chi (quas Græci κόσμους uocant) creat, & eundem
comprehenso affectui medendum censeo. At si in
lædit, & uires labefactat, & malum succum aduc-
eodem homine reliqua eadem sint, cæterũ in lasso
get. Ergo exiguum his dandum: ac potissimum, si
corpore sanguis bonus exiguus sit, crudi humo-
fieri potest, ptisanę cremor simpliciter cõditus. sin
res plurimi: huic nec sanguis mittendus, nec alui
aliter, farris, eodẽ quo ptisana modo præparatus,
deiectio, aut exercitatio, aut omnino motus, aut
cum paulo aceti adiecto: præsertim si cruditatis a-
balneum adhibẽdum. quippe incisa uena bonum
bundantiam, uel in uenis, uel in toto corporis ha-
sanguinem emittit: malum qui in primis maxime
bitu subesse suspicamur. Quippe si nihil prorsus
uenis circa iecur, & quod mesenterijũ uocant, col-
aceti sit alicæ admistum, glutinosior erit quàm ut
ligitur, in totum attrahit corpus. Deiectio uero in
propositis conducat: itaque obstruet magis quàm
talib. tormina & rosiones creat, animiq; deliquia,
detergebit halitus meatus: quod tamen maxime
cum eo quòd nec notatu quippiã dignum educit:

quando crudi omnes succi, pigri, atq; ad motũ ine A ptí propter crassitudinem frigiditatemq; sunt: quo fit ut etiã omnes angustas uias obstruãt, per quas id quod medicamentum deijcit, ferri ad aluum de beat; itaq; nec ipsi educantur, & alijs sint impedimẽto. Id quod sanè Hippocrates illo oraculo prę cauit, quo breuissime præcipit, concocta medicamento tentanda esse, non cruda. Eadem de causa nec exercitare, nec omnino mouere, sed nec lauare expedit eos qui in primis uenis crudorum copiam habent. Siquidem omnes id genus motus, succos illos in totum corpus agunt. Seruandi igitur hi sunt in omni quiete: dandaq; ipsis cibus, potio, medicamentaq; sunt singula eius generis quæ attenuent, dissecent, & conficiant succorum crassitudinem, idq; citra manifestũ ealorem. Nam qui B excalfacti uehementius succi sunt: ij in omnẽ corporis partem feruntur. Ergo nutries hos maxime oxymelite, aliquando etiam ptisanæ & mulsi exiguo quopiam. Sustinent enim hi uictum, si modo alij ulli, tenuem: ipsa nimirũ crudorũ copia, quos paulatim concoquunt, ad corporis alimentũ abutentes. Quoniam autem præcordia istiusmodi omnibus turgida inflataq; sunt, ac facile quicqd assumpserint, in flatum uertitur: nõ inutile fuerit longi piperis aliquid cum cibo dare: quippe quod flatuoli spiritus crassitudinem soluit, & quæ in præcordijs pigra cessant, ad uentrem depellit, & concoquendis quæ sumpseris subuenit, pro communi piperum ratione. Quòd si huius copia non est, C utiq; albo utendum: quippe quod supra duo reliqua genera uentrem roborat. Sin hoc non adest, optimũ nigrum petendũ est. Id uero fuerit, quod pondere præcellit. Sanè utilius sit & diospolitico medicamento uti: cuius cõpositio duplex est: alias ex paribus omnibus, cumino, pipere, ruta, nitro. potestq; ita magis uentrem soluere. Alias cum reliquorum pari pondere miscetur nitri dimidiũ. præstiterit autem cuminum esse quod uocant æthiopicum: piper uero, uel longum, uel album. Macerabitur cuminum in aceto maxime acri. dein continuo id tunditur, aut etiam prius modice frigitur in uase fictili, quod coctum in camino quàm optime sit. Quæ enim exacte penitúsque cocta non sunt, hæc lutosa potiús quàm figlina sunt, & qualitatum suarum nonnihil medicamentis remittunt. D Sunto uero & rutæ folia modice siccata. Vt enim si plusculum siccentur, acria amaraq; redduntur, & supra quàm par est calida: sic si prorsus non sicces, excrementitium quendam humorem retinent, nondum ex toto concoctum: cuius uitio flatum discutere minus possunt. Quatuor his aliquando despumatum mel additur, aliquando nihil, sed sola sine melle reponuntur, ac ptisanæ cremori, & alijs quibus maxime conuenire uidẽtur, cibis injiciuntur. Sumit & per se medicamentum hoc & ante & post cibum. Porrò ad eum usum optimum est quod mel admistũ habet, quod utique curiose sit despumatũ. id enim flatum maxime discutit, sit autem oportet & mel optimum, si modò quod flatum discutiat, quodq; maxime dissecet, futurum medicamentum est. Appositum sanè remedium sic affectis est, et qđ ex tribus piperibus conficit, (ἀπὸ τριῶν πιπέρεων Greci uocãt) utiq; cum non admodũ medicamẽtosum sit, ex uarijsq; confectum, sicuti à pleriscq; medicorum cõponitur, misturæ cuiusdam ritu quam κεφύκλαν uocant, aut apri à mirificis istis coquis cõditi: adeo ut non minimum ijs, qui sumpserint, negocium sit immista illi medicamẽta concoquere, ami, siseli, libystieũ, & alia id genus. Cruda enim minimeq; mutata ab ijs, qui ea sumpserint, lõgo tempore durare in uentre intelliguntur. Hæc igitur subtrahenda medicamenta sunt: præter quæ, hæc, heleniũ, & nardi spica: ceu uerò nõnulli cõponunt, etiam casia. Expedit autem præparatũ habere ad manũ dupliciter, sicut ipse soleo. Alterũ simplex: quod utiq; ijs dandum est qui parum concoxerunt, & qui recens frigus in uentre habent, & pituitosum succũ. Alterũ quod medicamẽtosum magis est: quò maxime uti mur in ijs fluxionibus quæ à capite descẽdunt ad pectus. Verum hoc quo pacto sit præparandũ, alibi dicetur. Simplex illud, quo ad cruditatis abundantiam, quæ in primis est uenis utimur, huiusmodi est: Ad cuiusq; trium piperum drachmas quinquaginta, abunde adduntur anisi & thymi & gingiberis singulorũ drachmæ octo. & simplicissimũ quidem hoc est. Etiam hoc ipso magis simplex, à quo detractũ gingiber est. Alterum uerò est quod ex ijsdem conficitur: uerum ad cuiusq; trium piperum drachmas quinquaginta, reliquorum cuiusq; sexdecim drachmarũ injicitur pondus: nempe anisi, thymi, & gingiberis. quo etiã ad proposita utimur cõmodissimè. Debet autem, si haberi potest, anisum Cretense esse: Thymum aut Atticum, aut plane ex editis locis, & siccis: cuius quicquid lignosum est circũcisọ, coma ipsa unà cum floribus injicietur. Esto uero & piper quod longũ quidem est integrũ, minimeq; foratũ: Aequè uerò & gingiber. nam ambo perforari facile solent. Quinetiam non solum nõ perforatũ, sed & uerum illud quod ex barbaris afferẽ, piper esto. hic nanq; quod adulteratur, duplex est. Alterũ quod in Alexãdria maxime conficitur. Alterum quod herbæ cuiusdam germen est. Qua uerò maxime ratione internosci quod adulterinũ est possit, ipse docebo: tantisper præfatus, nequis aut miretur, aut causam requirat quamobrẽ uel componendi uel probandi medicamenti hic tradere rationem subijt, qui in medendi libris non temerè id facere soleam. Siquidem in illis cum medicis ipsis dũtaxat ago: hic uerò etiam cum alijs uniuersis quos aliqui cõmuni nomine φιλιάτρους, id est medicorũ studiosos uocant, qui scilicet in primis disciplinis uersantur: quo intelligentiam suam exerceãt. Porrò his necesse non est nec in libris de simplicibus medicamentis, nec in opere de medicamentorũ compositione esse exercitatis, multoq; minus explorandi cuiusq; medicamenti peritiam habere. His itaque perscribi in plenum talia oñia satiús est, sicuti paulò ante de longo pi-

go pipere tradere occepi. Principio ẽm experien- A dum gustu est, diligenterq; æstimandum an piperis qualitates seruet: postea in aquã mittendũ. Nã quod factitiũ est, si per diem totum in humore maceretur, illico liquatur, ac soluit. Si ergo tum piperis ei qualitas planè ineſt, nec maceratum resoluitur, sitq; (ut dictum est) minimè foraminibus pertusum: piper id lõgum idoneũ iudicabis. Nigrum uerò, nec exile, nec rugosum, nec crassi corticis esto, sed ex eo quod ponderosum uocãt, id quod tũ maximũ, tum plenissimũ est. Itemq; de albo simili modo eligat quod maximum est atq; plenissimũ. Deinde omnibus simul tusis, & per tenue cribrum transmissis, mel optimum curiosè despumatũ admiscetor. Sanè id odorũ flauumq;, præterea acerrimum dulcissimũq; fuerit, tum crassitudine, nec B planè crassa, nec liquida, sed quæ ita cõtinuitatem suam tueatur, ut si digitum in id demiseris, postea in sublime attollas, quod mellis ab eo defluit, longissima quasi linea sibi continuatũ uideas. Coquitur hoc recte aut super carbones, aut ligna omnino arida, quæ etiam ἄκαπνα Græci uocant. Hoc igitur medicamentum dare conueniet, non semel bisue quotidie, sed etiam sæpe. siquidem manè & ante cibum, & post, etiam cubitum euntibus recte datur cochlearij pleni mẽsura: atq; huius quidem ut paruis paruí, & maximis maximi, ita medijs ad portionem. Præterea etiam gingiber, quod ex barbaris affertur, aceto maceratũ. Est id uirentis herbæ radix, à collectu statim in acetum conjecta. Extinguitur enim eiusmodi medicamentorũ calor cir- C ca ipsas primas uenas, nec in totum perfertur corpus, ueluti aliorum quorundã: cuiusmodi id medicamentũ est quod dia calaminthes, propterea q; calaminthen recipit, uocãt: de quo mox uberius agemus. Idcirco etiam oxymeli his utilissimum est: ut prius diximus. Id ita præparari debebit. Cum meli optimo super carbones spumam abstuleris, conjicies in ipsum aceti tãtum, unde gustanti nec acidum nimis, nec dulce uidebit. Ac denuo sup prunas coques, quoad planè unitę amborũ qualitates sint, nec appareat gustãti acetum adhuc crudum. hinc ab igni depones. Cumq; uti uoles, aquam ei miscebis, ita nimirum temperans, ut uinum. Ergo qui bibet, si nec de acore eius queritur, nec dulcedine, assiduè eo utatur. Sin alterutro offenditur, ad D iecto quod desideratur, rursus id coques. Necq; enim eos probo, qui sub una quapiam mensura id conficiunt: qui mihi similiter ijs affecti uidentur, qui bibentes omnes similiter aquam uino miscere censent: non aduertentes, quibusdã utiq; qui dilutiori insueuerunt, caput statim si uel pusillo meracius hauserint, tentari: quibusdã qui meraciore delectantur, stomachum, si dilutius biberint, subuerti. Cum igitur in uino tam familiari potione ista incidant, multo sanè magis in oxymelite, utpote cui uinum tum minus familiari; tum magis forti, ipsa seq par est. Satius ergo sit, ex sumentis gustu, non nostro, iudicium de modo facere: id esse sumentis naturæ conuenientissimũ oxymeli ratos, quod utiq; est iucundissimũ, proindeq; etiam utile, contra aduersissimũ esse, quod iniucundũ. Ipsam tamen primam ipsorũ mistionem, quò plurimis conueniat, talem esse oportet. Vni aceti parti, mellis à quo detracta spuma sit, duplum est miscendũ: deinde ambo in leni igni coquẽda, donec eorum qualitates in unum coierint. ita enim nec acetũ amplius crudum apparebit. Cũ aqua uerò statim ita facies oxymeli: Melli quadruplũ optimæ aquæ miscebis: dein coques modico igni, quoad spumare desinat. Ac malum quidẽ mel multam egerit spumã, quo etiam diutius coqui debebit: optimũ uerò ut breuissimo tempore coquitur, ita minimum spumę euomit: unde nec pari ei coctione est opus. plurimũ certè quartam partem eius quod ab initio est indictum, amittit: post uerò dimidio aceti adiecto, rursus coquendum, donec qualitatũ omnino sit unitas, nec acetum crudum etiam appareat. Conficitur sanè oxymeli etiam tribus statim ab initio mistis, ad hunc modum: Aceti uni parti additur mellis duplum, & aquæ quadruplum: atq; hæc ad tertiam partem coquũtur, uel etiam quartam, spumæ interim detracta. Quòd si ualentius id facere studes: tãtundem injicies aceti, quantum mellis. Apomeli optimũ aqua conficitur, bibiturq; tota æstate refrigerantis uice. Potest uero, cui id libet, & ad quam proposuimus affectionem eo cõmode uti, potissimũ ubi coacuit: id quod ei sæpe cõtingit, aliàs magis, aliàs minus, utpote ex aqua confectio nõ pluuia, sicut mulsa, sed qualibet: quanq; potest qui uolet, & ex pluuia aqua id conficere: ipseq; si pluuiam aquam probarem, id suaderem. Verum nec ipsam probo, & nihilo est deterius, si acescit, potissimũ ad ea quę nunc sunt proposita. Quinimo mediocriter etiam acet, quod saltem non omnino incuriosè est cõfectum. Sanè cura conficiendi in eo est, ut nec fauus admodum sit uitiosus, coquaturq; bene in fontana aqua, quæ & pura sit, & dulcis. Oportet enim expresso à fauis melle, eatenus in aqua coquere, quoad nulla inde spuma existat. Ergo tum hac utendũ potione est: tum uero è uinis ijs quæ leuiter acescunt. Nutriendum præterea cibis est, qui citra calorem extenuent: cuiusmodi cappari est ex oxymelite uel oleo sumptum ad duos uel tres dies, ut dictum est. Quòd si crudos iam succos satis attenuatos speras, uinũ dabis qđ & substãtia sit tenue, & colore fuluum, albúmue. hoc enim & ad succi bonitatem, & cõcoctionem facit: illud urinam mouet. Sunt uero in Italia prioris generis Falernum, & Surrentinum: posterioris Sabinum, & Albanum, & Adrianum. In Asia uero prioris generis Lesbium, et Ariusium: secundi Tmacazenum, & Arsyinum. Atque hæc exempli tantum gratia protulimus. Sunt autem & alia multa tum in Italia, tum in Asia, & cæteris nationibus, quæ his sunt similia: ex quibus facere delectum conueniet ad eas quas diximus notas respicientem, nempe colorem ac substantiã: crassa uero & nigra reijcere: ut quę tum malum succum gignant, tum tarde penetrent. Quòd si his adhibitis

melius habere se senserit: etiam lauare tum homi- A
nem debebis, ungereq;, ac molliter fricare: ut uero
primum in urina subsidentia uisuntur, (κατάπαυμα
uocant) tum frictiones augere, tum ad consuetas
exercitationes paulatim reducere. Hoc tẽpore un
guentis ijs quoq; utendũ quæ per halitũ euocent:
de quibus & ante mentionem feci, & in sequenti-
bus faciam. Haudquaq; tamẽ in eiusmodi affecti-
bus uomitu utendũ suaserim: sicuti nõnullis est u
sum tũ medicis, tum gymnastis, falsis (ut opinor)
ex ijs quę à Philotimo & Praxagora de eiusmodi
succorum curatione sunt scripta. Non enim cum
lassitudinũ affectus abundant, sed cum hi soli inse
stant, uomitus eos expellit: quippe cum nullũ pe-
riculum sit, ne intrò uiolentius reuellat aliquid eo B
rum excrementorũ quæ in carne constitere: quem
admodũ certe est, cum ambo redundant, & in pri-
mis uenis cruda, & in solidis mordacia. Caueri e-
nim in talibus satius est utrũq; reuulsum, & foras
crudorũ, & intrò mordaciũ. Sicuti igitur in supe-
rioribus cauimus, ne crudi succi foras traherẽtur:
ita ne mordaces reuocentur intrò, est utiq; cauen-
dum. Summę uerò eorũ quorum occasione foras
ferantur, hæ sunt, exercitatio, & frictio, & balneũ,
& fomenta calida, et unctio calfaciens, tum ex ani
mi affectibus iracundia, & uno uerbo omnia quæ
succos qui alte in animãtis corpore sunt mersi, ad
motum quoquouersus irritant. Quorum uero oc-
casione intrò ferãtur, ea sunt quæ utiq; prohibent
foras ferri. talia sunt ex ijs quę cuti propinquãt, & C
quæ frigida sunt, & quæ adstringunt: ad hæc, quæ
cunq; succos [introrsus] attrahunt, aut aliàs quo-
quo modo ipsorũ intrò motum excitant: quorum
sunt tristitia, & horror quacunque de causa ortus:
(quippe cũ & ex calida causa & frigida tum hor-
rorem gigni, tum etiam rigorem qualem suprà de
scripsimus, est ostensum) præterea quæ auditu ui
suue animo aut stupore aut horrorem incutiunt.
Hæc itaq; omnia deuitanda tum sunt, cum idem
homo pariter & lassitudinẽ sentit, & uenas habet
crudis succis refertas. Nam neq; qui extra sunt, re
cte intrò reuocantur: neq; qui intus sunt, foras: im
mo qui foris sunt, leuiter educendi per halitũ sunt.
Siquidem quæ uehementius id faciunt, etiam eo-
rum quæ intus sunt, aliquid attrahunt. Qui uero D
intus sunt, ij attenuandi coquendiq; sunt. Quòd
si uel uomitu eos uel alui deiectione educere uio-
lentius tentes: utiq; eorum qui foris sunt, aliquid
intrò rapueris. Neq; accusandus Philotimus est,
si tali usus expulsione est, ubi citra ullum aliũ affe
ctum crudorũ abundãtia in primis uenis cõstitit.
Quin potius nos ipsos assuefacere par est, ut uete
rum scripta diligentius inspiciamus. Ergo quibus
intus crudi succi copia est, & foris lassitudinis sen
sus: ijs hyssopũ in mulso coquens, non statim, nec
primo die, sed in sequentibus dabis: uomitu uero
abstinebis, ueritus (ut diximus) ne qd excremen-
ti externi intrò rursum reuocetur. Praxagoras ue-
ro ac Philotimus ratiõabiliter post eiusmodi mul-
sum, uomitum probant, propterea q̃ crudos citra
lassitudinem succos curant. Cæterũ quoniam de
his abunde dictum est: tempus monet reliquũ ag-
grediamur affectũ, in quo cũ ulceroso sensu etiam
crudorum copia in corporis habitum est recepta.
Accidunt hæc in ijs maxime negociorũ circum-
stantijs, in quibus aut calor, aut immodicus labor
crudos succos à uenis in carnem rapit: idq; ijs qui
nullam ad præsens recentẽ cruditatem contraxe-
rũt. Quippe hæc si adsit, uniuersum ita corpus cru
dis occupabit. Cuiusmodi affectus curatio etiam
post à nobis dicetur. Verum quoniã compositum
omne posterius simplici est: præstat (arbitror) reli
quum simplicem affectũ prius expedire, ac dein-
de ad compositos uenire: quanquam ne hunc qui
dem omnino simplicem est arbitrandum, sed ut in
ter lassitudines sua sponte ortas simplicem. Propo
sito nanq; nobis affectu qui lassitudinem excitat,
adijcimus illi reliquos. Sed quia in mistione aliàs
simplex unaq; affectio additur, aliàs cõposita: ita
simplicẽ appellauimus hanc de qua nũc agimus.
Esto igit crudi succi copia in solidis animalis par-
tibus, nõ in uenis: cui accedat ulcerosę lassitudinis
in his ipsis affectus. Quippe talis erat is de quo in
ter initia sermonis loqui instituebamus. Sicuti igi-
tur in quorũ uenis, & præcipue in primis, crudo-
rum copia erat, ijs esse à calidis cauendum censui-
mus, ueriti ne eiusmodi succi in habitum corporis
pertraherentur: ita nunc id timere non oportet.
Ergo danda his sunt quæ uel ad cutim usque ca-
lorem suum transmittant: fricandumq; largiter o-
leo quod relaxandi uim habet: ac potissimum ma
ne cum surgũt à somno. Nam ea frictio simul con
coquit crudum succum, simul corpoream molem
animantis nutrit. Quiescendum uero post hęc diu
est, siquidẽ probè sint cessura. Sanè multo euiden-
tius efficiant cuius gratia fiunt, si homo exiguum
cibum pridie sumpserit, nec aliud à cœna bibat q̃
uinum quod suluum sit ac tenue. Nec uero illico
exercitãdũ assidue et uehemẽter est, necubi impru
dẽtes crudo adhuc succo nutriri corpus cogam⁹.
Vtilius itaque fuerit mane largius fricare, & post
id diu quiescere, ac modice inambulare, tũ denuo
multa uti frictione, & balneo modice calido, præ-
terea alimentis quæ & boni sint succi, & minime
glutinosa. Eorum materia suprà iam dicta est, ubi
ptisanã ad talia laudaui, & pisces saxatiles, & aues
monticolas. Apti cibi sunt & qui attenuãt, de qui
bus scripsimus uno libro. Nec est q̃ uereare, ne ca
lorem uehementer accendas: quinimmo medica-
men quod diacalamínthen uocãt, audacter dabis.
Est uero compositio eius huiusmodi. Accipe cala
mínthes, & pulegij, & petroselini, & seseleos, cu-
iusq; uncias duas: seminis apij, cacuminũ thymi,
utriusq; uncias quatuor: ad hæc lybistici uncias
xvi. piperis uero octo & quadraginta. Ac piper
quidẽ grauis esto ponderis: quod Βαρύσταθμον uo-
cant. Seseli uero Massiliense, petroselinum Mace-
donicum, huiusq; præcipue Astreoticũ: Calamín
the & pulegium potissimũ ex Creta. Sin minus,
certe ex regionibus editis & siccis. Simili ratione
& thy-

& thymum. Atq; herbarum quidem quicquid lig A
nosum durumq; est, id abijciẽdum: accipienda ue
ro ad medicamentũ folia, atq; ex his maxime quæ
subtilissima uirentissimaq; sunt, atque in summis
herbis nata: ad hæc flores, & quę cum ijs sunt unà
minutissimas tenuissimasq; festucas. hæc omnia si
mul tundenda cribrãdaq; sunt tenui cribro. Quip
pe eiusmodi medicamẽta in totum corporis habi-
tum maxime digerũtur: ueluti ediuerso crassiora
in uentre hærent, ut quæ angusta uenarum oscula
subire nequeant. Quamobrem etiam medicamen
tum quod diospoliticon uocãt, cuius in hoc libro
mentionem feci, crassius facere soleo quoties deij
cere aluum per id studeo. Quidam uero id non in
telligens, cum tenuissimũ minutissimumq; instar B
pollinis fecisset, ut aluo deijciendæ nihil contulit,
sed urinam planè multã mouit: mecum rem com-
municauit, mirans ac sciscitans euentus eius ue-
ram causam. Ipse enim arbitrari se aiebat hominis
intemperantiam, (nam ita appellabat) eius quod
inciderat, causam esse. ut uero propriã catusam di-
dicit esse compositionis rationem, postmodũ ali-
ter cõposuit, meliore successu. Ac huius quidem
præcepti in omnium medicamentorum composi-
tione meminisse expedit: propositum uero in præ-
senti medicamentum, omnia prorsus subtilia po-
stulat, quò facile in omnem corporis partem dige-
rantur feranturq;. Miscendum uero his ita præpa-
ratis est mel optimum curiose despumatum. Por-
rò usus eius erit post matutinã frictionem, anteq; C
exercitationem & balneum. Licet & sine admisto
melle siccum medicamentum reponere, eoq; salis
tuice ad obsonia præparati uti. Licet & in ptisanã
uelut acetum inijcere, uel in eiusmodi aliquid pro
pipere. Non modò autem siccum ipsum medica-
mentum, salis ritu in uario est usu, sed etiam cum
melli est admistum. Siquidẽ id quoq; potest cum
aliquo cibo mistum sumi, ita ut iucundum utenti
sit. Post cibum tamen nunquam nec hoc medica-
mentum, nec aliud ullũ quod ad distributionem
uehementiorem facit, sumendũ est. Non enim di-
stribui tum, sed concoqui quæ sumpta sunt, est uti
lius. Melius itaque sit ijs qui externo aliquo præsi
dio ad concoctionem egent, hoc tempore exhibe
ri dia trion pipereon simplex: cuius cõpositionem D
ante exposui. Quinetiam ipsum piper potioni in-
spersum, percommodum est ad ea de quibus agi-
mus. quòd si qua fortasse maior necessitas incide-
rit, etiam quod ex succo mali cydonij conficitur:
cuius omnem compositionem uiresq; diligẽter in
sequentibus explicabimus. Verum ad ea quæ nũc
agimus, omniũ quæ mihi cognita sunt optimum
medicamentum est diacalamínthes. Nam & cras-
sa lentaq; attenuat, & per halitum educit, & urinas
mouet, & mulieribus menses. Est autem usu quo-
que iucũdissimum, præsertim cum liberalius mel
accepit: quo tempore coqui largius postulat. Qui
uero auersantur dulcia, & mel fugiunt (nam eius-
modi quoq; naturas inuenias) ijs parũ in compo
sitione miscebis. Sanè melius his quoque fuerit si
largius coquatur. Nam & minus est eo pacto dul
ce, et minus stomachum eorum qui à melle abhor
rent, subuertit. Atq; oĩa quidem huiusmodi uel
ante nostram admonitionem sibijpsi quis excogi-
tabit, unum scilicet ubiq; destinãs, nempe ut quo-
ad fieri licet, iucundissimum fiat medicamentum,
sed tamen uirium eius utilitate seruata. Non enim
hanc, dum dulcedini studetur, solui iubeo. Vbi igi
tur circiter duos uel tres primos dies ita præpara-
tus homo est, non incommodum fuerit etiam con
suetis eum exercitatiõibus admouere: animaduer
sis prius tum coloris bonitate, tum alijs notis quę
in præcedentibus sunt comprehensæ. Nam si om
nia commode se habere uidentur, plenè exercitan
dus est. Sin minus, etiam ante mediocritatem desi
stet: ac in prius dictis tum uictu, tum medicamen-
tis eo die habendus: postridie rursus exercitationi
dandus, super ijsdẽ tum notis, tum scopis, ut cum
omnia ex sententia, commodaq; appareãt, ad ean-
dem uictus rationem reuoces, cui ante insuecuit q̃
lassitudinis symptomate urgebatur. Quoniam ue
ro & acopo, quod ex abiete fit, uti expedit ijs qui
in carne & tota corporis mole succos congesse-
runt, qui aut cõcoqui desiderent, aut per halitum
digeri: non ab re fuerit eius quoq; compositionem
apponere. Est igitur abietis pulcherrimum semen
circa Arcturi emersum, quo tempore Romæ Se-
ptẽber mẽsis est, apud nos uero Pergami Hyper-
beretæus, Athenis mysteria. Id semen conijcere
oportet in oleũ quolibet anni tempore. Nullum
enim in ea re discrimen est. Melius tamen fuerit, si
id contundas prius quàm inijcias: quãdo ita citius
oleum sua qualitate uicẽ inficiet. Erit id spatiũ die
rum minime quadraginta. Nos uero sæpe & tres,
& quatuor, etiam multo plures menses macerari
permisimus: sic deinde semen abiecimus: humidũ
uero linteo percolauimus. Esto uero eius generis
oleum, cui relaxandi uis insit: cuiusmodi in Italia
Sabinum est. Cõijcies autem in quinque & uigin
ti heminas eius seminis modium Italicũ. Esto au-
tem & hemina ipsa Italica: quam utique & libram
nominant. Vbi uero maceratum in eo semen fue-
rit, multo planè minus redditur. Ei igitur quod re
liquum est, idoneus ceræ modus erit, si quatuor li
bras immiseris, resinæ uero abietinæ libræ unius
partem tertiam. Id æquat drachmas trigintaduas.
Inijcies uero & pineæ resinæ tantundem. Quòd si
harum copia nõ sit, earum loco terebinthina uten
dum. Coques uero commodius hæc in uase dupli
ci, aut certe igni lento, qualis prunarum est: quæ
tamen nec ipsæ multæ esse debent. Medicamen
hoc aptissimũ est ad omnem lassitudinẽ, seu spon-
te ortam, seu alia quauis ratione contractam. Vti-
le sanè medicamentum est & quod ex populi flo-
ribus fit. Id tale est, Ex floribus populi adhuc con
niuentibus modius Italicus in quindecim aut ui-
ginti libras Sabini olei immittit. Si id præsto non
est, simile aliquod præparandum oleum est. Di-
ctum uero in præcedentibus est, simile esse quod-
cunque tenue est, uel ullam adstringendi uim ha-

bet. Magis uero ad rem ꝑtinebit, & si modice con A
tritum ipsum florem in oleum conijcies. Quòd si
quotidie medicamentum dimouebis, idq; potissi-
mum cũ sol feruebit, ac in domo calida repones:
celerius ita magisq; tum qualitas populi, tum uis
in oleum migrabit. Itaq; post binos ternosue men
ses potes flore expresso atq; abiecto habere oleum
quod sine ulla morsione per halitum digerat, idq;
nihilominus quàm abietinũ. Quinetiam ceræ &
resinæ tantundẽ inijcere licet, quantum paulò an
te in id quod ex abiete confici diximus. Siquãdo
uero humidum id quod exprimitur, crassius uide-
bitur, sat fuerit uel quintam partem ceræ adijci, ne
dum quartã. Ego uero etiam sextam me addidisse
scio, ubi & oleum crassum erat effectũ, & qui usu-
rus erat, liquidiore medicamento delectabatur. B
Nonnulli diu macerari tum flores, tũ semina non
ferentes, partim ea percoquere in oleo coguntur,
partim aquam inijcere: utiq; qui cautiores sunt:
quò uidelicet nec torreantur quę sunt iniecta, nec
oleum ustionem odore referat. Qui uero his ma-
gis sunt curiosi, in duplicibus ij uasis coquũt, hoc
fit cum in lebete in quo sit aquà feruens, inseritur
exiguum uasculum in quod fundi oleum debet.
Id quod sanè nos facimus, nõ tamẽ ad semina flo-
resue coquẽdos: (quippe hac coctione minime e-
gemus, propterea quòd ea diu maceramus) sed tũ
cum in conficiendo medicamento ceram & resi-
nas liquare in lebete paramus. Qui uero celerius
ea præparare cogitur, hunc necesse est & ut prædi
ctum est, præcoquere, & ne torreantur, aquam ui- C
num ue inijcere. Atq; ad ea quidẽ de quibus nunc
agitur, utilior aqua est: uinũ uero ad podagricos
affectus, &, uno uerbo, articulares. Porrò sufficit
tantulum aquæ admiscerí, quantũ coquendo to-
tum uanescet. Is modus erit, si quadruplũ eius aut
quintuplum oleum sit. Ergo & hęc medicamenta
succos quicunq; non crassi, nec lenti in carne cu-
teq; resident, euaporẽt: & ad hæc quod ex chame-
melo fit oleum, tum ipsum solum, tum uero cera
resinaq; adiectis. Quorum modus hic quoq; satis
erit idoneus, si ceræ pars quarta, resinæ duodecí-
ma sit immista. Sicui uero nullius horum quæ me
morauimus, oleorum copia sit, huic anethinum
præparasse est facillimum. Potest uero & id medi-
camentum per halitum digerere, siue solo eo, siue D
cum cera resinaq; utare. Danda uero opera est, ut
in uase duplici & anethinũ coquatur. utiliusq; fue
rit si anethum uiride sit. Quod utiq; siquo tempo-
re requiris, competet, maturũ id esto. Iam sampsy-
chinum oleum, hyeme & regione frigida, ac tem-
pestate simili idoneum medicamentũ est. Habeto
uero ceram ac resinam id quoque, si præsertim ma
nere id super uncto corpore diutius studes. Simili
ratione rosmaris herba oleo incoquenda. Quòd si
nec ea sit ad manũ: betæ albæ radix, & cucurbitæ
agrestis, & altheæ, & uitis albæ, efficaciter euapo-
rant ubi suam ipsæ qualitatem uiresq; in oleo ali-
quo similis facultatis dimiserunt. Quodcunq; uero
sic præparatum oleum est, in id si uel ceram so-
lam, uel cum ea resinam inijcere uoles: non solum
pulcherrimum, sed etiam quod in loco bene hære
bit, unguentũ facies. Abunde autem omnino erit,
si ceræ quartam partem, resinæ duodecimam in-
ieceris. Si uerò etiã duas resinas inijcies, nẽpe abie
tinam, ac pineam, quam προβιλίνην græce uocãt,
aut tertiam super has terebinthinam, aut etiam, hę
si desint, humidam pini resinam: sic quoq; medica
mentum feceris, quod euaporandi uim habet. Iam
hæ si desint, aut ea quæ in fictilibus habetur resi-
na miscenda, aut quam φεύκτην Græci dicunt, id
est frixam. Nec ignoro tamen has supradictis im-
becillíores, cæterum non omninò cõtemnendas.
Cum uerò reliquus lassitudinis affectus sit, in quo
supra ulcerosum sensum copia crudorum in toto
corpore congesta est: de hoc quoq; dicendum est.
Nec est inuentu difficile quemadmodũ emende-
tur, siquis ea quę dicta sunt, sequatur. Si enim ubi
in primis uenis crudi succi copia est, dissecandum
nobis eum esse, cõcoquendumq; diximus, cauen-
tibus semper ne in habitũ corporis traducat: ubi
uerò in extremis uenis & corporis habitu resedit,
& concoquendum pariter, & per halitũ resoluen-
dum: nimirum quibus ambo inciderunt, in ijs am
bæ rationes sunt miscendæ: atq; id, siquidem pari
noxa urgere uidebuntur, æquali utriusq; respectu.
Sin alterum prægrauat, utiq; totius curationis stu
dio in id propenso: nec tamen altero quod minus
est, neglecto. Miscebis autem utriusq; curationẽ,
ad hunc modum: Non enim ab re fuerit exemplo
aliquid de hoc egisse. Suasimus ijs quibus in pri-
mis maxime uenis crudi succi congesta copia est,
simplici dia trion pipereon medicamento uti. Er-
go si nõ modò in his, sed etiam in omnibus uenis
sit, superq; in ipsa carne: in principio curationis
ipso dia trion pipereon utendũ, sed cui admistum
petroselini tantum sit, quantum anisi, & thymi, &
gingiberis habebat: post primum uerò diem, ma-
gisq; etiam post secundum miscendum eidem est
aliquid diacalaminthes. mox uerò partes æquè mi
scendę: procedente deinde tempore, ipsius diacala
minthes plus addẽdum: ad extremum uerò etiam
solum exhibebitur. Ad eundem modum & in reli
qua omni uictus ratione, quoties pares affectus
sunt, miscendę eorũ medendi rationes sunt, sed ita
tamen, ut inter initia potiores medendi partes ijs
præstentur quæ in primis continentur uenis: in fi-
ne uerò, ijs quæ in carne: medio inter hæc tempo
re ambæ rationes æquabiliter miscebuntur. Hæc
igitur & prędicta à me sunt, et patere iam arbitror
qua ratione corrigi oportet, quod peccatũ in suc-
cis est, prius q̃ hominem morbus occupet. Ex ijs
enim quæ in ulceroso affectu retulimus, cũ adium
ctus uitioso succo est: ratiocinari licet & de alio
quouis, cum solus constiterit. Ac de primo quidẽ
lassitudinum genere, in quo punctionis quidẽ sen
sus omnes animalis partes infestat, ac cæteris ui-
tiosi succi redundantijs, quæ corpori uel solæ, uel
cum lassitudine accedunt, fermè diximus uniuer-
sa. De ea uero lassitudine quæ à nobis tẽsionis est
appellata

appellata, deinceps agamus. Atq; hanc quidem A
cum citra exercitationem constiterit, abundan-
tiam indicare aliquã, quæ solidas animalis disten
dat, tum alijs quibusdam probatis uisum est medi
cis, tũ non in postremis Erasistrato. Vbi uero san
guinis redũdantia grauat, dictum (puto) supra est
optimum esse uel uenam incidere, uel malleolum
scarificare. Resumendus uero idem & nunc ser-
mo est uel Erasistrati causa, qui nec in alio quo-
uis, neq; uero in hoc affectu sanguinis detractio-
ne est usus. Ac quòd in saluberrima quidem natu
ra, de qua sermo habetur, licet alia quoq; ratione
eiusmodi redundantiã emittere, dictum supra est.
In uitiosis nanq;, in quibus uidelicet uel in cere-
bro, uel in spiritus instrumentis excrementũ sub-
sistit, quantum discrimen aditur si sanguinis detra B
ctione omissa, alia uacuãdi ratione utare: dicetur
alicubi in sequẽtibus libris, ubi de uitiosis corpo-
rum statibus agemus. Sed & dictum iam est in li-
bro quem de sanguinis missione scripsimus con-
tra Erasistratum. quo minus hoc loco longior de
his habendus sermo est, sed ad reliquum & tertiũ
lassitudinis genus, cum sponte oritur, transeun-
dum: quod in superioribus phlegmones similitu-
dinem repræsentare diximus, & propter doloris
magnitudinem, & quòd cum euidenti calore etiã
musculos in maiorẽ molem attollat. Hæc lassitu-
do nepaucis quidem horis, nedum duobus tri-
busue diebus, eodem tenore cõsistit, prout Erasi-
strato placet: sed statim febrẽ accendit uehemen- C
tissimam, nisi sanguinis detractiõe malo prius sit
occursum. Quinetiã calidissimus est in huiusmo-
di lassitudine sanguis: eiusq; plurimũ detrahi po-
stulant qui ea premuntur fere omnes. Non pauci
uero eorum febricitant etiam si sanguinem detra
xeris. Itaq; nec cunctari, nec parum detrahere cõ-
uenit, sed & mature educere, & nisi quid aliud ue
tat, ad animi defectum usq;. Optimũ uero fuerit,
bis eodem die, si fieri potest, detrahere. Ac primũ
quidem ita mittere expedit, ut animi defectũ ho-
mo non adeat. Secũdo uero ne defectus quidem
ipse est formidandus. quippe qui priore detractio
ne resolutus est, secundam sustinere haud poterit.
In hac uero siquid tale homini incidit, facile reuo-
cabitur. Qui uero sic affecti sanguinẽ nõ miserint:
hi si euaserint, utiq; fortunæ beneficio id acceptũ D
ferẽt. Sed nec euadent: nisi alia quapiã ratione le-
uentur, aut sanguinis è naribus profluuio, aut lar-
go sudore effuso. Porrò æstimare diligenter opor
tet qui sanguinẽ sunt missuri, in thoracene, dorso,
& lumbis tensio pulsansq; dolor figatur, an in ca-
pite potius & collo. His eñ affectis humeralẽ ue
nam diuides: maxime si repletum caput & calidũ
sentiunt: illis uero internã. Si uero omnino æqua-
biliter lassitudo corpus occupat, ambarũ mediã.
Ac si ab incisa quidẽ uena febrire cœperint, alte-
rius est artis his ꝓspicere. Sin autem tũ nõ febrici
tẽt, primo die post incisã uenã aut ptisanæ cremo
rem, aut sorbitionem ex alica solum dabis. Secũ-
do uero etiã lauare licet cũ copioso oleo, nutrire
uero tãetsi laueris, planè moderatissime debebis,
lactucæ, si placet, aliquid offerẽs, uel (si sit) cucur-
bitæ & ptisanę. Est & alica non inutilis, siue hanc
aceto ut ptisanam condias, siue etiam sine aceto.
Si cucurbitę copia nõ sit, malua betaq; & lapatho
& atriplice est utendum. Quòd si carnẽ quoq; gu
stare uelit, saxatiles pisces uel onisços in albo iure
bene elixos dabis. Voco ius album, cum sine ga-
ro, magisq; etiam sine superuacua conditura, cu-
iusmodi κεφυκίαν Græci uocant, præparatur, ane
tho saleq; cũ oleo & porri exiguo in aquã conie-
ctis. Vino autẽ utiliter etiã ipso secũdo die parcet.
tertio uero, siquidem aquę potionẽ facile toleret,
tunc quoq; uino abstinebit: si non ferat potissimũ
quidẽ apomeli dabis. quippe leuiter refrigerat ea
quoq; potio: quo utiq; indigent quę phlegmones B
sensum habent lassitudines. Hoc si nõ sit, albũ &
tenue uinum offeres: aliaq; pro ratiõe exhibebis,
quæ ut boni sint succi, ita minime calfaciãt. Cauẽ
dum uero præter cætera est ne propere & multũ,
nõ sensim & paulatim renutrias. Quippe qui post
huiusmodi exinanitionẽ ad pristinã diætam proti
nus redeunt, ijs corporis habitus crudis succis im
pletur: quos nimirũ anteq; concocti commode in
uentre uenisq; sunt, corporis moles ad se rapit. Et
hæc quidem lassitudo cõmodissime ad hunc mo-
dum curatur. Quam autem ob rem in ijs qui hac
premuntur, iterari sanguinis detractionem iubeã,
nec hos multũ ac simul reficere: satis profecto fue
rit uel Empiricorũ causam reddere: nempe q̃ &
magis iuuãtur quibus sic est emissus, & bona ua-
letudine diutius fruuntur qui sicut cõprehensum
est sunt tractati. Cæterum & quæ ex natura rei du
citur rationem apposuisse non sit alienum. Quo-
niam igitur in hac quæ ueluti phlegmone fatigat
lassitudine, uis calidi sanguinis congesta in corpo
ris mole est, uenæ autẽ sectio succos è uasis emit-
tit, utile est post priorẽ detractionẽ tantisper inter
mittere, dum aliquid eorũ qui in corpore sunt hu
mores, remigret ad uenas. Quod tamẽ quoniam
committendum non est ut in his maneat, utpote
ex dimidio corruptum, sed potius plurimum eius
expellatur: idcirco detractionem sanguinis etiam
secundo die iteramus: aliquãdo uero & in tertio,
ubi uidelicet & reuellere, & ex alijs in alia trans-
ferre uisum est conducere. Dictum uero de omni
eiusmodi ratione exactius est in ijs quę de sangui
nis detractione scripsimus. quæ nunc ideo recen-
sendi locus non est, q̃ & ad medẽdi artem magis
pertinet, & in hoc ipso fortassis opere plenius de
sanguinis missione sumus acturi. Reliquum ergo
est ubi docuerimus nõ esse à sanguinis missione
festinanter reficiendũ, hic librum hunc finiamus.
Præsumetur autẽ & ad huius sermonis fidẽ, quid-
dam quod in opere de naturalibus potẽtijs est de-
monstratũ. Ibi eñ ostendimus, omnibus ijs quæ
propria natura regũtur, uim quandã esse insitam
qua similes quibus alant succos possint attrahere.
Demonstratũ præterea est, ubi proprio & cõmo-
do nutrimento destituuntur, urgeri uel non com

modum rapere. Tale porrò est quod nondum in uentre uenisq; concoctum est. Ergo necessum est cum homo largius se cibis impleuerit, eo casu crudi succi plurimũ in corpus animalis rapi, idq; multis de causis, & quòd deterius in uẽtre uenisq; cõcoquitur quod copiosius est, & quòd multum in corporis molem ideo subit, quia multũ supereſt, & quòd citius etiã q̃ par est, propterea quòd uenter uenis, uenæ reliquis omnibus animalis partibus rapi quod nondum confectum est, permittũt. Quod adeo non facerent, si id exiguũ esset quod ipsæ haberent. Demonstratũ est enim partes ipsas ex alimento primũ sua portione frui, mox cęteris transmittere. Ergo ultima præcipuaq; noxæ causa est ijs qui sic sunt affecti, quòd quę in corporea animalis mole habẽtur partes, ubi multum semicoctumq; attraxerunt nutrimentũ, non paruam excrementorum uim ex ea re congerunt: cũ neq; perinde ac si bonum esset, cõ coquere id omne ualent, neq; etiam ut cum corpore coalescat & assimilet, efficere: immo parũ prospere singulas functiones obire post uitiosum multumq; nutrimentum par est. Similiter enim his euenire necesse est ut uentri cum abundantia male præparati cibi est refertus. Male præparata uoco, quæ elixari torreriue debentia, iustum in his finem non sunt consecuta. Ergo siue panis non satis est coctus, siue caro legumenue intra modum elixum, fieri nequit ut hæc uenter probe concoquat. Eadem uero ratione se habent & quæ in uentre male sunt consecta, ad secundam concoctionem quæ agitur in uenis: qua male præparati cibi, ad concoctionẽ quæ est in uentre. Quinetiam quæ in uenis male sunt concocta, sic se habent ad concoctionem quæ agitur in carne, quemadmodum se habebant cibi ad eam quæ est in uentre: & quæ ex hoc subeũtia, ad eã quæ est in uenis. Ergo nec uenter externa quæ sumpsit, exacte concoquit, nec uenæ hæc quæ à uentre excipiũt. Sed nec carnes quę ex uenis, ubi probe ante nõ sunt confecta. Atq; interim excrementi copiam in corpore prouenire est necesse. Ac rem quidem omnẽ, ut breuissime licuit, iam diximus. Quòd si quis dictorum cuiusq; certam ex demõstratione scientiam cepisse uelit, is librũ de naturalibus uirtutibus legat: in quo primum illud liquidò demonstratum est, uentrem sua ipsius causa nutrimentum suscipere, ut eo tum fruatur, tum quod sibi defit, suppleat: eoq; amplecti id undiq;, ac retinere totum, quoad se satiauerit. Secundo illud, eundem ubi ali præterea non desiderat, imam sui partem (πυλωρὸν Græci uocant, id est portam) recludere, ac quod ciborũ superfuit, exprimere, pessumq; ceu alienũ onus trudere. Deinde quòd ipso transitu per intestina, ac potissimũ tenuia, uenæ quæ huc pertinent, alimentum ad se rapiunt, quod ex mora quam in uentre habuit, & alteratũ, & animali magis idoneum est effectum: mox in ipsis uenis quoq; ab alia in aliã tradit, ad eundem modum quo ex uentre in uenas. hinc uero iam plane confectum in singulas pertrahitur animalis partes: ubi tertiam cõ coctionem nactum, ipsi alendo corpori assimilatur. Hæc siquis ex eo libro colligat, nihil est quòd causam amplius requirat cur multi habitu corporis exinanito, nisi sensim renutriãtur, plurimum excremẽtorum in toto eo congerant, atq; ex his nõ leuiter ægrotẽt.

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER QVINTVS

THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

QVintum de sanitate tuẽda librum ingrediens, siqui forte erunt qui prolixitate operis nostri grauabũtur, hos primũ solari uolo. Non enim nostra id culpa euenit: sed propositæ rei natura. Si enim fieri potest ut qui breuibus longam contemplationem absoluit, nihil necessariũ omittat: fateor errorẽ meum, ceu nulla necessitate ambages secutus sim. Sin clarius simul breuiusq; disseri de ijsdẽ non potest, nemo nos meritò accuset, sed ipsos potius qui eorũ quæ necessaria sunt, nõ pauca prætereũt. Est uero illud simul ex maxime necessarijs, simul ueluti elementũ totius artis quę ualetudinẽ tuetur, quòd numerosę hominũ sunt naturæ, prout in confesso est omnibus tum medicis, tum gymnastis. Quorũ tamẽ plurimi ita de ualetudine tuenda scribunt, quasi de uno homine agant: idq; ne uno quidẽ ostenso quem prius iuuerint: quanq; non unum, sed multos, quos morbis prius assiduis implicatos, ipsi postea multis annis in sanitate sua opera seruassent, indicasse, ac sic ad scribendum accessisse par erat. At nos ipsis rerũ effectis id ostendimus: & ijs qui prius assiduis premebãtur morbis, inde adeo q̃ sanitatis præceptis paruissent, in omni integritate seruatis, sic demũ de ipsis scribere sumus aggressi. Quippe alios exercitari in totũ uetuimus, istis uidelicet exercendi corporis causa susceptis, ac solis uitæ actionibus cõtentos esse suasimus. Alijs de multitudine exercitationũ demere aliquid iussimus. Vt totũ breuissimis cõplectar, alijs qualitatẽ tantũ, aut ordinẽ, aut tempus, alijs uniuersam earũ mutare speciem iniũximus. Aeque uero de balneis præcipientes, utiq; q̃ aut omnino his supersedendum esset, aut sæpius quàm ante utẽdum, aut rarius, aut ante cibum tãtum, aut etiam post cibũ, aut calidioribus quàm ante, aut magis tepidis, aut frigidioribus: prorsus omnis morbi expertes multis annis reddidimus. At nihil horum facere licuisset si neq; naturales corporum differentias compertas habuissem, neq; debitam cuiq; salubrem uictus rationẽ. Nonnulli uero ex ijs qui de sanitate tuẽda literis produnt, aut etiam sine scriptis de ea præcipiunt: ne seipsos quidem defendere à morbis perpetuò potuerunt. Ita cum à cauillantibus tum alia quædam, tum uero uersus ille obijcitur, ἀλλῶν ἰητρὸς, αὐτὸς ἑλκεσι βρύων. (id est, Alijs medens, at ipse ulceribus

ulceribus scatẽs) alij id negocijs imputant, alij ob intemperantiã se ægrotare fatentur. sed horũ magis improba me iudice defensio est, q̃ ipsum qd obijcitur crimẽ. Qui uero ijs quæ in uita incidũt, causam tribuunt, siquidem diaria febri laborant, ex æstu, frigoribus, lassitudine, alijsq; id genus occasionibus: hos uindicare à culpa decet, sin alia qualibet, minime. Quippe nec ipsi omnino sine febri exegimus, immo ex lassitudine nonnunquam febricitamus: nullum aliàs morbũ multis iam annis experti. Quinetiam percussus certis corporis partibus, unde alij phlegmonis buboniscq; contigit febricitarunt, ipse nunq̃ phlegmonen bubonemue sensi, nec febri laboraui: non aliunde certe q̃ ex seruandæ sanitatis arte tanta commoda consecutus: cum alioqui nec salubrem corporis statũ ab ortu ipso sim nactus, nec uitam plane liberam sortitus, sed in qua tum artis officijs seruierim: tũ amicis, cognatis, & ciuibus, in pluribus inseruierim: tum plurimam noctium partem, nõnunquã ægrotãtium ipsorum causa, semper autem dulcedinis studiorum gratia peruigilauerim: nec tamẽ ullo sensi me corporis morbo tentatũ multis annis, excepta (ut dixi) diaria quandoq; febri: (quæ tamen & rarissime, nec nisi ex lassitudine incidit) quamuis in puerili ætate, atq; etiam tum in ephebia, tum adolescentia, morbis nec paucis, neq; his leuibus premerer. Sed post octauum & uigesimũ annum, cum persuasissem mihi esse conseruãdæ sanitatis rationem quandam: præceptis eius per totã deinceps uitã parui, ita ut nec minimo morbo post laborarim, nisi forte (quæ tamẽ rarius incidit) diaria febri: cum alioqui liceat hanc quoq; in totum effugere siquis liberam uitam sit nactus: ueluti in superioribus iam ostendi: fietq;, siquis animum aduertat, etiam clarius in ijs quæ mox dicam. Illud enim affirmare ausim, ne bubone quidem laboraturos eos qui præparati ad sanitatem ad unguem sint, si modo eorum corpus ab utroque excrementorum genere uacet, & eo quod in quantitate consistit, & eo quod in qualitate. Atq; ad eos quidem qui nunc sanitatis tuendæ præcepta dicto scriptoue profitentur, uel hæc satis arbitror. Prioribus uero, quosq; nec seipsos extra morbum perpetuo, nec eos qui ipsis paruissent, seruasse aut aliorum relatu audiuimus, aut ipsos in scriptis suis tale quippiam iactare ausos: ne contradicendum quidem censeo. Mirãdum certe potius arbitror siquis eorũ uniuersam sanitatis tuendæ artem uno libro complecti est pollicitus, præsertim non (sicut Hippocrates) in primis & summis capitibus methodũ indicãs, sed sicut nos, omnia rationibus firmans. Ac prolixitatis quidẽ sermonũ noſtrorũ causa iam dicta est. Quisquis autem honesti probiq; studiosus est, ac pro ijs quæ optima sunt, diligens: hunc decet non tã artis huius lõgitudine grauari, q̃ magnitudinẽ eorũ quæ promittit, suspicere. Nam quĩ, quæso, non magna illa mirandaq; artis opera sunt, sicui nõ ab ipso ortu imbecillũ corpus fuit, hũc & ad plurimã perdu

A xisse senectutẽ, & sensibus illæsis, ab omni prorsus morbo doloreq; alienũ atq; integrũ perpetuo seruasse? Ego uero etiam nonnullos quibus salubre admodum firmumq; natura corpus erat, uidisse mihi uideor permultis morbis afflictos, ac postremo immedicabilibus malis in senectute sallẽ oppressos: quos tamen fas erat, quod ex naturali habitu fuit, tum sensibus omnibus illæsos, tũ reliquis corporis partibus sanos ad ultimã usq; duralsse senectutẽ. Quonã igitur pacto turpe non sit, qui optima natura sit prædítus, hunc ob podagrã ab alijs gestari, aut calculo iam cruciatũ, & colo, & ulcere in uesica ex cibis mali succi cõtracto, doloribus contabescere? Quomodo rursus non turpe sit propter articularem morbum suis ipsius ma
B nibus uti non ualentẽ, alienis egere quibus ori cibos admoueat? Cuiq; sedes infirma est, eo qui in deiectione [subministret:] Satius enim sit, ficui ullum omino pectus est, sexcẽties malle mori, q̃ tali uita uiuere. Quòd siquis tam impudẽs simul delicatusq; est, ut turpitudinẽ suã negligat: at dolores quos noctes diesq; ex uitijs suis sustinet, nõ aliter q̃ qui à carnificibus torquentur, certe contemnendi non sunt: tametsi certe hęc omia uel intemperantiæ uel ignorantiæ uel utriq; imputent oportet. Verum intemperantiæ corrigẽdæ hic locus non est. Ignorationi eorum quæ agenda sunt, hoc opere (ut spero) medebimur, scilicet pro quauis corporum natura, propria sanitatis tuendæ ra
C tione appositа. Initium uero mihi rursus ab optima natura iustum erat: ad cuius curationem omne consilium dirigitur, non eò ut corrigatur, sed ut in statu suo seruet. Id quod ipsi hactenus fecimus: qui de ea per singulas ætates præter inclinantem (παρακμαστικὴν Græci uocãt) egimus. Cuius extrema pars senium proprie dicitur, ipsum quoq; in suas partes diductum, ut post dicemus ubi ea pars artis tradetur quæ de senibus curandis agit: γηροκομικὴν Græci uocant. Verũ nunc saltẽ præcipuis eorum quæ dicta sunt, repetitis ad uitiosas corporum naturas trãsibimus, ac quemadmodum cuiusq; earum seruari ualetudo possit trademus. Ergo optimũ corpus ad sui custodiã hæc in qualitate, quãtitate, & facultate postulat. In exercitationibus, quæ moderatæ mediocresq; sunt,
D queq; singulis corporis partib. equabiliter sint adhibitæ, idq; omi uitato excessu: aut sicubi in quo quã dictorum sit erratum, errore correcto. In edẽdorum uero bibendorũq; natura, similiter in qualitate, quantitate, & facultate, hic quoque scopus esto ipsa mediocritas, ut nec plura nec pauciora capiat q̃ quæ ubi cõcocta distributaq; in corpus sint, idemq; bene nutrierint, ac si opus sit glisscentibus adhuc, mediocre quippiam adiecerint: nihil relinquent quod uel superuacuũ sit, uel deficiẽs. Ad eundem modum in somno, uigilijs, balneis, animi actionibus, & alijs id genus, mediũ omnis excessus seruari debebit. Quòd si in aliquo sit erratũ, corrigẽdus error est. Porrò omnis corrigẽdi erroris cõmunis esto scopus, contrarij excessus

usurpatio

usurpatio: ita ut si plusculum pridie fatigatũ cor-
pus est, demas aliquid de exercitationum modo.
Sin minus iusto se exercitauit, ut exercitij modũ
augeas. Eodẽ pacto si cõcitatiore motu est usum,
ut hunc modice remittas. Sin remissiore, ut inten-
das. Simili modo si robustior motus præcessit, ut
pro hoc mitiorem iniũgas: pro leuiore cõtra qui
ualentior sit, & pro languido uehemẽtem, & pro
uehementi contrarium: & uno uerbo, ut omnem
excessum contrario excessu corrigens, in sanitate
hominem custodias. Vt autem corrigendo nõ er-
res, primum corporis affectus ad unguem scire o-
portet, deinde omnium eorum quæ priore die fa-
cta uideris, meminisse. Nam affectus quidem qd'
delictum sit docebunt. Recordatio eorum quæ
pridie sunt acta, quãtum tibi à consuetis receden-
dum sit, insinuat. Atq; in affectibus quidem eius-
modi excessus uideas, quòd aut gracilius, aut obe
sius, aut durius, aut mollius, aut liccius, aut humi
dius, aut rarius, aut densius corpus q̃ ante appa-
ret, cum eo etiã quòd nec naturalem coloris gra-
tiam ad unguẽ seruat. Memoria uero factorum,
& quod peccatum est, ostendet: & prout corrige-
tur, ex præsentiũ collatione docebit. Nam si gra-
cilius reddítũ corpus sit, æstimare oportebit, atq;
ad memoriam reuocare, plus' ne q̃ par erat, exer-
citando fatigatus homo sit, aut cõcitatiore motu
usus, aut fricãdo lauandóue modum excessit. Ab
his mox considerare, nimiáne cogitatiõe sit usus,
aut nimium uigilauerit, aut per aluum lõge plura
iusto deiecerit. Expendi etiam debebit num do-
mus in qua uersatus sit, calidior fuerit, aut par-
cius comederit uel biberit, aut ueneri liberius in-
dulserit. Sin obesius uisum corpus sit, num fri-
ctio [mollior,] aut exercitium parcius aut tar-
dius, aut somnus longior, aut uenter adstrictus,
aut ciborum copia optime concoctorũ præcesse-
rit. Si uero durius quàm ante corpus apparet: pri-
mum frictionum meminisse oportet, mox robu-
starum exercitationum, an hæ robustæ, & cum
cõcertatore duro densanteq; præierint: ad hæc, an
in puluere, eoq; duro ac frigido, & an citra apothe
rapiam. Dein balnei, an uidelicet hoc plane frigi-
dum fuerit, an nimium calens. Præterea domus
in qua dormiens uigilans ue uersatus est, nũ frigi
da. Iremq; ciborũ siccitatis, & potionis penuriæ.
Sin mollius q̃ prius, postridie corpus uideat: pri
mũ quidem frictionũ meminisse cõueniet, an mol
les, & cũ pinguitudine, & balneis leniter tepidis
sint adhibitæ. Ab his reuocari ad memoriã debe-
bit an exercitationes tardæ & exiguæ cũ cõcerta
tore immodice molli præcesserint. Dein an potio
uberior fuerit. Mox an cibos plures, aut natura
humidiores acceperit. Postremo an multum dor-
mierit. Proximus molli corporis affectui est hu-
midus: hoc differẽs, q̃ mollis ipsorũ corporũ pro-
pria qualitas est, humidus qui in eo cõtinẽtur hu-
morũ. Discernuntur hi tactu. Nam humidus affe
ctus cũ madore cutis est, mollis sine hoc: quanq̃
est profecto & molle corpus humidũ suis ipsius
partibus. Cæterũ pro doctrinæ claritate hoc mol-
le uocet, alterũ humidum. Ac siccus quidẽ immo
dice corporis affectus habitũ statim durũ reddit:
non tamẽ cũ mollitie necessario cõiunctus est hu
midus affectus. potest nanq; durata caro esse, & ta
men mador sudórue è corpore emitti. Atq; in hu
mecto quidem corporis habitu, uel ex intempesti
uo ueneris usu, uel alia quapiã ex causa, de utriũ
imbecillitate suspicio est, uel corporis raritate ex
immodice molli frictiõe, uel nimio balnei usu, uel
aere domus ubi uersatus est, q̃ par erat calidiore.
Habenda præterea est & de potione cõsideratio,
an ea uberior fuit. Et de somno, an is maior quàm
pro naturæ ratione. Et de aere ambiente, num se
non sensim, sed simul totũ in humidum calidũq;
muta uit. Et de cibis pari modo. In teneritudine
uero siue mollitudine (utroq; enim modo cõsue-
tudo appellat) cum utiq; sine humiditate fuerit,
cõcoctum probe nutrimẽtum esse, & corpus nu-
tritum, sed exercitatum diminutius esse, putandũ
est. Contra in duritie aut duriter perfrictum esse,
aut nimium exercitatum, idq; cum duro concerta
tore, & in puluere, iudicandum. Siccitas uero ha-
bitus penuriã potionis cibíue, aut uigilias, aut uti-
tæ solicitudinem, aut multam frictionẽ, aut exer-
citationem immodicam indicat. Hæc itaq; consi-
derãs corrigere errorẽ quotidie poteris prius q̃
inauctus error curatu difficilior euadat. Semper
autẽ memineris excessum omnẽ contrario exces-
su esse emendandum. quippe omniũ quæ præter
naturã incidunt, omne huc consilium curationis
dirigitur. Quare si huic præcepto, etiam corporũ
quibus præficeris dignoscendorũ peritiam adie-
ceris, & singulorum remediorũ facultates adiun-
xeris: uniuersæ iã artis quæ corpori hominis tuen
do dicata est, peritus fueris: cuius opẽ nõ sanis mo
do suam ualetudinẽ tueberis, sed etiam ijs qui æ-
grotant, pristinum statum restitues. Atq; optimũ
quidem corpus cuiusmodi sit, dictũ iam est. Qd'
ab huius perfectione defecit, scire licet tribus id
de causis defecisse, aut q̃ statim in utero uitioso
statu fuit, aut quòd qualibet de causa in non natu
ralem affectum post concessit, aut ætatis ratione.
Omnia uero corrigenda per contrariũ excessum
sunt. Senium enim, ut de hoc primum agam, frigi
dum siccumq; est, ueluti in libro de temperamen-
tis est ostẽsum. Corrigitur id per ea quæ calfaciũt
& humectant. Talia sunt balneum dulcis & cali-
dæ aquæ, & uini potio, præterea ex cibis quicũq;
humectare & calfacere natura possunt. De exerci
tatione uero, frictione, & omni motu (ab his enim
cœpisse est satius. nã recte illud dictum arbitror,
Labor cibum præcedat) hæc scire licet poetam
ex parte uerum dixisse:

Vt lauit, sumpsitq; cibum, det membra sopori.

Nanq; hæc iusta seni.

Non tamen in totum hoc esse positum. Postulat
enim senum non secus quàm iuuenum corpus di
moueri: cum insitus alioqui calor extingui in his
periclitetur. Nam corporũ quæ in florente ætate
sunt

sunt, non desunt quæ quietẽ postulant: de quibus
Hippocrates prodidit. Senum uero nemo quie-
tem ex toto postulat, sed nec exercitiũ uehemẽs.
Ceu enim uentulo quodam excitari accendiq; ca
lor eorum desiderat: uehementiore autẽ motu de-
ijcitur. Ac magnę flammæ, eius quod ita accẽdat,
minime egent: cũ satis ipsæ sibi & ad tutelam sint,
& ut materiæ dominentur. Ergo nec à somno ma
ne fricari desiderant omnes qui ægrotant, sicuti se
nes: cum eiusmodi frictionis quæ cum pinguedi-
ne adhibetur, duplex scopus sit: nempe ut uel las-
situdinis affectum sanet prius quàm inauctus fe-
brem accendat: uel imbecillam distributiõis uim
excitet. Nam multos quorum corpori longo tem
pore nihil ex alimento accessit, (ἀτροφῶντας Gręci uocant) eiusmodi frictione adhibita facile pau-
cis diebus carne impleuimus. Verum quod alijs
ex affectu certo in tempore incidit, id senibus ad-
est perpetuo: quippe quorum omne corpus frigi-
dum est, nec potens ad se alimentum trahere, atq;
id probe conficere, ex eoq; nutriri. Sed frictio cũ
& uitale robur excitet, & modice calfaciat, efficit
ut & distributio nutrimenti sit facilior, & nutritio
promptior. Hac uictus ratione & iuuenes non
pauci qui ex eo quòd alimentum his distributum
in corpus non est, emaciati sunt, carnis incremen
tum receperunt: & senes planè omnes fructũ non
paruum senserunt. Atq; hæc quidem una senibus
ueluti exercitatio sit mane administrata, nępe fri-
catio cum oleo. post hanc inambulatio gestatioq;,
quæ tamen sint intra lassitudinem, & ex senis uiri
bus coniectatæ. quarum causa de cibis potioneq;
non pauca prius diximus. nunc de exercitationi-
bus quoq; exempli causa quædã ponemus: de qui
bus hæc in superioribus didicimus: Quòd acuta
exercitatio (sic enim uocant cuius celeres motus
sunt) corpus tenuat. cõtraria crassum reddit. mul-
ta corpus siccat. mediocris obesum præstat. Dic-
tum est & de cæteris omnibus exercitationũ at-
que etiam frictionum differentijs. Verum exerci-
tationis formæ quæ senibus utiles alienæ ue sint,
tũ ex corporis totius affectu, & consuetudine, tũ
uitijs ipsis quæ infestant, intelligentur. Ex totius
corporis affectu, ad hũc modum. Nam optimi sta
tus corporis, de quo hactenus sermonẽ fecimus,
sicut in iuuentute ad uehementissimos quoscq; la-
bores idoneum maxime est, ita in senecta se habet
ad omnes mediocres. Quod uero aut crassis cruri
bus est, aut lato pectore, aut cruribus ultra q̃ par
est gracilibus, aut qd' exiguo est thorace, aut ad-
modũ angusto, aut ualgũ est uarúmue, aut alio
quouis pacto à mediocritate recedens: id ad ple-
rasq; exercitationũ ineptũ est. Quippe uitiose figu
ræ thorax, in ijs quę per uocẽ administrantẽ, offen
dit. Crura uero per inambulationem lædunt. Ad
eundẽ modũ de manibus, collo, humero, lumbis,
coxis, & tota spina, mihi dictũ intellige. Quicqd
eĩ ex his parũ rite ab initio conditũ est, id sane ex
ercitãdo imbecillũ potius q̃ firmũ redditur: nisi si
cui moderatos motus imbecillis mẽbris modicas
exercitatiões nominare placet. Verũ ita de nomi-
ne magis q̃ de re lis fuerit. Senibus uero quæ præ
cipua ad sanitatẽ exercitia sunt, hæc per ualentio-
res corporis partes sunt obeunda: quippe cũ qui-
bus reliquæ simul mouentẽ exercenturq;. Quine-
tiam consuetudo maximã uendicat partẽ ad exer
citationis speciẽ deligendã. Nam quæ consueta
sunt, ut minime lassantia quos exercent, etiam de
lectant: sicuti ediuerso quæ insueta sunt, tũ displi-
cent, tum uero lassant. Porrò quibus operibus ar
te opus est, ea ne attingere quidẽ senes debebunt:
non tibia, non tuba sonare, nõ cithara: non magis
q̃ quæ in palæstra gerunt, qui luctæ sunt ignari.
Senes igitur omnes cõsuetis laboribus sunt exer
cendi, sed tamen uehementia eorum remissa. Ter
tium quo dirigit qui exercitationis formã præscri
bit, ab affectione sumitur, omnis quidẽ ætatis cõ-
mune, non tamen parẽ ubiq; uim obtinens, cum
nec parem ubiq; noxã neglectum inferat. Quos
enim ex leui causa uertigines, (σκοτόματα Græci
uocant) comitiales morbi, grauis ophthalmia, uel
aurium dolores male habent, ijs inclinato capite
dorsóue, aut humi uolutatis exercitari non expe-
dit: immo tũ ambulatione sæpe, tum cursu medio
cri, tum gestatione in uehiculis, citra fatigationẽ
uti. Simili modo nec quibus tonsillæ (quas πα-
ρίδμια Græci uocant) aut uitia quas antiades ap
pellant, aut anginæ facile incidunt. Nec quibus
prompte in columnellã, gingiuas, dentes, deniq;
partem aliquam ex ijs quæ circa collum aut totũ
caput habentur, fluxiones procumbunt. Quippe
nonnulli dimidio capite infestantur, Græci ἡμι-
κρανα uocant. Alijs tendones, quos Græci τένον-
τας uocant, ex leui qualibet causa dolent. Quorũ
nemo exercitationẽ sustinet quæ caput impleat:
sed sunt his omnibus, quæ per crura geruntur, uti
lia: sicut ediuerso qui imbecillis sunt cruribus, his
superioribus partib. exercitari est satius, chirono-
mijs, acrochirismis, disci iactu, alterum usu: præte
rea his omnibus quæ in palæstra humi exercent.
At quorũ mediæ crurũ brachiorumq; partes op-
portunę offensionibus sunt, ijs quoduis exercita-
tionum genus idoneum fuerit: modo ne reliqua-
rum considerationũ ulla prohibeat. Quæ tamen
circa thoracem partes sunt, magis inferiorũ exer-
citatione iuuantur. quæ circa uesicam & renes, su
periorum. lienis, uẽtriculus, iecur, intestina, & co
lon, sicuti in medio superiorũ inferiorumq; sunt,
ita se ad exercitationes habent. Frictiones tamen
partibus infirmis quo tempore laborãt, admoue-
re non conuenit. ubi sanę sunt, cõuenit uel magis
q̃ alijs, & potissimum siccas: quas & per lintẽ,
& solis manib. liberaliter adhiberi expedit. Quin-
etiam qui certa periodo redeunt quibusdam parti
bus dolores: hi ne fiant, non parua ex eiusmodi fri
ctione cautio est, si medio tempore, præcipueq; si
duas uel tres horas ante accessionẽ adhibita sit.
firmantur enim eæ partes, & consuetas fluxiones
minus admittunt. Atq; hæc quidem non senum
modo, sed & qui aliam quamlibet ætatem agunt,
omnia

omnia sunt communia. Non exercitari uero im- A becillis partibus, solis senibus suadeo: ex cæteris quanto quisq; remotior à senio fuerit, tãto illi magis exercitanda pars infirma est. Qđ utiq; & quò clariora quæ dicimus sint, exemplo prosequi non grauabor. Finge corpus aliquod ex ijs quæ adhuc augescunt, gracilibus esse cruribus. huic picari crura conducet, & modice fricari, & cursu uti potius q̃ alia quauis exercitatione. porrò prefici ei quempiam oportet qui modũ in motu præscribat: quò neq; intra quàm expedit exercitetur, neque adeo ultra ut lassitudinem sentiat. Id tametsi non in exercitationibus modo, uerũetiam in alijs omnibus difficile intellectu sit: nos certe facile esse ostendimus in ijs saltem quæ ad salubrẽ uictus rationem pertinent. Neq; enim in his præceps oc- B casio est, sicuti in morbis: immo ubi à tutissima in singulis mensura inceperis, & simul quod ex ea secutum est, æstimaueris, licet uel addas aliquid quotidie, uel detrahas, ac quod omissum est, corrigas: ueluti statim de ijs quibus gracilia sunt crura. Ipse nanq; cum aliquando traditum mihi tredecim annorum puerum, toto augmenti tẽpore ad ea quæ prædixi præcepta curassem, reddidi iuuenem concinnũ, legitimiq; modi.† Nam primo die illitum prius bis, deinceps, ut soleo, pice: iussi currere, †nec celeriter, nec multum. Secundo die fricatione quæ in qualitate quidẽ esset duræ mollisq; media, in quantitate uero exigua, atq; hac cũ pinguitudine adhibita præmollitum iussi paulo plus currere q̃ prius, non tamen celerius. Ab ipso ue- C ro cursu ea quæ apotherapiæ debẽt frictione sum usus. Iussi uero quotidie ambulare, sed inter initia modice, post uero modum augere. Aestimabã quoq; in cruribus tũ alia, tũ præcipue uenas num amplius increuissent quàm pro crurum bene alendorum ratione. Quippe id graue est, & quod tempore tum fluxiones humorum adscisceit, tum ualgos facit, haudquaquam bonum habitum crurũ. Ergo non huic modo notæ te esse attentum cõuenit: sed & illud obseruare, nũ calidiora iusto reddita crura sint: num lassitudinis quippiam sentiãt. Nam si nihil horum apparuerit: augeri tum ambulationis modũ, tum cursus oportebit: atq; etiã alternis diebus picari. Sin aliquid eorũ cernitur: tũ & crura non pro consuetudine deorsum ac pro D na, sed contrario situ, id est sursum habita in lecto collocare conueniet: & copiam omniũ quæ dixi, minuere, minus inambulare, minus currere iubere, frictione inferne sursum uti. Hæc faciens, ubi naturalem plane habitum crura receperunt: rursus ad eum quem cœpisti remediorum usum redibis, aut exiguis eorum incrementis usus, aut etiã eundẽ perpetuo modũ seruans. adhibebis & quas rotundas frictiones uocant (hæ mediæ sunt durarũ ac molliũ) alias à superioribus, alias ab inferioribus partibus incipiens. Aliquando uero & puluere prius inspersis cruribus, oleũ infundes, mox fricabis. Esto uero puluis qui appellat̃ pinguis. Sane ita appellant in quo nec asperũ quippiã nec acre subest. quippe extenuat, potius q̃ carnẽ auget quisquis aut pumicosam asperitatẽ, aut nitrosam salsam' ue acrimoniam in se habet. Sicui uero crassiora quidem crura sunt, brachia uero cubiq; gracilia: huic omnia quæ per manus fiunt exercitia, sunt petenda: fugiẽda uero quæ cruribus obeuntur. frictiones tamẽ & picationes simili modo fiant, aliaq; quæ de exercitijs crurum iam diximus. Neq; enim parua in ipsis differentia est: alijs omnino ad motũ inualidis, etiã si septuagesimum ætatis annum nondum attigerint: alijs multo his robustioribus, qui etiam supra octogesimũ sunt nati. Ergo qui imbecilliores sunt, hos gestatione potius q̃ in ambulatione dimouebis: ualidiores utroq; genere exercitabis: agesq; ad secundam frictionem utrosq;: non tamen similiter, sed semper imbecilliorem citius. Nam id quoq; ex maxime cõmunibus præceptis esto: Vbi imbecillæ uires sunt, crebra exiguaq; frictione utendum. ubi ualidæ, rara multaq;. Sed hæc atq; alia ut dixisse quidem est facillimum: ita præesse senis sanitati tuendæ, sanè est difficillimum: æque ut eorum qui ex morbo conualescunt. Porrò hanc artis partem appellant iuniores medici Græce analepticen, quasi defectricem dicas. Illam quæ senũ sanitati prospicit, gerocomicen. Videturq; hi ambo affectus non esse exacta planè sanitas, sed uel morbi & sanitatis affectus quidam medij: uel omnino eius sanitatis non esse quæ firma constansq; sit, quam καθ' ἕξιν appellant, sed eius potius quæ fallax incertaq; sit, quã isti κατὰ χρῆσιν nominant. Ergo siue morbũ, siue morbosum quendam affectum, siue medium quiddam sanitatis morbiq;, siue κατὰ χρῆσιν sanitatem, senũ appelles: huiusmodi quæstionibus, cũ nos leuissimi homines petũt, pro nihilo habitis, scire licet senilis corporis statũ, quoniam ex leui momẽto in morbum decidit, simili ratione ijs qui ex morbo conualescunt, in uictu esse curandum. Quare dictu quidẽ facile est seni expedire mane oleo ungi, ac fricari: cæterũ aptæ hæc opere peregisse, omnino difficillimũ est. Nã durior paulo frictio lassitudinem affert: præmollis uero inefficax est, sicut etiam quæ exigua omnino est. At multa magis per halitum digerit, q̃ ad nutritionem conducit. Iam locus ipse ubi corpus senis nudatur, si frigidior est, non solum nihil affert commodi, sed etiam densat & refrigerat. Sin iusto calidior est: hyeme quidem ubi rarius corpus effecit, frigori obnoxiũ reddidit. Aestate uero & per halitum exhaurit, & uires deijcit. Qui enim καθ' ἕξιν sani sunt, ijs ne uehemens quidem causa corpus alterat: seni uero uel minima causa maximæ mutationis occasio est. Similiter igitur se habet in cibi tum qualitate, tum modo: quippe in quibus senes si breue quippiam trãsgressi limites sint, nõ leuiter læduntur: cum iuuenes uel ex maximis erroribus minimum noxæ sentiant. Ergo tutius est imbecillo seni exiguum dare ter die: licut Antiochus medicus solitus est se cibare, iam quidem annos natus plus q̃ octoginta, ac quotidie ad forũ progrediens

† ὃν μὲν γὰρ πρώτην ἡμέραν οὐ χρίσασθαι τὴν πρώτην, ἀλλ' ἐφεξῆς ὡς εἰώθεσαν χρῖσθαι ἐκέλευσα. Id est, Nam primo die illum pice inunxi: deinde ut solitus eram, currere etiam iussi. †

progrediens in eum locum ubi cõcilium ciuium A conuenerat: interim etiam longa uia ad ægros inuisendos pergens. Cæterum domo in forum quasi trium stadiorum spatium pedibus cõfecit. Quo etiam modo infirmos siquos propè habebat, inuisit. longius uerò siquo erat eundum, partim gestatus in sella, partim uehiculo uehebatur. Erat autem ei domi domuncula quædam quæ hyeme calebat camino: æstate citra ignem bene attemperatum aerem habebat. In hac mane omnino fricabatur tam æstate quàm hyeme, utiq; deiecta prius aluo. In foro autem loco aliquo circiter horam diei tertiam, uel ad summũ quartam, sumpsit panem cum attico melle, plerũq; cocto, rarius crudo. Postea partim cum alijs commẽtans, partim ipse solus aliquid legens, ad sextam usq; horam perseue- B rabat. Ab hac tum in publico balneo fricabatur: tum uero exercitabatur, aptis scilicet seni exercitatiõibus: de quarum forma paulo post agemus. Mox lotus, prãdebat mediocriter: primũ ijs sumptis quæ aluum deijciunt: post hæc maxime pisci bus uel quos saxatiles uocant, uel qui in alto mari degũt. Rursus in cœna à piscium esu abstinuit, sed boni succi aliquid, ac quod nõ facile putresceret, sumpsit: utiq; aut far cum mulso, aut auem ex iure simplici. Atq; hac quidem uictus ratione Antiochus in senio usus, sensibus illæsis, membrisq; omnibus integris ad extremũ durauit. Telephus autem grãmaticus prouectiore quàm Antiochus ætate fuit, ut qui centum ferè annos uixerit. Is uero hyeme bis mense lauabatur, æstate quater, me- C dijs harum temporibus ter. Quibus uero diebus non lauabatur, ijs circa tertiam horam unctus est cum exigua frictione. mox mel optimũ crudum alicæ in aqua coctæ permistum esitabat: eoq; solo contentus pro ientaculo fuit. Prandebat septima hora, aut paulo citius, primum oleribus sumptis, deinde piscibus gustatis, aut auibus. Uespere autẽ tantum panem ex uino misto edebat. Sanè uinũ sicuti pueris est alienissimum, ita senibus est aptissimum. Esto autem id ex ijs quæ calidioris naturæ sunt, qualia sunt in Græcia quidem Ariusiũ, & Lesbium, & quod Mysium uocant, non ex ea Mysia quæ ad Istrum est, sed ex ea quæ Hellespõtia dicitur: quæ nimirum in nostra est Asia, Pergamo uicina. Ex Italicis uero, Phalernũ, & Surren- D tinum. proxima his sunt in Italia quidem Tiburtinum, & Signinum, ambo uetera: quando nouella nec deductionem nutrimenti in corpus adiuuãt, nec urinas promouent: sed diu in uentre fluctuantia permanent. Secundo ab his loco sunt Adrianũ, & Sabinum, & Albanum, & Gabrianum, & Triphylinũ: præterea omnia Aminæa quæ in Italia nascũtur, & circa Neapolin, & in Tuscia. Cæterũ Mysium Surrentino simile uires habet: Falerno uero, quod è Tmolitis est optimũ. At Sabino & Adriano Titacazenũ & Ariusium sunt similia. Ergo de his modice antiquatis bibendũ senibus est, utiq; quibus ualẽtius caput nõ est. Quibus autẽ est, ijs & Phalernũ, & Surrentinũ, & Ariusium, & Lesbiũ, & Mysium, & Tmolites, idonea sunt. Ergo in omni regione ad prædicta exẽpla deligere sibi quisq; idoneũ poterit: huc uidelicet omni consilio uini pro senibus deligendi directo, ut in substantia sit tenuissimũ, colore qđ Hippocrates λιῤῥόον, id est fuluum appellare solet. poterat autem & ξανθόν, id est flauum, id appellare. Commodum uero uinum est & quod ὠχρόν Græce, id est pallidum dicitur: utiq; quod medio colore est inter flauum & album. Quippe si flauum albo miscere libeat: quod ex ambobus confit, pallidum euadet. Et iam aquæ admistum flauum, eiusmodi colorem reddit: uerũ pro maiore minorèue aquæ modo aliàs pallidũ, aliàs ueluti quod Græce ὠχρόλευκον, id est ex pallido albicans, uel quod ὠχρόξανθον, id est ex pallido flauum apparet. Calidissimum ergo ex iam dictis, si colorẽ spectes, flauũ est: minime uero calidum, album. Quæ media inter hæc sunt, prout alterutri magis accedũt, ita uim eius exhibent. Vnum igitur illud maximum senibus cõmodum ex uino accedit, q̃ omnia eorum mẽbra calfacit. Alterum, q̃ per urinas serum sanguinis expurgat. Itaq; etiã optimũ id senibus est, quod hæc maxime præstat. Porrò id est quod substantia quidem tenue est, (quippe urinas mouet) colore autem flauũ. proprius enim is est præcalidorum uinorũ color. Itaq; etiam quæ ualde ab initio alba sunt, si inueterauerint, flauitiem quandam cõtrahunt: unde primũ pallidula, mox uero planè pallida fiunt. Quòd si longissimo tempore C seruentur, ex pallido flauentia cernũtur. Nam ut omnino flaua fiant quæ alba uina sunt, fieri certe nequit. Quæ uero ex pallidis aut flauis uinis, substantiæ pinguis sunt, hæc & sanguinem augẽt, & corpus nutriunt: quo fit ut ea utilia senibus interdum sint, utiq; quo tempore nec serosam humiditatem in uenis habent, & ali liberalius desiderant. Plurimũ tamen qui hac sunt ætate, ijs uinis indigent quæ urinas cient: propterea q̃ aquosum excrementum in ipsis abundat. Quæ uero diu in uẽtre morantur, eorũ sanè nullum aptũ seni est. Eius generis sunt & Aminæum à Bithynia, & ex Italicis Mursum, & Signinum, & Tiburtinũ, quoad uidelicet sunt nouella. Verũ hec omnia alba sunt, nigra uero reliqua: quorũ crassa, quæ quidem adD stringunt, ea longo tẽpore in uentre manẽt, & fluctuationes in eo excitãt, ueluti quod in Cilicia nascitur Sybates, & quod in Asia natũ Aegausien uocant, & Perperimũ. Quæ uero citra adstrictionem nigra crassaq; sunt, quod genus sunt Scybelites & Thyreum: ea minus in uentre morãtur, urinas tamẽ nec ipsa mouẽt, sed deorsum properãt. Itaq; etiam ante cibum illa sumunt. Cæterũ ea senibus utilia non sunt, nec cum præbibuntur, nec multo magis alio quouis tempore sumpta, ueluti nec aliud quicquã quod crassum efficiat succum. quippe obstruuntur his iecur, lienis, & renes. Vnde fit ut senum qui his liberalius utũtur, alij aqua intercute, alij calculo laborent. Si quis ergo senũ dulci uino uti à balneo uelit: ubi manè comederit,

sicuti Antiochum solere diximus, huic optimum Faustianum Falernum fuerit: aut si eius copia nō est, simile aliquod. Porrò similia fuerint quæ dulcia simul & pallida sunt. proxima his sunt Thereū, & Cyrienum. Non uetem etiam nec ijs quæ melle condiantur, senes uti: maxime quibus suspicio est calculi in renibus gignendi, aut podagræ alicuius, articularisue morbi impetus futuri. Porrò uinum huiusce modi compositioni aptissimum fuerit Sabinum, aut simile aliquod. Conijcitur autem in id petroselinum. Atq; id solum articularibus satisfaciat. ijs uero qui calculo laborāt, etiam aliquid Betonicæ, & Cestri qui in Gallijs nascitur, est immiscendum. uocāt autem herbam eam sarxiphagon. Qui uero curiosius id medicamentum cōponunt, etiam spicę nardi aliquid inijciūt. Sunt uero & alia quædam quibus urinas mouendi uis ineſt. Verum simplicem potionē pleriq; ex uino melleq; cōficiunt, adiecto rutæ piperisq; exiguo. Si uero prius quàm lotus est, comedit quippiam, nec uenter eius ullo auxilio eget: uinum album, & quod parū aquæ tolerat, à balneo bibat. At quæ crassa dulcia & nigra uina sunt: ea omnia, propterea quòd obstruunt uiscera, sunt fugienda. Verum obstructio quę ex uino incidit, mediocris est. Quæ uero ex cibis ijs nascitur qui succū crassum lentumq; creant: huic non facile succurritur. Quo magis cauendum senibus est à multo farris aut casei, aut ouorum, aut cochlearū, aut bulborum, aut lentis, aut suillæ carnis esu, multoq; magis ne anguillarum, aut ostrearum, aut deniq; eorum quorum dura caro difficilisq; concoctu est, usum frequentent. Ob eandem rationē, nec eorū quæ testa integuntur, (ostracoderma Græci uocant) aut chartilagineorū, aut thynnorum, aut denique cetarij generis ullum utile his est. Sed nec ex carnibus ceruina, caprinaue, aut bubula. An hæ potius nec alij ulli sunt utiles? Quilla uero iuuenibus quidem nō malus est cibus: senibus uero nec ea est commmoda. Atq; etiam hac multo minus agnina: quippe quæ humida, & muccosa, & glutinosa, & pituitosa est. Hœdina uero sanè non incommoda seni est. Præterea aues eæ quę extra paludes ac flumina stagnaq; degunt. Salita uero omnia meliora recētibus sunt. Ergo, sicuti diximus, ante omnia cauendum ab ijs qui obstruant cibis est. Quòd si res cogat aliquādo copiosius his uti, protinus sumendū medicamentū diacalaminthes est: cuius cōpositionē supra in quarto posui. Eius si copia non est, dia trion pipereon petendū. Sinne id quidem ad manum est, piper album tusum cribratumq; diligenter, ac in pollinem redactū, & cum cibis esse, & potioni inspergere: sed & cæpas esitare tū expediet: quinetiā allium, si huic assueuerit. Antidotus quoq; ex uiperis, quam Theriacen uocant, non incōmode senibus datur, potissimū ubi post obstruentes cibos ea quæ obstructiones liberent, ante hanc exhibueris. tum enim efficacissimū ex Theriace præsidiū expectes. Quòd si ab istiusmodi subducta aluus sit, utilissime Theriacen postridie dederis. Aeque uero & quā Ambrosiam, & quam Athanasiam uocāt, aliaq; id genus medicamēta, quæcūq; ex prædictis aromatis sunt cōposita. Seni tamen qui accurate sibi prospexerit, nusquam tali medicamēto opus erit: sed siquando extenuante uictus ratione egebit, satisfaciēt quæ alio opere seorsum scripsimus, in quo de extenuante uictu disseruimus. Iam illud patere arbitror, panem quoq; his exhibendum qui nec salem, nec fermentum, nec subactionem, nec iustā coctionem desideret: non autē aut istam publicee laudatam similaginem, aut quæ ex ea fiunt. quippe omnia talia non solum coctu difficilia, sed etiā mali succi sunt, uisceraq; obstruunt. Ac nisi placētis quæ ex butyro & similagine fiunt, mel affatim esset admistum, nullus cibus omnibus hominibus nedum senibus magis erat aduersus. Cęterū quid noxijs salubria misceas, cū liceat melle per se uti, partim cocto, partim crudo cum pane? Cura uero maior habenda est de panis bonitate q̄ mellis. Nam mel profecto melius fuerit quod specie ac uiribus Attico sit simile. Quòd si tale non datur: quolibet utare, modo ne mali odoris sit, neue cęræ qualitates aperte præferat, neue præsertim qualitatem quāpiam extraneam. Adeo uero panes id genus quale modo retuli, utile quicquā senis corpori non conferunt, ut etiam sint alieniſſimi: atq; hoc amplius, quò sint magis puri. Video autem athletis id genus studio præparari: uerū his ad ea quæ moliuntur, aptum est. Seni, nisi multū admistum sit salis, nisi multū fermenti, nisi diligentissime sit coctum, crassum efficit ac glutinosum suecum: qui nec ulli alij est utilis copiosius inauctus. Ergo & obstructiones in iocinore, liene, & renibus facit: maxime quibus in his uisceribus uasorū exitus angustiores natura sunt. Nam sicuti in ijs uenis quæ palā oculis subijciunt, nō parua amplitudinis diuersitas cernitur, tū alterius hominis ad alterum, tum in unius cuiuslibet partibus: sic in ijs quæ intus latent, se habere putandum. hanc tamen differentiā prius q̄ experimento sit explorata, internoscere non est. Experiētiam intelligo, quam ex eorum quæ sumuntur singulis facere licet: ita ut siquis hæc crassa sumere sit assuetus, nec tamen offenditur, latas habere prædictorū uisce-
rum uenas sit putandus. sin facile offenditur, angustas. Nouimus enim senē quendam agricolam qui amplius q̄ cētum annos ruri uitā egerat. huic plurimum nutrimēti caprinū lac erat: quod aliàs cū mica panis in eo macerata statim sumpsit: aliàs mel immiscuit: aliàs coxit, etiam thymi cacumina unà cū pane inijciens. Hunc quidam imitatus, uti delicet tam longæ uitæ causam ratus in lacte subesse, perpetuo lædebatur, quocunq; id modo sumpsisset. Nam primū illi grauabatur os uētris: mox tendebantur in dextro præcordia. Alius quoque simili modo cum lacte uti cœpisset, de reliquis nihil est questus (quippe qui & probe id concoxit, nec acidum aut sumidum ructum ex eo sensit, nec flatum aut grauitatē in præcordijs) septimo tamē quàm

quàm sumpserat die secur se sentire manifeste gratulatū dixit: quippe uideri sibi quiddam in dextris præcordijs ceu lapidem iacere, sic ut deorsum traherentur quæ supra essent, & tensio ad iugulum usq; pertingeret. Constat itaq; huic obstructum iecur fuisse, illi flatu intumuisse. Quinetiā noui cui ex diuturno lactis usu calculus in renibus est natus: sicuti aliūm quendam qui omnes dentes amisit, læsitq; id uero alijs quoq; multis contigit ex diutino lactis usu. Alij rursus citra noxā lacte perpetuo sunt usi, immo etiā cū maximo fructu, ueluti agricola quem supra cētum annos uixisse diximus. Vbi enim nec qualitas lactis, utentis naturæ quicquam est aduersa, & uiscerum transitus facile propter uenarum amplitudinē sunt: qui ita sunt affecti, ij commodis lactis fruuntur, omnis eius incommodi expertes. Porrò cōmoda lactis iam alijs ante me medicis dicta sunt: nēpe uentris moderata deiectio, succi bonitas, & nutritio: pascuis quoq; ipsis animalium quorū lacte utēdum est, non parum ad hæc cōferentibus: quanq; sunt qui pascuorum rationē planè pro nihilo habeant, quasi nihil parūmue ad lactis bonitatē conferant. Cæterum haud dubie uidemus animalium quorum usuri lacte sumus, si scammonia, aut marinarum lactucarum quapiam uescantur, in lacte quoque laxandi uires ineſse. Ex quo patet quòd ex uitioso pascuo acre, acutum, & austerum reddetur, naturam uidelicet herbarum imitatum. Itaq; etiā qui ante nos medici fuerunt, ipso rei usu docti, quædam pascua, utiq; quæ lacti esset inepta, ἀγάλακτα dixerūt. ita enim Græce appellant: de quibus ipsi quoq; alibi tractauimus. Nunc hactenus saltem de his intellexisse abunde est, animalium quorum ueluti optimi succi lacte sis usurus, neq; acria, neq; acuta, neq; admodū austera debere esse nutrimenta. Illud uero uel me tacente constare arbitror, animal ipsum & florente ætate esse, & corporis habitu planè inculpato debere. Satiusq; fuerit alterum capram, alterum asinam esse, earumq; lacte uicib. uti: quippe asinæ lac, tenue seroſumq; est: capræ, mediocris substantiæ est. Itaq; hoc nutriet magis, ubi uidelicet nutritione est opus: illud omnino tutius est. Nam & siquando solum cum pane sumitur, tum citius subducitur, tū minime est flatulentum. sed nec in uentre cogitur, potissimum si prius salis aliquid & mellis immiseris. Oportet autem non huius modo, sed etiam reliquæ omnis auxiliorum materiæ uires seorsum prædicisse qui ipsis recte sit usurus, ne sæpe nobis de ipsis eadem repetere sit necesse. Ac nunc certe mihi uideor longius quàm pro re proposita de lacte uinoq; disputasse. Siquidem præstitisset, commoditate eorū in senes explicata, qui iam tum facultates utriusq; publicas, tū priuatas differentias dicisset, hūc ad materiæ delectum remittere: utiq; de uino tantisper præfatos, q̄ quæ calidiora sunt, quæq; urinas mouent, ea senibus magis conducant. De lacte uero, quòd non omnibus sit exhibendum, sed ijs solis qui id probe concoquant, nec ullum ex eo symptoma in dextra præcordiorum parte sentiant. Sed quoniam interim propter multorum ad legendos eos libros in quibus prolixius de præsidiorum materia disseritur, fastidiū, longiores esse subinde cogimur: merito (ut arbitror) nunc quoq; condonabitur nobis tractationis modus si exacta breuitate in uniuersali methodo minime utimur. Illud tamen nō ignorandum, fieri non posse ut tutò quis comprehensis materijs ex huiusmodi solum doctrina utatur, qualem modo de lacte uinoq; tradidimus. Immo qui his optime uti uolet, didicisse hunc prius oportet propriam de omni materia tractationem: in qua tum publicas materiæ uires æstimauimus, tum priuatas eius differentias usq; ad ultimas species. Neq; enim de cæteris omnibus quę scire opus est ei qui senis sanitatem tutabitur, expedit hoc opere fuse tractare, sed satis est de quibusdam, scilicet quæ senibus maxime sunt necessaria, ita determinasse quēadmodum paulo ante de lacte uinoq; egimus: de quibusdam etiam breuius quàm ut de his fecimus: sicuti rursus de alijs in totum nihil dixisse: quanq; cui extendere sermonem cordi est, potest omnium quæ in senibus abūdare solēt, meminisse, atq; ad hunc modum dicere. Cæterū satius est & de reliquis dicere quæ senum pleriſq; incidunt: ut sunt raucedines, quos branchos, & destillationes, quas κόρυζας Græce uocāt, & calculus in renibus, & articulares morbi, & podagrę & asthmata, aliaq; id genus. Atq; ad raucedines quidem & destillationes, uictus rationem hanc, medicamenta uero hæc comparare oportere: ad calculum uero & reliquorum singula hæc. Atq; ad eum modum de reliquis differens, nō diligens modo uidebitur, sed etiam in senum curandorum scientia doctus. Verum sicuti nec horum quicquam scribi in tractatione de senum curatione conuenit, cū præsertim ex morborum curādorum methodo, quisquis in hac sit exercitatus, ea liceat sumere: ita rursus nec cum sola communia dixeris, ibi desistere, sed ipsis propositis aliqua mox ex particularibus subijcere, quæ maxime appositæ disputationi sunt accommoda: ceu ipsi fecimus. Nam quoniam in ijs cōmentarijs quos de tēperamentis scripsimus, indicatum est senīū indubitato frigidum esse, non tamen indubitato siccum, utpote nonnullis id humidū esse affirmantibus: conuenit sanè ut ijs quæ de senū tēperamento demonstrata sunt, ad hāc artis partē quam de ipsorū ductu nunc instituimus, hypotheseos loco acceptis, ipsarum rerum scopū ab illo sumamus, ac nōnulla particularium tractemus, partim exercendi discentis causa, partim ad inuentionem eorum quæ consulto omissa sunt, futura ueluti exempla, propterea quòd non omnes ita sunt solertes ut ex solo uniuersali præcepto ipsi particularia inueniant, sed qui ad ea ueluti manu ducat, desiderent. Quippe quibus exercitata ratiocinatio est, ubi senis corpus quantum ad ipsas partes attinet, frigidū siccumq; esse audierint, facile autem serosis & pituitosis excremētis ob uitiū

infirmitatẽ impleri: hæc quidem conabũtur emittere, ſolidas autem ipſas calfacere atq; humectare. Verum qui excrementorum copia decepti, indefinite pronunciarunt ſenum temperamentũ eſſe humidum: iŋ protinus in ipſo primo agendorum conſilio falluntur, dum ſenũ corpora ſiccanda putant. Itaq; ex cibis eos potius qui ſiccant, exhibẽt, ueluti ex oleribus braſſicã potius q̃ maluam, aut blitum, aut lapathum, aut atriplicem, aut lactucã. Ex leguminibus præ ptiſana lentem, & præ faba milium, & præ zea panicum. Ex fructibus amygdalas, & terebinthi ſemẽ, potius q̃ cucurbitas, & cucumeres maturos, & pruna, & mora. Iam ex carnibus eas quæ ferarũ ſunt, potius q̃ cicurum: & ſalitas potius q̃ recẽtes. In tota denicq; uictus ratione, quorum uis humida eſt, hæc fugiunt: quorum ſicca eſt, hæc amplectuntur: quanquã contra prorſus res ipſa poſtulat: cum prolint his maxime humectantes cibi. Verum quoniam horum etiam frigidi quidam temperamenti ſunt, proindeq; pituitã in uentre illico gignũt, ac primis uenis: hinc uidelicet noxiŋ ſunt uiſi iſs qui nec uniuerſum ſenum temperamentum nouerũt, nec caput uictus eorum ordinandi uident. Quippe nec oleum, nec dulcis aquæ calens balneũ, nec uini potio his proſit, ſi humectationis nõ indigent. Iam quòd moderato motu & ſomno indigeant, ſatis magna documenta ſunt quò uictus eorum dirigi conſilium debeat. Quare ſiquando propter pituitam cogimur aliquid ex iſs quæ incidant ac diſſecent petere, reuertendum ſine mora ad humectantẽ uictum eſt. C Pari modo ſiquando propter obſtructionis ſuſpicionem ad cibos medicamentaue quę obſtructos meatus liberent, conuertimur: quo minus tamen humidi temperamẽti cibi ſint, nec illo ipſo die cõmittẽdum, multoq; magis poſtero die eidem propoſito hærendum, ac far cum melle exhibẽdum, aceticq; aliquid ei miſcendum, utiq; cum ptiſanæ ritu præparamus, [aut] ex mulſo uino ue falerno ſumere iubendum, aut lacte ut prædixi utendũ, aut ptiſana bene cocta quæ piperis pollinem accepit. Ita uero & maturi fici præ cæteris fructibus ſunt eligendi: hyeme uero caricæ. Panis quoq; ita ut dixi præparatus, aut cũ melle, aut cũ mulſo, aut cũ uino aliquo idoneo. Veluti enim exempla claritatis cauſa hæc apponimus: ut qui perlegerit, ad uniuerſalẽ ſcopũ quo calor humectatioq; petuntur intentus, iudicare de materia ſimili modo queat. Quoniam autẽ tũ pituitoſum tum ſeroſum excrementum in ſenũ corporibus colligitur: & urinas moueri quotidie cõuenit, non tamen per pharmaca, ſed apio, & melle, & uinis quæ id præſtare ualeant: & aluum ſoluere, potiſſimum oleo ante cibum abſorpto, ſed & oleribus ex oleo garoq; ante cibũ aſſumptis. Ac quotidie quidem tum per hæc abũde aluus quibuſdam ſoluitur, tũ ex ficis, utiq; cum hi habentur, & prunis, ac aliŋs id genus quæ æſtate autumnoq; uigent, hyeme uero & caricis, & prunis damaſcenis, iŋſq; aut elixis, aut in mulſo cui pluſculum inſit mellis, maceratis. Eritq; id A melius, ſi mel atticum ſit. Longè autẽ ad deiſciendam aluũ damaſcenis hiſpana præſtant. Quin oliuas ex muria præſumere aliquando licet. Aloen uero (quod multos ſenũ quibus ſiccus uenter eſt, facere uideo) haudquaquam ſumi ſuaſerim. hanc aliŋ in pilulas fingunt cum braſſicæ ſucco, aliŋ tantum puluerem eius alicui inſpergunt liquori: qui aliŋs aqua eſt, aliŋs mulſum. Diuites eam quę cum cinnamomo conficitur, accipiunt. Medicamentũ id aliŋ hieram dialoes, aliŋ amaram uocant. Habẽt uero id aliŋ ſiccũ, quò potioni inſpergant: aliŋ melle modice exceptum non cocto. Verum nullo horum ſenibus eſt opus, niſi maior aliqua neceſſitas urgeat. quippe ſi iam comprehẽſis aluus ſoluitur, etſi nõ quotidie, ſaltẽ alternis diebus, nullum plane medicamẽtoſum dari debebit. Quòd ſi biduo B adſtrictus uenter, tertio die non ſoluitur: ſat eo tẽpore fuerit mercurialem herbam, & marinã braſſicam (Græci thalaſſocramben uocant) & cnicũ in ptiſana, aliaq; quæ modice medicamẽtorum uim obtinent, dediſſe, ſimiliter & terebinthi reſinã. Sumitur autem ea aliquando nucis ponticæ magnitudine, aliquando duarum, triũmue. Quippe nõ modò aluum ſoluere citra noxam poteſt, ſed etiã uiſcera omnia, iecur, lienem, renes, pulmonemq; abſtergere. Porrò iŋs quæ prædiximus, uarie uti expediet: neq; uno tantũ delecto, id perpetuo exhibere. Cui nanq; aſſuefacta ſpatio ſumentis natura erit, eius uim contemnet. Ergo uariare uices tũ prædictis oportet, tũ uero eo medicamento quod C ex caricis conficitur. Sunto autẽ hæ pingues, auferaturq; ipſis ea quæ foris circuit pellis: pari modo & cnico: mox ambo ſimul tundantur. Eſto autem & carica cum cnico pari pondere. Licebit uero hic quoq; medicamẽtum experiri, ac prout ſe ad ſumẽtis naturam habet, aliàs plus, aliàs minus cnici immittere: ſumere uero duarum triũmue caricarum magnitudinis modũ. Ex ipſa uero (ut dixi) experiẽtia inueniet ſibiŋſi quis talium omniũ legitimũ modum: cũ uẽter aliŋs magis aliŋs minus medicamentis ſit obediens. Cæterũ nullum eorũ quæ dicta ſunt medicamentorum, exhiberi admodum copioſe debebit. Siquidem nonnulli in præſens gaudent ſi copioſius deſederint. uerum quanto magis ſunt uacuati, tanto his uẽter ſequentibus D diebus magis adſtringitur. Quo fit ut ipſe, ſi qui ſunt quibus in diuturnis morbis uenter ſiſtit (quales potiſſimũ hyeme cõtingunt, quibuſq; poſt longam infirmitatẽ in conualeſcentia ſimilis affectus incidit) iŋs aluum duco non acribus per inferiora infuſis, ſed tantum oleo. Quod etiam ſanis quoq; ubi uenter adſtringitur, ſecurus interdum infundas: quippe quo & ſiccius excrementũ madeſcit, & tranſitus efficitur lubricus, & corpus ipſum ſenis emollitur, duris aliàs pellibus ſimiliter rigẽs. Non tamen ſunt hæc ſenis qua ſenex eſt, propria: quippe cum etiam ſint iŋs qui à longis morbis cõ ualeſcunt, utilia. Quid igitur proprium eſt ſenis qua ſenex eſt? Nempe quod temperamento eius cõducit. Id enim eſt cuius culpa ſeneſcimus, aliis

alio tem

alio tempore citius ſeriũsue, prout uel natura ab initio ſumus cõparati, uel ex uitæ exercitio uel ex uictus ratiõe, uel morbo, uel ſolicitudine, uel alio id genus immoderatius ſiccati. Eſt enim id quod omnes homines proprie ſenectutem appellant, non aliud quàm ſiccum & frigidum corporis temperamentum, annorum multitudinis ratione prouenies. Accidit autem interdum & febrili morbo: atque id etiam ex morbo ſenium appellamus, ſicuti in libro De maraſmo diximus: quippe cum eiuſmodi affectus, maraſmus quidam ſit: qui non in animalibus modo, uerumetiam ſtirpibus uiſitur. Tradita uero iam eſt in primo huius operis uolumine prouenientis in nobis ſenectutis neceſſitas. Ergo tũ ex illo, tum ex iŋs quæ de tẽperamentis, atq; etiam ex libello quem de maraſmo B ſcripſimus, inſtructior quiſpiam ad eam artis partem quæ de ſenũ ductu agit, reddi poterit. Siquidem omnis affectionis corporalis prouidentia in duobus conſiſtit: nempe propria eius internoſcẽda eſſentia, & materiæ præſidiorũ uiribus: ut ſtatim in propoſito nunc ſenio, qui ſciẽter pernouit affectum eũ ſiccitatẽ quandam cũ frigiditate eſſe, ſi quidẽ quæ humectent pariter & calfaciant, præſidiorum materias norit: is idoneus ſenũ medicus fuerit. Quadruplex uero materiæ genus cum ſit, quæ ſumunt, q̃ gerunt, quæ educunt, q̃ foris admouẽtur: utiq; ex ſingulis eligere oportebit q̃ calfacere humectareq; poſſint. Sed ad horũ cuiuſq; commodum uſum, exercitatio quæ per exempla fit, maxime eſt utilis. Scio ego aliquãdo me pueri thoracem, qui ab reliquarũ partium ſymmetria id eſt debita conuenientia nõ parum aberat, eiuſmodi remediŋ genere ad iuſtam perduxiſſe menſuram. Cinxi illi lato modice cinctu omnia quæ ſub thorace ad coxas uſq; ſunt, ita temperans, ut tum citra offenſionem hęreret, tum nec laxũ quicq; relinqueret, nec etiã premeret. Exercitatiões uero iniũxi & quæ per tota obeunt brachia, & uociferationes quas phonaſci ἀναφωνήσεις appellant. In utriſq; uero cohiberi anhelitum iuſſi. Id fit cum thoracem ipſum undiq; ualenter impuleris, anhelitum autem ſic cõpreſſeris, ut quem prius attraxeris ſpiritum, totum intus retineas. Itaq; etiã amplius inſpirauerit oportet, qui hoc cõmode faciet: quando quidem quo amplius ſit aeris qui compel- D litur, hoc magis thorax diſtẽtus dilatabit. Quòd autem ipſę quoq; uociferationes tum magnificẽdæ, tum in acumen tendendæ ſint, id minime eſt obſcurum, ſi modo uniuerſas thoracis partes ualenter exercitari in animo eſt. Atq; hæc quidem gliſcentium adhuc corporum ea quæ natura male condita ſunt, ad iuſtam conuenientiam ſymmetriamq; reſtituent. Eadem modice etiã iŋs qui perfectam iam magnitudinem conſecuti ſunt, prodeſſe runt. uerum in ſene nihil tale moliendum, utpote cui feriari infirmas partes utilius eſſe diximus. Vtilius uero his eſt & cõſueto opere exercitari, etiã ſi modice noxium ſit. Contra iuuenibus ea mutare quæ nocent, tentãdum eſt, etiam ſi à pueris his A maxime inſuerint. Poſſunt enim eorum uires moderate factam mutationem ſuſtinere: ſperariq; poteſt in reliquo uitę tempore fructum aliquem eos ex meliore conſuetudine percepturos. At ſenex ſi poſſet longo tempore ſenſim malam conſuetudinem mutare, propterea quòd quo tempore melior frueretur, habiturus non eſſet, fruſtra laborem inſumeret: non aliter quàm ſiquis artem diſcere quampiã octogenarius inciperet. Sicuti uero ſenum ipſorum inter ſe nõ parua differẽtia eſt, ſiue id ex ætate ſpectes, ſiue ex corporis affectu: ita & eorum qui natura ſiccior frigidioreq; ſunt, ſi ad mediocrem ſtatum compares, non paruum intẽperiei diſcrimẽ inuenies, tum ipſorum inter ſe, tũ uero ad ſenes. Atq; humectare quidem hos profecto calfacereq; conueniet: cæterum audacius hæc facere in iŋs qui per ætatem maiori exercitio ſunt ferũdo, ceu quorũ ualide adhuc uires ſunt. Quippe primum quo omne remediorum conſilium dirigitur, eiuſmodi intemperies corporis eſt, non ſenium, aut ætas aliqua. Verum quoniam affectuũ naturam per coniecturam accipimus, idcirco ætatem quoq; cõſideramus. Porrò eadem utilitas & conſuetudinis noſcẽdæ eſt, præterea extrinſecus incidentium cauſarum, quas procatarcticas Græci uocant. Quippe ad certiorẽ affectuũ notitiam talia omnia nobis conducunt: remediorũ tamen inſinuatio ex his non præſtatur. At empiricis talia totius concurſus quã συνδρομὴν uocant, pars eſſe cẽſentur: quæ ſyndrome in ipſa curatione eſt C obſeruata, haudquaquam ex iŋs quæ fieri affectus poſtulat, inuẽta. Quo rationabilius Hippocrates de agnoſcendo præſagiendoq; plurima ſcripſit, utiq; in particularibus nos exercens. quod etiam optimi medicorum poſt eum fecerunt: non ignari huic nulli negocio inuẽtum iri remedia, qui eius quod curat corporis, ægri ſaniue affectum exacte norit. Siquidẽ, ut ſæpe teſtati ſumus, incipiẽdum ab illo medendi præcepto eſt, contraria eſſe contrariorum remedia. ubi uero remediorum materiã compertã habueris, ac ſimul uires eius intellexeris: male affecto corpori ſemper cõtraria: optime ſe habenti ſimilia uiribus eſſe adhibenda. Quinetiam intemperies ipſas quæcunq; adhuc intra ſanitatis fines ſubſiſtunt, ſi corrigere ſtudebis, cõtraria quodammodo uictus ratione curabis: quod tamen per multũ fit ocium. Nam ſi in negocio ſint, ſimilibus uteris: potiſſimum cum ita fuerint corpora aſſueta. Porrò accidit alterũ horum plerunque magis, ceu naturis ipſis ea quæ ſibi ſunt accõmoda, ſua ſponte citraq; doctorẽ eligentibus. Atque hactenus male affecto corpori contraria exhibebimus, quoad priſtinum ſtatum cõſecutum ſit. Cæterum ea uictus ratio quæ intemperies corrigit, longius plerunq; procedit, propterea quòd ſimilibus maiore ex parte morbis tentamur: qui calidiore natura eſt, calidos morbos facile incurrente: qui frigidiore, frigidos: & reliquis pro ratione. Facilius itaq; quicquid intemperatum eſt, ad propriam naturam redit, quàm ad optimum tempera

mentum

mentum uenit. Quippe id cũ in medio omnis in-
temperantiæ sit: quisquis conueniente naturæ suę
morbo laborat, ab eo longius abest: qui dissimili,
minus. Ergo nec assuetudines ipsæ tametsi prauæ
sunt, displicentibus adhuc sibi corporibus mutan
dæ sunt. Quin nec per summam sanitatẽ semper
id tentandum, sed tum cum is cui mutandæ sunt,
à ciuilibus negocijs maxime uacat. Hæc itaq; cõ
munia omnium temperamentorum præcepta par
ticulatim uariantur, prout intemperantia quæuis
ab optimo temperamento recessit. Nec mirum sa
nè est si intemperatæ naturæ, quę in medio exactę
sanitatis & morbi sensibilis cõsistunt, etiam ad or
dinandi uictus modum sint ancipites. Sed nec il
lud mirandum, ab ijsdem adiuuari lædiq; homi
nes uideri. Nam contra si omnes inter se similem
corporis statum obtinerent, utiq; mirandum tum
esset aliquos iuuari lædiq; ab ijsdem. Sed quoniã
contrarij inter se multorum hominũ corporis sta
tus sunt: ratione nõ caret quòd ex contrarijs etiã
utilitatem percipiant. Quo magis de medicis om
nibus mirari cuipiam licet, quicunq; nullo prius
naturarũ facto discrimine, de sanitate tuenda scri
bere sunt aggressi. Sicuti enim fieri non potest ut
unum calopodium ad omnes homines sutor ac
commodet, ita nec medicus unam omnibus uitæ
speciem quæ conducat. Hac igitur de causa qui
dam saluberrimum esse affirmant, abunde quo
tidie exercitari: quidam nihil obstare quo minus
in quiete prorsus degatur. Et sunt quibus lauari
maxime salutare uidetur: alijs minime. Quinetiã
de uini aquæq; potiõe, itemq; de alijs ad eundem
modum, nõ ijs modo quæ ad salubrem uictus ra
tionem pertinent, sed etiam morborum remedijs,
pugnantissima inter se scribũt, adeo ut uel unum
quippiam quod omnibus his inter ipsos cõueniat,
rarum inuentu sit. Cæterum usus ipse docet tum
ab ijsdem ipsis aliquos lædi iuuariq;, tum à cõtra
rijs pari modo. Equidem quosdam noui qui si tri
duo se ab exercitatione abstinerẽt, protinus ægro
tabant. Alios in perpetua quiete degentes, tamen
secundam ualetudinem tueri. Atq; horum ipsorũ
alios minime lauare: alios, nisi lauissent, illico fe
bricitare: sicut Premigenes Mitylenæus. Atq; q
hæc quidem ita fieri cernantur, etiã ij qui solo usu
artem colligunt, nouere. Nemo tamen eorum ita
ut in morbis notas prodidit, quibus quis inten
tus, quam quisq; uictus rationem postulet, inue
nire posset. Quippe in paucissimis inuenias exa
cte traditas quas Empirici syndromas, id est con
cursus uocant: quẽadmodum in perípneumonia,
& laterũ compunctione: sed pleriq; morborũ con
iecturalem habent dignotionem: ut qui nõ ex cer
torũ incidentium collectu noscantur, sed hominẽ
desiderent qui omnino corporis affectũ calleat,
quicq; omnia quæ eiusmodi affectui consonent, in
uenire singulatim queat. Quippe quod propositũ
est, nos ipsa ratione ducti adhuc iuuenes inueni
mus. Vnde etiã manifestum est usum quantũuis
longũ sine ratione talia inuenire non posse. Nã de

A Premigene cũ audirẽ nisi lauaret, omnino febrici
tare: collegi ratione eũ sumida excrementa gigne
re, quæ transpiratu emitti postularẽt. cæterum cũ
densior cutis esset q; ut ea transmitti omnia sine
ret, collecta sub cute calorem excitare. itaq; etiam
balneũ eiusmodi naturis utilissimum esse, non ob
id modo quòd sumidum euocet, sed etiam quòd
humectet, idq; dulci humore. Ergo placuit expli
cata quoq; manu Premigenis thoraci iniecta, cu
iusmodi esset caloris qualitas, explorare. Vt uero
acrem mordacemq; comperi, nõ dissimilem calo
ri eorum qui cæpas ampliter comedissent: multo
adhuc magis euẽtus causam probe cõiectasse mi
hi persuadens, percontabar ecquid sudoris illi ci
tra balneũ incideret: neganteq; id, iam firmiorẽ ha
B bere me affectus eius notitiã mihi persuasi. Quin
etiam alios quosdã uidimus quibus mordax ca
lor erat similiter ut huic: non tamen hi una balnei
intermissione febricitabãt, ꝓpterea quòd per su
dores excremẽta his uacuabant. Premigeni præ
ter naturalem habitum etiã uictus ratio uel semel
intermisso balneo febricitãdi occasio erat. Nam
plurimum domi uersabatur: ibiq; scribens uel le
gens perseuerabat, propterea quòd Peripateticæ
disciplinæ incumbebat: in qua nemini suæ æta
tis erat secundus. Scimus & ijs qui minime natu
ra tale excrementum aceruant, instantem laborũ
diligentiam, curamq;, gignendi eius causam esse.
Itaq; etiã alteri cuidam cui æque atq; illi mordax
calor erat, tãetsi balneũ uno die intermitteret, cõ
tigit non febrire, propterea q; nec studijs deditus
erat, & negocia sua per urbẽ inambulans obibat,
emens uendensq; multa, etiam pugnans subinde:
in quibus sudare coactus est. Ideoq; etiam alterũ
quendam ex ijs qui æstate quotannis acuto bilio
soq; morbo laborant, multos iam annos seruaui
exercitari uetans. Nam cum calido siccoq; tẽpera
mento esset, sicuti Premigenes, etiã exercitatiõe
utebatur præceleri, tum uero sole, ac puluere. Cõ
tigit ergo ei & calorẽ immodice augeri, & cutem
densari, atq; ad transpiratũ ineptã reddi. quæ am
bo ubi concurrerunt, nimirum corpus cui accide
runt, paratum ad febrem reddunt. Ergo quod in
medendi arte semper usurpare soleo, id nũc dicã.
Facillime quidẽ quod quæritur, ratiocinatio in
D uenit, fidẽ uero eius experiẽtia cõprobat. Quan
quam illud multo maxime mirãdum est, cũ Hip
pocrates moneat calidis naturis utilius esse in o
cio agere, quàm exercitari: nõ paucos tamen me
dicos esse qui ne norũt quidẽ cuiusmodi tales ho
mines sint, sed iuxta omnibus exercitationes iniũ
gant. Ediuerso nonnullos esse quibus nihil ad sa
nitatem conducere exercitationẽ placeat. Sed &
tertiũ ab his genus esse, qui assuetis exercitari, id
permittãt: non assuetis interdicant. Quorũ nemo
planè non errat: minime tamen ij qui tertio loco
dicti sunt. Quippe qui cuilibet rei insuescunt, ma
gna ex parte naturæ suæ conuenientẽ cõsuetudi
nẽ deligũt, propterea q; ab ijs quæ nõ cõueniant,
subinde lęsi, ipsa repudiãt. Aliqui tamẽ uel dulce
dine uicti

dine uicti, uel præ nimia dementia se lædi non sen
A tientes, in malis consuetudinibus persistunt; uerũ
hi pauci: plures qui non persistunt. Quo magis ra
tionabile est minus errare medicos eos q; omnem
consuetudinem seruãdam censent: qui uero nihil
ad sanitatem interesse putant, exercitatus quis ci
bum sumat, an contrà: item qui omnes exercitan
dos putant: hos peius consulere quàm qui prædi
cti sunt. Horum uero ipsorũ, si inter se comparen
tur, minus incõmodi sunt, qui ante cibum perpe
tuo exercitandum esse putant. quod & Hippocra
tem præcipere aliqui sunt rati, labores enim cibos
præcedere, in Aphorismis legi. non uidentes hoc
loco de ordine eum locutum exercitationis, & ci
bi, nequaq; illud affirmare, quòd omnibus homi
nibus hęc ambo cõducant: imò quibus exercitari
B expedit, præcedere exercitiũ cibos debere. Quòd
autem non omnibus prosit, & in libro De uulgo
grassantib. morbis aperte testatus est, ubi calidas
naturas quiescere cẽset: & in Aphorismis tectius,
sub uniuersali præcepto ubi contrariorum contra
ria esse remedia proponit. Porrò fieri potest, ut pu
gnare aliquando uideant huiusmodi præcepta:
nõ deficientibus qui omnem motũ ipsi moto cor
pori conuenientem exercitationẽ nominent: alijs
tãtum eum qui uehementior sit: ita ut priore signi
ficato omnes homines exercitationem desiderare
neminem lateat: secundo uero significato non ita
se habere. Eorum nanq; qui in carcere sanitatem
suam tuentur, parum aptè mihi mentionem face
C re quidam uidentur: quippe qui spatio prorsus pe
reunt, si omnino tum ungi, tum lauari prohiben
tur. Quòd uero ad paucos dies insalubri uictus ra
tioni resistunt, nihil sanè miri. Si igitur exercitatio
nis uocabulo omnis uenit motus: & qui inambu
lauit, & qui perfrictus, et qui lotus est, exercitatus
dicetur: dũmodo conueniente modo præsenti cor
poris statui sit motus. Quòd si quis etiam ab his sit
prohibitus, omnino ægrotabit. Qui enim ab his in
carcere prohibentur: eos nunc non modo ægrota
re, sed etiam mori uidemus, si diu sint inclusi. Sin
uehementiores tantum motus exercitationes uo
centur, eo pacto uerum sit nõ egere omnes homi
nes exercitatione. Statim emẽ Premigenes ille nul
lum requirebat uiolentum motum, sed nec in por
ticu quæ est ante balneũ, exiguam ante lauandum
D inambulationẽ: imò unctum esse ex oleo, & à bal
neo aquam deterfisse, satis magni motus sunt talis
temperamẽti homini. Hic uero & ante cœnã am
bulabat, & cum amicis disputabat. similiter mane
quoq; domi. Nusquam igitur ex ipsa in totum de
fidia adiutus quisquã est. Sed cum quietem agere
calidis naturis Hippocrates suadet, uehemẽti mo
tione uti uetat. Porrò ipse multos qui propter eos
motus quos per totam æstatem exercebãt, in prin
cipio autumni quotannis ęgrotabant, ipsis uetitis
sanos reddidit: quemadmodum rursus alios à uehe
mẽti exercitatione prohibuit: alios à quiete ad exer
citia traducens, cum sæpe ante ægrotassent, in sa
nitate seruaui. Porrò hi frigidiores sunt ijs q; tem

perati & mediocres sunt, & affectu planè cõtrario
ijs qui calidiores siccioresq; sunt. Diximus autem
temperamentorũ notas nõ solum in libro de tem
peramẽtis, sed etiã in libro de arte medica. Is enim
uni ex libris nostris est titulus. Mirãdũ uero de ijs
medicis est, qui ne ea quidem quæ sensui euidẽter
apparent, agnoscunt. Quis enim latissimũ esse ho
minum discrimen nunc non uidet, adeò ut eadem
exercitia, ijdẽq; cibi alios bene, alios male habeãt,
non secus q; in morbis? Quare sicuti q; non omnes
eadem requirãt, eos scire decuerat, ceu manifestè
apparens: ita cum cõmentarios scriberent, deter
minare ac docere quæ quibus uel cõducerent, uel
officerẽt, par erat. Quid igitur causæ fuit cur eius
modi determinatiões, tametsi ab Hippocrate pro
ditas, omiserũt? Nempe quid aliud, q; perdita am
bitio, dum dogmatum principes nominari, atq; in
de gloriã consequi inter homines studebant? Cu
ius causa illi non ea quidẽ quę manifeste apparẽt,
sed opiniones quas ipsi ultrò ponebant, sequi uo
luerunt. Posteri uero qui in hos inciderunt, per
suasi pleriq; sunt, propterea q; nec quicq; didicis
sent melius, & simul rudes imperitiq; demonstrati
uæ sciẽtię omnino essent. Qui nanq; hanc sequẽr,
facile tum uera dogmata à falsis discernet: tũ quæ
certis determinationibus scripta sunt, ab ijs q; non
ita. Idem nimirũ inscitiam eorum omniũ damna
bit, qui citra determinationẽ de dissidentibus, ali
quid scripserunt. Quo magis, quæna esse determi
nationes debeant, altius repetentẽ, sed breuibus,
C diligẽter audies. Quibus mordax calor natura est,
adeò ut sumida gignat excrementa, ijs balneũ salu
bre est: tũ motus qui & exiguus & lentus sit. mul
tus aũt & celer aduersissimus est. Itaq; istis non se
mel modo, uerũetiam bis die lauari conducet, po
tissimũ æstate. Esse quoq; boni succi nutrimentũ,
in quo nihil insit acre. In sole aũt uersari, & irasci,
& multũ cogitare, his inimica sunt. Qui diuersæ
ab his naturæ sunt, (hi autẽ sunt qui frigido & hu
mido temperamento sunt) ualentiores motus de
siderant, ac uictũ in quo superet, quod tenuem suc
cũ faciat. Is cuiusmodi sit, diximus singulari libro.
Hi uerò nec si in sole exercites, lædunt: nec etiam
si balneo abstineãt. Ac maxima quidẽ est dictarũ
inter se naturarũ differẽtia. Aduersissimũ enim est
humidum & frigidũ temperamentum, ei quod ca
lidum est & siccũ. Maxima rursus est & calidi ad
frigidũ, & humidi ad siccum. Porrò frigidũ & sic
cum, senum temperamento q; simillimũ est. itaq;
etiã celeriter senescunt eiusmodi corpora. dictũq;
de hoc temperamento suprà abunde est. Humidũ
uerò & calidum, fluxionũ uitijs obnoxiũ est. Cæ
terum quod omnibus intemperatis naturis com
mune præceptum est, id expedit in hac quoq; ser
uari. Est autem id, ut eas corrigas quidem contra
rijs, sed dum planè in ocio sunt: serues autem simi
libus, quum per negocia sibi uacare non possunt.
De exercitationibus huiusmodi corporum ita sta
tuendum est: plus quidem his laborandũ esse, pro
pter corporis humiditatem: præceleri motu non

utendum propter calorem. Porrò attendendū dili A genter est, cum ex segniore uitæ ratione ad exercitationes se transferunt. Illico enim fluxionum tentantur morbis, nisi prius sint uacuati quàm exercitationes adeāt. Quicquid enim in corpore concretum & crassum in humoribus fuerit, aut etiā modice frigidū: id statim in spiritum uertitur, ac funditur. Itaq; etiā uere tales naturæ maximè ijs morbis patent, qui ex plenitudine oriūtur: quales sunt synāchæ, cynāchæ, destillationes, quos catarrhos uocant, hæmorrhoides, sanguinis profluuia, articulares morbi, ophthalmiæ, peripneumoniæ, laterum cōpunctiones, reliquiq; omnes quorum genus est phlegmone. Quare etiam occupare per ueris initiū sanguinis detractione oportet, aut per incisam uenam, aut scarificandis malleolis. Quòd B si ita inanire recusent, purgandi medicamēto sunt non simplicis facultatis, sed quod trahere & flauā bilem & pituitā & serosa excrementa possit. Quæ uero de exercitationū ratione diximus, eadem & de balneo dicta esse putandū: quippe quod ipsum quoq; non tutū est, nisi prius inanitum corpus sit. Inanito uero utile est, potissimū cuius lauacri aqua potabilis nō est, sed in qua uis aliqua per halitum digerendi subest. Vinum autē frigidis siccisq; naturis utilissimū esse prius dictum est. An uero calidis omnibus idoneum non sit, sed utilior his aquę potio sit, sicut in libro de popularibus morbis, siue Epidemion legimus: nunc æstimandum. Fortassis enim absurdum omnino cuipiā ui debitur, iu C uenē qui athleticus, uel militaris sit, aut etiā fossor, messorue, aut arator, uel deniq; qui robustum aliquod opus exercet, aquæ tantū potione uti: atq; in hoc falli Hippocratē; cum calida temperamenta aquæ potionem poscere, absolute pronunciet. Mihi uero Hippocrates nō absolute id, sed de naturis summe calidis, quæ utiq; propter intemperiem tales sint, dixisse uidetur: non quòd plurimū habeāt naturalis caloris, quem ipse augeri in athletarum exercitio confirmat. At qui ex intemperie calidus est: is neq; athleta, neque miles bonus, sed neq; fossor, messor, aratórue, aut deniq; ad rustica urbanáue opera fortis unquā euadet. Quippe ualentium hominū ea sunt munera. Porrò tales nunquam fuerint, nisi mediocri sint tēperatura. Atqui si media temperie sint, utiq; plurimus his fuerit na D turalis calor. Ac tali quidē naturæ mediocre profecto dandum est uinum: sicuti ipsa quoq; mediocris est. Atq; hactenus saltem mediocre, quòd ipsa mediocris est temperamenti: quando hanc quoq; necesse est non solum in senectute, sed etiam in remissionis tempore, media tēperatura frigidiorem euadere. Sicui ergo ut in temperie quæ intra sanitātem consistat, calidissimum temperamētum sit: huic omnino uinum circumcidisse prodest. Sed cum triplex genere sit calidi temperamenti differentia, una in qua reliqua contrarietas (nēpe quæ in humido siccoq; consistit) mediam temperiem seruat: altera in qua siccitas subsultat, & tertia in qua unà cum calido etiam humidum redundat: utiq; in qua altera contrarietas medium temperamentum tenet, nunquam fuerit ultimè calor immodicus: quandoquidē huic siccitas statim superuenit. Ista uero non ponitur à nobis sicca. At in qua siccitas calori est adiuncta, in hac incidere aliquando plurimus, ut in intemperie quæ cum sanitate cōsistat, præter naturam calor potest: idq; longo tempore. Plurimam uerò breui spatio, etiā quę cum humiditate coniuncta est immoderatam calidítatem, ut in sanitatis intēperie, fieri licet. Ac ei quidē quam primo loco diximus, differentiæ, tantum diluti uini, quod ὑδατῶδες uocant, exhiberi sinemus, quātum à summa intēperie ipsa recessit: reliquarum autem neutri, præsertim cum summa sit, quemadmodum ostensum est. Quæ enim tales intemperies non sunt, ijs dandū uinum est, sed exiguum & dilutū (tale porrò est quod colore quidē est album, substantia tenue) sicut ediuerso frigidis intemperātijs calidiora uina præbemus. At quod calidissimum quidem uinum est, id frigidissimis in temperantijs est utile: reliquis uero quod portione respondet. Neq; enim eius tantum meminisse oportet, quòd contraria contrariorum sint remedia, sed etiam quātitatis rationem in singulis contrarijs habere. Ergo sicuti de medicamentis ostendimus, non solum æstimādum esse calidúmne an frigidum quicquam sit, sed etiam quoti in his ordinis sit: ita & de uinis est agendum: non solum dilutum aut calidum deligentibus nobis, sed quod ut ad intēperantiæ speciem calore frigoreue suo conuenienter occurrit ac respondet. Hæc uerò dicta mihi de ijs sunt, qui mediam senectutis ætatem agunt: utique nec ignoranti primam eius partem esse, quæ ὠμογερόντων, id est, eorum qui cruda ui ridiq; adhuc senecta sunt, dicitur, propterea quòd adhuc obire ciuilia negocia possunt: secundam autem cui apte nomē ipsum inditur, eo quòd ipsa sit de qua dicitur,

Vt lauit, sumpsitq; cibum, det membra sopori.

Quod tamen in tertiam non conuenit: in qua Telephum grammaticum bis terue mense lauari dixi. Propter enim uirium infirmitatem assiduum hi balnei usum non sustinent. Accedit quòd per habitus frigiditatem mordacia hi excrementa nō pariunt. Nominant eum qui ad hanc partem peruenit, græce τελεμπέλον, sicuti aiunt qui uocabulorū etymologijs gaudent: ab eo quod τὸ τίμπεδον τῷ ἐς ἅδιν, id est mittēdo in pōpam q̄ ducit ad Manes.

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER SEXTVS,

THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

Liud huius de sanitate tuēda speculationis argumētū hoc libro inchoaturus, repetēda censeo eorū q̄ hactenus tractata sunt, capita: q̄ utiq; dicendis sunt necessaria. Igitur primū diximus quid A

quid sit sanitas: secūdo loco generalis eius descriptio posita est: tertio quemadmodum seruari ea possit, est proditum. ad hæc illud adiectum, animalium corpora perpetuo mutari, indeq; adeo necesse esse sanitatem eorum quæ aliàs corrumpi periclitētur, nostræ procurationis indigere antequam tam notabilis mutatio fiat, unde iam manifeste ægrotent. procurationem uero non aliunde constare, quàm ex cibo potioneq;, quibus quod de substantia corporis decidit, reficiatur. Altera incurabilis esse demonstrata mutatio est, scilicet quę pro ætatis ratione accedit: propterea quòd cuiusq; animalis corpus à prima genitura ad exitum usq; toto interueniente tempore succescat. Cæterum qui salubrem uiuendi rationem ignorant, credibile est B hos citius quàm pro naturæ ratione interire. Quoniam autem (ut diximus) necesse est omne genitum animal nutriri, substantia uero ciborum uniuersa in nutrimentum non abit, ac proinde uitiosum quiddā ex superuacuo eius relinquitur, quod propriè excrementum uocant: præparatæ à natura quædam corporis partes sunt, quæ id secernant atq; emittant. Plurima uero cum sit in naturis corporum differentia, rationabile est suam esse cuiq; sanitatis tuendæ prouidentiam. Primum igitur eo homine qui optimo sit statu, pro materia tractationis proposito: quemadmodū hunc quispiam in sanitate custodiat, tradere studuimus. Cum autem uariæ occasiones sint, quibus secūda ualetudo uarie conuellitur: eum qui optimo corporis sit statu, C [uni sibi uacantem] ac ab omni ciuili negocio liberum, in sanitate seruare proposuimus. Atq; hūc quidem cum in primis quinque libris quemadmodum quis à prima ineunte ætate ad ultimam usque senectutē in sanitate custodiat, docuerimus: nunc ad eos ueniemus quibus per negociorū qualitates esse, bibere, atque exercitari debito tempore non licet: præterea ad eos qui statim ab ortu ualetudinariū corporis statum sunt sortiti. Sanè breuior erit de his sermo quàm prior, quamuis suapte natura longior sit, propterea quòd plurimarū materiarum uires quibus ad secundæ ualetudinis tutelam utimur, prædictæ iam sunt. Nam cum fríctione, balneo, exercitatiōe, cibo, potione, fomento calido frigidoq;, ueneris tum usu, tum abstinentia, & siquid aliud eiusmodi est, mutationes fieri D corporis cernamus: utique horum omnium uires (ut dixi) prius sunt proditæ. Vitiosi autem corporum status genere duplices sunt: cum elementares & primas corporis particulas, quas Aristoteles ὁμοιομερῆ, id est similares uocat, alij æquabiliter, alij inæquabiliter attemperatas habeant. Dico autem æquabiliter temperari, cum ad aliquam intemperiem uersæ æquabiliter corporis particulæ omnes, aut frigidiores iusto, aut calidiores sunt reddítæ, aut siccíores, aut humidíores, aut per coniugationem quædam calidiores simul & siccíores, quædā humidiores pariter & frigidiores, & quædam humidiores & calidiores, quædam siccíores & frigidiores. Quinetiā in instrumētalium partiū A compositione quædam æquabiliter, quædam inæquabiliter sunt conditę. Ac primum quidē dicam hic quoq; qui status corporum sunt maximè ualetudinarij, sicuti & prius [qui maximè sanus esset] ostendi. Verum is unicus erat. etenim in omnium rerum genere quod optimum est, id unum est: uitiosa uero plurima sunt. Duplex tamen est eorum secundum genus discrímen, ceu paulò ante dixi: alijs simili intemperie omnes partes habentibus, alijs dissimili. Atq; eorum quidem quę similem in temperantiā habent, ea pessima esse constat, quæ has ualidas habent, ac potissimū frigidas simul & siccas. At quibus inæqualiter se habent corporis partes, horum numerare quidem uarietates facile non est. Cęterū illa quoq; duplici genere speciéue, siue quouis alio modo nominiare uelis, uariare licet. Nam maximè quidem ea morbis patent quorum príncipes maximè partes contrarijs temperamentis sunt affectæ. Minus obnoxia ualetudini sunt, quibus diuersæ à príncipibus partes ita se habent. Equidem aliquos iam uidi, quibus uēter frigídus erat, caput calídum: sicut contrà quibus caput frigídum erat, uēter calídus. Vidimus autem & ex accidenti, nō primum, nec propria temperamenti ratione assídue afflictū bili uētrem, qui alioqui non erat natura calidus. æque uero & refrigeratum alterum, quamuis nō esset natura frígidus. ad eundem modū & caput, & iecur, & lienem, atque etiam alias partes, aliarum quandoq; intemperantijs affici, cum aut ipsæ haudquaquā læsæ in proprío temperamento essent, aut etiam contrarium plane quàm aliæ affectum haberēt. Primum ergo de ijs uerba faciam, quí æquali sunt intemperie: idq; ab ijs qui præcalidi sunt, auspicatus. Sanè dictum à nobis in libro de temperamentis est, fieri non posse ut intemperies quælibet sola diu duret: quando ipsa sibijpsi alteram ex necessitate adscíscit. Indeq; factum ut plerique medicorū quatuor tantum esse intemperātias putarint, easq; compositas: simplices uero ne esse quidē. Nam & calidā, dum humiditates semper consumit, parere siccitatem: & frigidā, dum nihil absumit, humoris incremento quodāmodo conferre. Eodem modo & siccam, p eas ætates quibus augescit animal, calídius ipsum semper efficere. quibus uero decrescit, refrigerare: & siccare quidem solídas corporis particulas, cōgerere uero abundantiā excrementorū. Símili modo si humida cū modice calida coierit, exístere aliquādo in utraq; oppositione mediā temperiem. Vtranq; oppositionē intelligo, & quæ ex calído ac frígido cōsistit, & quę ex sicco & humido. Erit autem medíj temperamēti (ᾧ κίνδυνος Græci uocant) eiusmodi intemperantia, in ipso præcipui uigoris tempore, quam ἀκμὴν Græci uocant. sed & in remissionis tempore, prout ipsi conuenit. Optimam nanq; temperiē in adolescentia corpus obtinet: reliquæ omnes ætates deteriores hac sunt: ut prius est ostensum. Atq; hoc etiam meminisse conueniet, unum id quoq; ex ijs quæ dicta sunt. Cum em̄ duplices actiones in animalib. sint, certe

corporales

corporales pueri præcipuas obtinent: quæ animi A
sunt, ea quæ à pueris ad remissionem usque succe-
dit ætas. Nec tamen est has ætates annorũ nume-
ro circumscribere, quemadmodum nonnulli fece
runt: nisi forte in latitudine quadã. Ergo pubesce-
re quidem incipiũt aliqui, ubi quartum decimum
annum expleuerunt, quidam uno post anno, aut
etiam amplius. Initium præterea remissionis non-
nulli habent statim à trigesimo anno, nõnulli post
quintum & trigesimum. Ac robur quidem omni-
bus minuitur, post ipsam summi uigoris ætatem:
non tamen hi sanitatem amittunt, tametsi minus
hanc q̃ ante laudabilem habent. Cæterum hanc
habent non solum usque ad initium senectutis, ue
rumetiam in ipsa senectute tota: quæ ipsa quoque
quibusdam naturalis esse morbus uidetur. Cum B
enim nec dolore anguntur ullo, nec ullam actionũ
earum quibus ad uitæ munia utimur, aut penitus
amiserunt, aut omnino imbecillam habẽt, utique
sani sunt, sanitate quæ senectuti sit congrua. Me-
minisse enim profecto oportet eorum quæ de sani
tate demonstrata sunt, nempe quòd ampla sit eius
latitudo. Iam si tertia quoq; corporis affectio est,
quam neutrã Herophilus appellat, quę in ijs qui è
graui euaserunt febri, conualescendi tempore cer
nitur, & senili ętate: omnino extra morbum sene
erunt: actiones tamẽ perinde ut ij qui in flore æta-
tis sunt, firmas ualentesq; non habebunt. Verum
si ad uidendum, audiendum, ingrediendum, aliaq;
facienda quæ seni expediunt, nullo deficitur cor-
pus: etiam hoc rationabiliter senis sanitatem nomi C
nes, utiq; totum hoc iungens, senis sanitatem: non
absolute sanitatem. Hęc enim propter ipsam actio
num uirtutem integra est, & de qua queri nõ pos-
sit. Senum sanitas querimonijs non uacat. Quam
uis enim omnes actiones habet, nullam tamen ua
lidam habet. Atq; adeo illa pars artis quæ de senũ
ductu instituitur, huc tantum consilia dirigit, ut
sanitatem eorum quatenus fieri licet, tueatur. Cor
pora uero quę à prima statim genitura pronum ad
morbos statum sortita sunt, ea planè ad senectutẽ
numquam perueniunt: aut siquando peruenerũt,
uno saltem diutino morbo penitus laborant. Pro
posuimus autem in hoc libro de ijs differere, qui
uitioso corporis sunt statu: atque hos quemadmo-
dum sanos plurimũ tueamur, disquirere. Ergo ini D
tio ab ijs sumpto, qui parem in omnibus corporis
partibus intemperiem habent: primum de ijs aga
mus, qui calidius temperamẽtum sortiti sunt, cæ
terum in humiditate ac siccitate modice se habẽt.
Ac talis quidem corporis natura ab initio statim
magis apparet sana, quàm ea quæ in utraq; oppo-
sitione uitiosa est. Vtrãq; oppositionem intelligo,
& quæ ex calido & frigido consistit, & quę ex hu
mido & sicco. Eadem dentes edet citius, & citius
articulatam uocem proferet, et citius ingredietur,
& singulis annis ad portionẽ increscet. postea ue-
ro quàm adolescentię annos compleuerit, exinde
ad remissionem usq; manifeste calidior apparebit,
sic ut tum morbis, tum symptomatis quę à bili o-
riuntur, facile sit obnoxia. Multis nãq; calor dum
humorem absumit, siccius temperamentum red-
dit. At cũ florens iam ætas item calida fit, nimirũ
cõposita, eorũ temperies calida simul siccaq; erit.
In talibus aũt temperamentis bilis abundare tum
pallida, tum flaua, solet. Ergo qui hac natura sunt,
ad ætatem usq; adolescentiæ similiter educandi ijs
sunt, qui optimæ sunt naturæ: de quibus dictum
in præcedentibus est. Postea uero quàm absolutũ
eorum corpus sit, considerare oportet utrũmne bi
lis excrementum illis per aluum expellitur, an ad
superiorem uentrem sit propensum. Si enim deor
sum feratur, constat non debere esse solicitos. Sin
superiorem uentrem petat, per uomitum est emit
tendum, scilicet longe ualere iussis philosophis ijs
qui uomere ex aqua tepida post exercitationes an
te cibum uetant. Nam uino nec ipse sanè tum esse
utendũ suaserim, nisi difficulter id faciant ex aqua.
Quippe eiusmodi quædam corporũ naturæ sunt:
quibus utiq; uinum dulce, sed ubi aquam præbi-
berint, est concedendum. Præterea etiam magis
ubi temperamentum eorum ab initio calidius fic-
ciusq; fuit, uomitio petenda est: propterea quòd
magis etiã hi bilioſi sunt in præcipui uigoris æta-
te. Quin et exercitari his utilius est, nõ acutis exer
citationib. & præuegetis, sed potius tardis & mol
libus. Sunt em̃ omnes qui hoc statu sunt, gracilio-
res. Acutæ uero exercitationes consensu gymna-
starum omnium extenuant: sed lentæ contra cor-
pus implent. Sunt uero ex ijs qui impense calido
temperamento sunt, et qui exercitari prorsus non
desiderant, sed abunde his satisfaciant inambula-
tio, balneum, & mollis ex oleo frictio. Acre nan-
que & mordax calidum, id est quod ab his exha-
lat, non humectans, quale ἀτμῶδες Græci uo-
cant, nec suaue, citraq; morsum. hos uero à cibis
quoq; balneum iuuat. Quidam uero eorum incre
dibile est quàm etiam obesi sunt reddíti ex tali ui-
ctus ratione. Antiquum autem uinum inimicum
his est: album uero ac tenue idoneũ est. Aestiman-
dum aũt in omnibus est qui à cibo lauantur, num
in dextera præcordiorũ parte, ubi situm iecur est,
dolorem aliquem aut grauitatem, aut tensionem
sentiant. Eiusmodi nanq; corporum status iocino
ris uitijs tentari solet, si balneo post cibum utãtur.
Ac siquando eiusmodi aliquod uitium sentiunt, il
lico dandum aliquid est eorum quæ obstructũ ie-
cur liberent: abstinendũq; ab ijs cibis qui crassum
efficiunt succum, ac potissimum si ijdem glutino-
si sint. De his dictum abunde nobis est in tribus li
bris quos de alimentorũ uiribus scripsimus: præte
rea in eo libro quem de euchymia et cacochymia,
id est de cibis boni & mali succi, edidimus: itemq;
in libro de extenuante uictus ratione. Quippe
qui dolorem in iocinore sentiunt, ijs tali uictus ra
tione utendum omnino est, quoad dolor se remi-
serit, & dextra præcordia leuia quodammodo sen
tiant. Vtile sanè fuerit & liquorem in quo ma-
cerata sit absinthij coma, offerre: præterea quod
tum ex ea, tum ex aniso & amaris amygdalis con
ficitur

ficitur: quod etiam bibere ex oxymelite præstat in A
eo tempore, quod inter surgendũ lauandumq; in-
teruenit. Nam & postq̃ confecta sunt quę ex uen-
tre ad iecur reddunt̃, talia exhiberi præstat: & tem
poris aliquid eorum operi ante cibum sumendum
dari. Non inutile est & medicamentum quod dia-
calaminthen uocant: cuius compositionẽ in quar
to horum cõmentariorum scripsimus. Verum in
bilioſis temperamentis cauere oportet huius assi-
duum usum. Sed & siquando horum quispiam eo
propter iocinoris obstructiones utitur, utilius est
ex oxymelite id bibat. Porrò alimenti species, si
quis horum temperamentum uertere in melius
studet, contraria esse intemperantiæ debet. Sen-
sim uero id fiet citra noxam, si & præsit medicus:
& qui curatur, ita sit à negocijs liber, ut omnia B
suo tempore peragat. Nam qui in rebus ciuili-
bus uersatur, & multis negocijs distringitur, huic
tutius est, ut nec tentet temperamentũ suum mu
tare, sed accommoda sibi nutrimenta sumat. Por-
rò apta sunt humidis quidem humida, & siccis sic
ca. Nutritio enim fit, cum is qui nutrit cibus, cor-
pori quod alit, assimilatur. Citius autem assimilan
tur sicca siccis, & humida humidis. Quibus uero
æquale temperamentum est, ijs quanto iucundius
fuerit quod comedunt, tanto utiq; fit magis nu-
triens. At qui inæqualem temperiem sunt sortiti,
ita ut his aliud iocinoris temperamentũ sit, aliud
uẽtris, aut alicuius eorum quæ circa iecur sunt: ijs
diuersum est quod assumptu iucundum est, ab eo
quod cuiq; particulæ est idoneum. Quoniam au- C
tem ostensum est duplex esse quod singulis conue
niens est, aliud quod secundum simplices qualita-
tes, aliud quod secundũ totam substantiam: quod
simplicibus qualitatibus maxime aptũ est, id qua-
le nam sit, superius paulo est cõprehensum: idq;
seu mutare intemperiem per ocium uelis, seu cede
re cogaris propter negocia. Quod ex tota substan
tia idoneũ maxime est, sola experiẽtia discernitur.
Ac maximã quidem uim habet ad ea quæ edũtur
bibunturq;, non in uentre modo, sed etiã toto cor
pore conficienda, totius substantię conuenientia:
cuius ratione nutrimenta animalib. & uaria, & spe
ciebus multũ inter se diuersa habentur: cum nulla
similitudo sit eius quod ex palea & herbis acce-
dit, ei quod ex ossibus & carnibus, nulla societas D
eius quod ex pane est, cũ eo quod ex cicuta & ue-
ratro. nam & hæc animantium quibusdam nutri-
menta sunt. Fiunt autẽ & qualitatibus conuenien
tiæ: utiq; si seruare temperamentũ studes, humidis
naturis humectante cibo maxime quadrante: sic-
cis uero, eo qui siccet. sin alterare placet, contra-
rijs. In eo aũt qui est in calido frigidóue ad intem-
perantiã lapsu, cõtraria dare semper expedit: cum
& efficacissimæ eiusmodi intemperies sint: & (ut
ita dicam) magis quàm quæ ex siccitate & humi-
ditate cõsistunt, potentes: quippe cum facile simi-
libus nutrimentis in morbosam intemperantiam
abeant. At si siccius quoduis membrũ efficias, ni-
hil manifeste lædes. pari modo nec si humidiori
suam humiditatẽ serues. Euidenti uero argumen-
to tibi & ætates sint. Quæ enim à prima genitura
adolescentiam usq; habentur, humidissima ijs ca-
ro est: senili ætati impẽse sicca. Meminisse uero in
huiusmodi sermone oportet, eorum quæ in opere
de temperamentis sunt scripta, scilicet ne quis exi
stimet qui superuacuis excrementis onerant̃, hos
humido temperamento esse. quæ res eos qui sene-
ctutem frigidã & humidã putarunt, falsos habuit.
Non enim ipsæ particulæ senum humidiore tem-
peramẽto sunt, sed ipsæ capacitates quæ inter cor
pora patent, tum senum, tum eorum qui humidis
morbis laborant, superuacua humiditate implen-
tur. Porrò cuiusmodi siccus morbus sit, certa scię-
tia cognoscet, qui librũ quem de marasmo inscri-
psimus, diligenter relegerit non semel bisue, nec
transcurrens, sed singulis insistens atque intentus.
Sanè qui hæc cõmode leget, hũc exercitari prius
cõuenit in secundo de temperamẽtis libro, in quo
demonstratum est senis temperamentum siccum
esse. Verum quod in præsentia nobis propositum
est calidius iusto corpus, si quidem in prima con-
stitutione mediũ humiditatis siccitatisq; habitum
habuerit, oñino id in incremẽti statu (quã ἀκμὴν
uocant) siccum efficitur, idq; tum magis, tum ce-
lerius, si etiam natura siccius erat. Sed & senescet
idem citius, quanto utiq; ad summum incremen-
tum peruenit citius. Nam cum omnes in remissio
ne ætatis succesimus: ratio est ut qui natura sit sic
cior, in senilis intemperantiæ siccitatem citius per
ueniat. Hi ergo in præcipui uigoris ætate potissi-
mum humidam uictus rationem postulant: cuius
formulam proxime descripsimus. perficitur enim
humectantibus cibis ac balneis, tum exercitatio-
num & quæ præceleres & quæ multæ sunt, absti-
nentia. Hi adeo æstatis tempore & citius lauanẽ,
& à cibo iterũ. prodest his & frigidæ potio. At ue-
nus siccis temperamentis est inimicissima. Vitan-
dæ q̃ maxime his sunt exustiones, & lassitudines,
& solicitudines, & uigiliæ, & motus omnis celer.
Iracundia uero cum bilioſas naturas maxime ac-
cendat, acutas febres parit. Itaq; quæ uictus ratio
ijs laudaẽ qui status incremẽti tempore temperie
sunt calida, humiditatẽ tamen ab ortu mediocrem
habebãt: hæc ijs qui natura calidi sunt & sicci, ma
gis cõuenit. Nec dubiũ est quin modus quoq; ex-
cessus superantis elementi in primis consideran-
dus sit. Siquidẽ eatenus intendere, remittere, aut
augere uictus speciẽ oportet, quatenus supra na-
turalem habitum aucta diminutáue sunt tempera
menti elementa. Quapropter si eorum qui natura
humidiores calidioresq; sunt, mutare tẽperamen-
tum ad frigidiorẽ siccioremq; speciẽ libet: contra-
riam his uictus rationẽ exhibeas oportet. sin id cu
stodire placet, similem. Sanè eiusmodi naturæ in
puerili ætate fluxionũ & redundãtiæ morbis ma-
xime tentant̃, itemq; putredinis. quo magis & plu
ribus exercitationibus & exacta uentris cõcoctio
ne indigent. Quicquid enim in hoc corrumpitur,
id toti corpori morborum putredinis occasio fit.

Itaq;

Itaq; & ante cibum bis terq; hi si lauent, ac calidis A
sponte ortis utantur: maximum inde commodum
sentiunt. Quippe huc dirigitur in his cõsilium, ut
ipsas animalis particulas seruemus humidas. Quę
res omnis temperamenti communis est: si modo
contraria ratio omnium animantium corpora ci-
tius ad senectutem perducit, ipsaq; sit cuius culpa
omne genitum corpus mortale sit. Quippe si fieri
posset ut temperamentũ corporis humidum per-
petuo seruaretur, uerus sophistæ cuius inter initia
operis memini, sermo esset, qui sibi auscultantem
promisit immortalem fore. Quoniam naturæ pro
gressum qui est ad siccitatem, effugere corpori nõ
licet, ut ante docuimus: iccirco senescere nobis
corrumpiq; necesse est. Erit tamen id maxime diu B
turnum, quicquid erit minime siccatum. Verum
cum humida uictus ratio excremẽta & succorum
abundãtiam pariat, difficile est ita mediocritatem
seruare, ut neq; morbi incidant, neq; senectus ma
turetur. Quod tamen ad ipsius temperamẽti ratio
nem attinet: qui maxime sunt humidi, ij maxime
sunt longæui. Iidem & sanitate, ubi corpus ad ro-
bur peruenit, plus cæteris fruuntur: & cæteris qui
parem ętatem agunt, ualentiores ad extremũ usq;
senium sunt. Ideoq; ferme tum medicis omnibus,
tum philosophis qui corporis elementa diligenter
inuestigarunt, temperamentũ id laudatum est. Im
mo etiam unum id proinde secundum naturam se
habere quibusdam est uisum. Nam quanquam in
principio sit deterius, tempore tamẽ reliquis præ- C
stantius euadit. Quo magis qui tuendæ huius cor
poris sanitati præficitur: ijs quæ ab ipso defluunt,
prospicere debebit tũ exercitatione (ut dixi) tum
balneis ante cibum pluribus, tum uero ijs quę per
uentrem et urinas reddunt, excernendis. Nec pro
hibet præterea quicquã, quin & apophlegmatis-
mis & purgationibus aliquãdo utatur: anteq; om-
nia cibis boni succi, ac uini potione quod urinas
promoueat. Et de calidis quidem temperamentis
abunde dictum est: de frigidis deinceps agẽdum.
Sunt porro & horũ tres summæ differentiæ. Nam
aut modice se habent in altero contrariorum pari,
ita ut nec humidi sint, nec sicci: aut alterum in his
redundat, utiq; uel siccum, uel humidum. pessima
tamen meritò sicca temperatura est, quippe quod D
temporis spatio senescẽtibus accidit, id his statim
ab initio contingit. Ergo istos humectare calface-
req; oportebit. Id fiet exercitatione modica, et nu-
trimento humectante ac calido: præterea uini cali
di potione, & somno liberaliore: illud interim pro
uidentibus nobis, ut excrementa omnia quæ uel
ex cibis uel potione proueniũt, quotidie expellan
tur. De ueneris usu dictum suprà est, eam omnibus
qui sicco temperamento sunt: inimicam esse. Nũc
uero etiam ex hoc numero potissimũ aduersa est
ijs qui supra siccitatẽ frigidi quoq; sunt. Nã inno-
xia uenus ijs tantũ est q calidi humidiq; sunt: tum
uero qui genitura naturaliter abundãt. de quibus
inter inæqualia temperamenta mox dicetur. Ma-
lum uero & illud frigidũ temperamentũ est, quod
cum humiditate coniungitur: maximeq; id fluxio
num morbis est obiectũ. Succurritur huic & bal-
nei abstinentia, & exercitio, et tenuiore uictu, &
unctionibus quæ modice calfaciant: quarũ forma
narrata prius est, ubi de lassitudine egimus. At qui
frigidi natura sunt, cęterũ in sicci humidiq; tempe
ratura modice se habent: minus ij uel ad sanitatẽ,
uel ad corporis robur sunt inepti, quàm qui in il-
lis sunt intemperati. horum igitur excitare firma-
req; calorem expediet. In humiditatis uero siccita
tisq; specie, tota uictus ratio media est exhibenda.
Atq; hæc mihi omnia de ijs dicta sunt, quos æqua
lis intemperies premit, hoc est quibus omnes cor
poris partes ad calidius, uel frigidius, humidius,
uel siccius similiter sunt inclinatæ. De ijs uero qui
inæqualem corporis constitutionẽ habent, nõ po
test paucis differi, propterea quòd numerosæ ho-
rum uarietates sunt: cum alijs alia particula male
temperata sit. Sed & si duas tantũ quis intempera
tas habeat, harũ quoq; uarietates non paucę sunt.
Proindeq; cum prius docuero quænã ijs exhiben
da sint, quibus inculpatus quidem est corporis sta
tus, uiuunt aũt uitam seruilem, siue negocio sam,
siue quouis modo aliter appellare placet: ab ijs uero,
quænam ijs qui æqualem intemperantiam ha
bent in simili uiuendi genere: transibimus dehinc
ad eos qui inæqualẽ in corporis partibus statum
habent. Ergo salubris & inculpatus corporis sta-
tus, in latitudine (ut sæpe dictum est) intelligi de-
bet: sicuti etiam ipsa sanitas. Nam neq; sanus esse
quisquam nostrũ uideri potest, ea saltem quæ om-
nino inoffensa inculpataq; sit, sanitate: neq; incul-
pabili esse corporis statu. At sanos esse dicunt, qui
nec parte aliqua corporis dolẽt, & ad uitæ munia
haudquaquã sunt impediti. pari modo et corporis
statu illęso esse, cum nec ab externis occasionibus
facile in morbos incidũt, nec ab internis. Illo nimi
rum pro re certa prius definito, assidue ægrotare
aliquos non ob propriũ corporis statum, sed pro-
pter uitiosam uictus rationem: dum aut in desidia
uitam exigunt, aut nimiũ laborãt, aut in ciborum
qualitate quãtitatęue aut tempore peccant, aut e-
xercitium aliquod noxium exercent, aut in somni
modo, aut ueneris immodico usu falluntur, aut e-
tiam ægritudine animi, curisq; parum necessarijs
se macerant. Quippe nõ paucos nouimus eiusmo
di de causis quotãnis ægrotare: quos tamen nõ di
xeris uitioso corporis esse statu: sicut eos qui cum
nullo horũ quæ recensui, deliquerunt, tamen per-
petuo ægrotant. Ergo primũ propositus sermoni
is esto, qui corporis statum in latitudine inculpa-
tum habet. quicq; alteri uiuens, toto die ministrat,
aut maximo magistratui, aut monarchę: cæterum
ad extremũ diei liber à domino discedit. Quo lo-
co rursus definiendũ nobis est, quem finem diei di
cimus: quãdo aliàs lectori sermo noster imponat,
nisi certa limitatione sequeꝛ. Si enim dixero dissol
ui tum primũ hominẽ ad corporis sui curã, cum
sol occidit, nec adiecero quo die id uelim, circa
ne solstitiũ, an brumã, an circa æquinoctia, an alio

quopiam

quopiam tempore quod dictis interuenit: nõ pos- A
sunt cõmoda præcepta tradi. Romæ em̃ maximi
dies ac noctes, paulo maiores quindecim æquino
ctialibus horis sunt. contra minimi, paulo intra no
uẽ. In magna uero Alexandria maximus dies qua
tuordecim horarũ est, minimus decem. Ergo qui
in breuissimis diebus, & longissimis noctibus à mi
nisterio occidente sole redit, huic fricari per ociũ
& lauari, & modice dormire licet. Porrò nemo est
cui nec in maximis, nec etiam his, licet aliquid me
diocriter agere. Nec ipse profecto quẽquam noui
tam infelici uitæ sorte. Antoninus enim, qui impe
ratorum quos ipsi uidimus, promptissimus ad cu-
ram corporis uenit, breuissimis diebus sole occidẽ
te in palęstram ingreditur: longissimis aũt hora no
na, aut ad summum decima. Quare licet ijs qui illi B
in diurnis officijs adsistunt, ubi discessere, reliquo
diei tempore corporis curam agere: ita ut sole occi
dente ad somnum se conuertant. Nam cum mini-
ma nox nouem horas æquinoctiales æquet, abun
de his fuerit si id totum tempus in somno sumpse-
rint. Ergo uidendum est assuetúsne per anteactam
uitam exercitationi talis minister fuerit, an citra
exercitationem lauari. Nam sunt qui ne frictionẽ
quidem sibi adhibeant, sed protinus perfusi oleo
balneum ingrediantur, aut etiam strigili tantum
arrepto, quo sudorem in ipso balneo destringant.
Ac nonnulli quidem hanc consuetudinem modi-
ce ferunt, ita ut aliqui eorum nec assidue ægrotẽt,
[nec longo tempore,] utiq; quibus libera corpo- C
ris transpiratio est: διαπνοὴς Græci uocãt. eos-
dem aliqui tum medicorum, tum gymnastarum,
ἀραιοσυγκρίτους Græce appellant. Quin dictum &
ab Hippocrate est huic generi hominum sanitatẽ
magis constare. Ait enim: Laxitas corporis ad trã
spiratum, quibus plura per cutim feruntur, salubri
us. quibus pauciora, minus salubre. Hanc corpo-
ris naturam ad aliam consuetudinẽ transferre non
oportet, sed nec ullam omnino aliam naturam ni-
si quę longo iam tempore ægrotat. Quòd siqua as-
sidue ægrotet, disquirere in ea causam conueniet.
Ea inuenietur, si initium inquisitionis ab ægritudi
nis specie cœperimus. Quicquid enim eorum quę
in ipso sunt, corpus affligit, duplici id occasione o-
ritur, aut redundantia, aut succi uitio. Ac siquidẽ
redundatiæ uitijs ægrotare uidebitur, huc uni- D
uersa tendet uictus eius ratio, ut succos ad conue-
nientem modum reuocet. sin ex succorum uitio,
ut pares eos faciat. Prius aũt specialiter dicet quẽ-
admodum prospiciendum mediocritati sit, quę in
quantitate spectatur. post quemadmodum æqua-
litati, quæ in qualitate consistit. Itaq; iam de priore
agamus, ducto tandem ad principium sermone.
Vbi quod ex corpore exhalat, minus ex ijs quæ
accepit, redundantiæ oriri morbi solent. Ergo pro
spiciendum est ut eorum quę eduntur ac bibun-
tur, respectu eorum quæ expelluntur, conueniens
mediocritas seruetur. Sanè is modus seruabitur, si
ponderabitur à nobis in utrisq; quantitas. Qui em̃
balneum statim ingrediuntur, ijs postea frictione A
uti, atq; etiam prius paulum dimoueri: qui uero
hæc prius obierint, paululum etiam hæc ipsa inau-
gere suadebimus: detrahere uero de nutrimẽti uel
quantitate, uel qualitate, uel etiam utraq;. Qui em̃
celeriter notabilem abundantiam aceruant, ijs de
utraq;: qui non celeriter aut non notabilem, ijs de
altera demptum esse sat fuerit, utra uidelicet ho-
mo ipse potius uoluerit. Ac quemadmodum de
quantitate dematur, notum est. De qualitate de-
mitur, cum exigui nutrimenti cibus apponitur. Si
quidem non pauci sunt illa nutriti, celerrime copiam
aceruant: cum alias requirat id nutrimentum tum
frictiones, tum exercitationes planè uehementes.
His igitur olera & legumina, quæ non multũ cor
pori adijciãt, præterea pisces & aues quę multum
item non nutriant, exhibenda sunt. Qui uero uiti-
osos congerunt succos, ij non perinde ut qui redũ
dantiam cogunt, uni tantum rei sunt intenti: quan
doquidem nec unica est uitiosi succi species. Alij
enim magis frigidum pituitosumq; eiusmodi suc-
cum congerunt, alij magis calidum ac bilio sum,
nonnulli magis aquosum, alij rursus magis melan
cholicum, id est qui magis atræ sit bilis. Horũ er-
go cuiq; abstinendum ab ijs cibis potionibusq; est
qui eum quẽ colligunt succũ facile gignant. Por-
rò dictum abunde de his est in tribus libris qui de
ciborum uiribus sunt inscripti: item in alio quem
de ijs qui bonum malumue succum gignunt, in-
scripsimus. Est & præter hos alius de ijs qui exte-
nuant cibis: utilis profecto ijs qui crudum conge-
runt succum, qui crassus quidem omnino est, non
tamen perpetuo glutinosus. Sanè omnibus his cõ
mune auxilium est alui deiectio: potissimum uero
quibus est naturaliter adstrictior. Communis por-
rò est & ueneris conueniens mediocritas. Quibus
enim inculpata corporis constitutio est, non de-
bent ij (ueluti siccis supra præceptum est) à uene-
re omnino abstinere. Illud tamen cõsiderationem
desiderat, semel ne die, an bis sit ijs qui eiusmodi
uitam agunt, comedisse, ex usu. Eius considerati-
onis caput est & corporis ipsorum natura, & ab
hac in uictus ratione consuetudo, & tertio ab his,
si mutare uictus rationẽ uidebitur, quo pacto eius
mutationem homo feret. Atq; ab ipsa quidem na-
tura, eius quod conducet significatio datur. Et eo-
rum quidem quibus biliosus uenter est (sicuti di-
ctum nobis in quarto iam est, & nũc nihilominus
dicetur) primi semper ciborum ac potionum sint
qui aluum deijciant. Ex uinis quidem dulcia, &
quæ mollire uentrem possunt. Non enim omnia
eius sunt generis. Ex cibis, olera cum oleo & garo.
Vitanda uero ex uinis sunt austera: ex cibis, qui
adstringunt: nisi si firmandi oris uentris causa post
totam comestionem exhibeantur. Id autem expe-
rientia quoq; discernẽdum est. Sunt enim quibus
adstringentium usus adeo aluum non comprimit,
ut etiam ad deijciendam cõducat, propterea quòd
os uentris roborat. Quod euidentissime in ijs qui
imbecillius id obtinent, cernitur. Quicunq; uero
palæstræ exercitijs ante balneum sunt usi prius q̃

districtæ negocijs uitæ se addicerent: ijs ut ab ipsis abstinuisse est incommodissimum, ita ut similiter utantur, præter incommodũ, etiam fieri omnino nequit. Ergo exercitatione quæ apotherapia dicitur (de qua supra egimus) istis utendum censeo: & simul de suillę carnis modo nonnihil demendum. Quoniam uero (ut ante dixi) sunt quibus ante balneum esitasse aliquid est melius: dicendum deinceps est tum de hora qua facere id debent, tũ quantitate eorum quæ sument, ac qualitate. Ergo quod ipse facere insueui diebus ijs quibus propter uel infirmos uisitandos, uel ciuilia negocia, putaui me serius ad balneum accessurum: id dicere non grauabor. Ponatur dies quo id fit, tredecim horas æquinoctiales longus: in decimam uero corporis curandi spem esse. Hoc casu uisũ mihi est circa quartam horam simplicissimum sumendum esse nutrimentum: qui uticę solus est panis. Atq; ipse quidẽ ita feci. Quibusdam uero pane solo uesci sine obsonio non placet, sed eum cum palmulis, oliuis, melle, aut sale, sumunt. sunt etiam qui post eum bibũt. Ego uero nec à tali cibo unquam bibo, & solum panem comedo. Sit autem cuiusq; eorum modus, is qui decima hora concoctus esse possit. quippe si exercitari cupiant, eo maxime pacto citra noxam se exercitent, siquidem non leue incommodum nonnullis accidit, cum repleti cibo se exercitant. nonnullis enim & caput impletur uaporibus, & in iocinore aut ponderis sensus, aut distentionis, aut utriusq;, percipitur. Ergo cum tale quippiam incidit, succurrẽdum ei quàm primum est. Si iecur obstructum sit, ijs, quæ in uijs eius hærentia impediaq; expediant. Si caput repletum est, ambulationibus, sed potissimum ante cibum. nihil tamen uetat quin & post cibum. Cæterum has quàm maxime lentas esse expedit. Illas quæ ante cibum sunt, magis his quidem citas, non tamen quales festinabundi usurpamus opere aliquo urgente. Quæ uero iocinoris meatus obstructos expediunt, eadem tarditati concoctionis conducunt. horum optima sunt oxymeli, & dia trion pipereõ, in quo nullum immistum sit medicamentum nõ familiare. ad hæc tenuatorius uictus. Hæc enim tarditatem concoctionis corrigunt, & obstructiones iocinoris liberant. Vbi uero corruptio ciborum in uentre accidit: quibus id quod corrumpitur, in aluum descendit, ijs maximum id cõpendium ad sanitatem est. quibus uero non descendit, ij prouocandi ijs sunt quæ leuiter deijciunt: cuiusmodi sunt diospoliticon, uticę cum pari cum reliquis pondere nitrum immistum habet, & quod ex ficis & cnico componitur, aliaq; quæ ex cnico uel epithymo conficiũtur. Porrò ijs qui ita sunt affecti, etiam uomitus ante cibum conducit: uomitus autem uini dulcis potione prouocatus. Consulendum uero his est ne quod fumidum, aut male olens, aut deniq; facile corruptibile nutrimentum accipiant: sed quæ boni succi sint, (medici euchyma uocant) potius eligant. Scriptum uero de his alibi est in ijs quæ de boni maliq; succi cibis prodidimus: præterea in illis tribus quos de ciborum facultatibus inscripsimus. Per commodum uero ijs qui ita se habent hominibus est & si ex conueniente interuallo aluum subducant per ea quæ modice purgent, cuiusmodi est quam medici dialoes picran græce uocant. Si uero longo tempore uitiosum succum augeri sinas, grauis quispiam morbus ipsis incidet. Sanè possunt eiusmodi sibi curam impendere ijs diebus quibus publicum aliquod festum celebratur, quo nimirum liberi à seruili ministerio sunt. Verũ multi per intemperantiam adeo nihil agunt quo quod uitiosum in corpore collectum est corrigant, ut etiam magis ipsum accumulent, dum uitioso uictu in ipsis festis utuntur. Quo fit ut alijs eorum diutini morbi incidant, à quibus tota uita explicare se nequeunt, (cuius generis mala sunt & podagra, & articularis morbus, & calculus): alijs acuti, sed qui uel singulis annis infestent, uel certe alternis omnino. Aliqui uero etiam bis ita in uno anno laborant. Ars uero quæ sanitati tuendæ præsidet, ijs qui sibi paruerint, constaturam sanitatem promittit. Qui uero parere recusant, ijs perinde est ac si omnino non esset. Recusant autem alij, ab ipsa in præsens uoluptate uicti, quos incontinentes intẽperantesq; nominant: alij ambitione, quam græci hodie κενοδοξίαν, id est, uanam gloriam uocãt. quorum is erat qui quiduis potius sustinuisset, quàm picem sibi toto corpore continenter illini, suadentibus id medicis pro gracilitatis remedio. hæc eñ nonnullis propter totius corporis in sicci frigidiq; excessu intemperiem oritur, nonnullis uero propter digerentis in corpus, uel nutrientis, uel etiam ambarum facultatum naturalem imbecillitatem. Porrò omnibus qui ita sunt affecti, auxiliatur unguenti genus quod à græcis hodie dropax dicitur, utpote quod & distribuendo in corpus alimento, & nutritioni cõducit. Et sanè multos ex ijs qui prius graciles fuere, uidere licet hoc remedio obesos redditos, potissimum quibus digerendi facultas infirma erat, nutriendi uero firma, sed quæ per aptæ materiæ penuriã affatim nutrire non potuit. quod ei nimirum ex deducendi in corpus alimenti defectu, incommodum accedit. Verum aliqui per ambitionem (ut dixi) ne sicut delicati, aut qui formæ plus satis indulgent, picem ungi uideantur, refugiunt eiusmodi auxilium, atq; aliud quippiam sibi à nobis excogitari gracilitatis remedium iubẽt: cum tamen nullũ sit quod huic possit æquari. prodesse tamen possunt etiam hæc, si ante balneũ manu nec adeo molli, nec rursus aspera corpus perfricES quoad ruborem contrahat: deinde dura frictione non multa cutem cogens, densam eam durãq; efficias: ab his, si mediocri exercitatione usum, ac lotum, citra tamen longam in solio moram hominem abstergeas ad iam dictæ frictionis siccæ formam: mox ungas oleo exiguo, ac cibum offeras. Quippe studium in his est, ubi bonum sanguinẽ in corporis molem attraxeris, ut tum nutricẽ uim firmes: tum ne quod attractum est exhalet, prospicias. Ac firmatur quidem nutriendi uis excitato in carnibus calore. Non exhalabit autem qui attractus in has sanguis est, si oleo unxeris: utpote qd emplastici medicamenti uim habet. Quòd si ætas non reclamet, etiam si frigida lauatione unà cum prædictis utetur, magno fruetur commodo. Contra uero in ijs qui immodice sunt obesi, minuenda digestio est: augẽda uero corporis exhalatio. Porrò minuetur digestio assidua uentris deiectione: nempe assuefacientibus nobis nutrimenti instrumenta, quæcunq; continent, ea statim pessum impellere. Corporis autẽ exhalatio inaugebitur celeri exercitatione, cuius generis cursus est: præterea unguentis ijs quæ euaporandi uim habẽt, fricando quàm plurimum. Sanè frictionem mollem esse conueniet, ac quæ laxum corpus efficiat. Ipse nanq; præpinguem quendam paruo tempore ad mediocritatem carnis reduxi: celeri primum cursu uti cogẽs: dein sudorem linteo uel molli admodum uel admodum aspero detergens: ab ijs unguentis euaporantibus, quæ hodie acopa medici iuniores uocare solẽt, largissime perfricui: ac post eiusmodi frictionem ad balneum perduxi: à quo non protinus cibum dedi, sed quiescere interim iussum, aut etiam consuetum aliquod munus obire, rursus ad balneum secundo egi: postea ciborũ multitudinem qui parum nutrirent, apposui, eo consilio, ut saturarent illi quidem, cæterum exiguum nutrimenti in totum corpus summiterẽt. Sed & alias quæ totum occupant corpus intemperies simili ratione corrigere conueniet: primum eorum quæ agi oportebit, inuento scopo: mox materijs quæ ea præstare queant. Nam nunc compendio sermo omnis semel peragatur ad eos qui tum frictionum, tum exercitationum, tum balneorum rationes memoria tenent, itemq; ciborum, & medicamentorum. Ac de frictionibus exercitationibusq; in hoc opere supra est dictum: de cibis uero alibi, atq; etiam de medicamentis. Quippe doctrina quę methodo, id est uia rationeq;, traditur, cum communia generaliáque complectitur, ad multa particularium tum facile recordabilis, tum uero compendiaria efficitur. Ego uero cum non tantum uniuersalia ponam, sed etiam particulariũ exempla his apponam, absolutissimam me arbitror tradere doctrinam. Iam ad inæquales corporum status accingi tempestiuum uidetur. Ea porrò etiam ualetudinaria omnino sũt. Sanè inæquales status trifariam fiunt, prout compositio corporis nostri triplex est. Vna ex primis elemẽtis, ex quibus constant ea quæ Aristoteles ὁμοιομερῆ, id est similares partes nominat. Secunda ex his ipsis similaribus: quæ ipsa quoq; rursus sensibilia dissimilarium partium elementa sunt: ex quibus instrumentalium compositio consistit. Tertia ab his totius corporis compositio ex ipsis instrumẽtalibus est: ac facillima quidem tum ad discernendum, tum uero ad curandum tertia est. difficilior secunda. maxime lubrica prima est. Commodius ergo à tertia incipitur, quæ faciliorem se & ad cognoscendũ præbet, & ad custodiam, ut statim in capite (neq;

enim alienum est ab eo cœpisse) quod intemperatæ naturæ sit, adeo ut multa excremẽta gignat, un de lædi subiecta membra contingat, in quodcũq; excrementa procubuerint. Ac promptissime quidem rin os & nares impetum excrementa faciunt, decidunt uero & in oculos, nõnullis etiam in aures. Sed excrementi os decursum tum gula excipit, tum aspera arteria: appellant hanc Græci & βρόγχον. cuius summa pars quę ori coniungitur, (λάρυγξ autem Græce dicitur) instrumentum est uocis: ut in libro de uoce est indicatum. Ergo is larynx ab ijs quæ capite decidunt madefactus, principio quidem raucam uocem facit, procedente uero tempore paruam. Si uero longius etiam procedit malum, totam adimit. Quippe cum larynge artería quoq; ipsa unà humectatur. Quòd si acris fluxio sit: non solum ad uocem ineptæ prædictæ partes fiunt, sed etiam grauissima quædam erosio his accedit: quæ talis est naturæ, qualis sunt quas subinde in cute citra externam causam læsa factas uidemus. Ita uero & pulmo his exulcerat, & morbus tabes dicitur, Græce φθόη. At si in gulam & uentrem fluxio feratur: quæ quidem frigida est, in frigidam intemperiem corpora mutat. quę calida, in calidam. hæc uero etiam exulcerat spatio. Interinitia uero appetentiam & concoctionem labefactat. At frigida quidem fluxio tarditatem concoctiõis, & cruditatem, & acidos ructus creat. quòd si etiam corrupta sit, alimentum quoq; in corruptelam uertit, quæ uel fumidos, uel acidos, uel alterius cuiusquam dicibilis indicibilisue qualitatis ructus emittat. Si uero inferius se noxa recipiat: & ieiunum, & crassius intestinum, quod colon uocant, affligit. Quinetiam uasa quæ sunt in mesenterio, & per quæ fit in iecur cibi digestio, tangit. Ac nonnullos quidem desiderium appetitus excipit, alios appetentiæ à natura alienę, quas caninas appellant, aut etiam uitiosi cibi cupiditas, qualis grauidis quas κισσώσας Græce uocant, accidit. Sanè non latet uuam quoque, et paristhmia, & parulides, & antiades, & dentium erosiones, & ulcera & putredines in ore, saniem hanc quę à capite in ipsa decidit, consequi. Ac pleraque medicorum pars aut columnellam incidunt, aut medicamenta quibus expui faciant quod in pulmonẽ per asperam arteriam defluxit, exhibent. Alij uentri prospiciunt. Alij dentibus & ori, aut etiam ijs quæ in naribus constitere, prouident: ut de oculis auribusq; taceam, qui ipsi quoque in non paucis læduntur: cum satius (arbitror) esset ipsum malicu fontem tollere, caput ipsum firmando: aut si hoc præ magnitudine naturalis intemperantię nõ liceret, saltem illi prospicere: ab ipsa scilicet uitij specie, prouidentiæ significatione semper accepta. Nec committere ut, quod nõnulli medicorum faciunt, qui omni capiti medicamentum quod ex thapsia & sinapi cõponitur, applicant, id ipsi quoque facerent: quando si ex calida intemperie caput male habet, talia medicamenta noceant. Expedit igitur hos frequenti balneo potabilis aquæ

fouere: quo & calidos uapores qui in capite sunt, euocemus, & totum capitis temperamentum melius reddamus. Calidarum autem quæ sponte nascuntur, noxius his usus est. siquidem quæ ex his sulfurosæ, bituminosæue sunt, eæ propterea quòd calfaciunt, inimicissimæ calido naturaliter capiti sunt. aluminosæ uero, quoniam angustos habitus meatus claudunt. Solis autem ijs sponte natis citra noxam utantur, si tamen ipsis utendum, quæ utiq; dulces sunt. sic enim tutò dixeris. nam quòd utile etiam aliquid ex ipsis proueniat, id uero non perinde tutò dixeris: quando nec calidæ fortasse forent si omnis calfacientis medicamentosæ uirtutis essent expertes. Satius autẽ sit eiusmodi aquas experientia discernere: quando etiam raræ inuentu sunt: apud nos stadijs ab urbe paulo plus centum: in Prusa minus decem. Ergo quæ apud nos est in Allianis, (ita enim locum appellant) unius tota rationis est, atq; ex uno fonte manans. quę uero in Prusa est, [diuersæ.) Item diuersus medicamentosæ aquæ fons, æque ut apud nos, in Licetis. Quibus uero caput uehementer calidum æstuásque est, ijs præstat æstatis tempore rosaceo perungi: quod ex rosis tantum ac sine frondibus sit confectum. Atq; in hoc ipso genere illud præstantius est, quod ex crudo oleo (quod omphacinum & omotribes Græce uocant) iniectis rosis componit. Quod lõge etiam melius est si salis omnino sit expers. Sunt capita quæ propter arteriarum temperamentum in uertigines (quæ Græce scotomata uocant) & capitis dolores incidunt: in quibus etiam arterias incidere solemus. Sed hoc genus propositæ artis limites egreditur. Quæ tamen ex nimis acuto neruorum sensu assidue dolẽt, qui à capite orti pluríma sui parte, os uentris texunt, pars etiam ad reliquum uentrem descendit: his sanè mederi propositæ iam artis officium est. potius tamen consilium est, id agere quo minus hæc ullo modo incidant, cauendo ne aut bilioſus humor in uentrem prorsus confluat, aut quàm celerrime inde expellatur. Atq; ut ne prorsus quidẽ confluat, consuleris, si citius cibum exhibeas. Vbi enim totius corporis bilioſius temperamentum est, uenter imbecillus: utiq; cibo qui uentrem roboret (eustomachum Græce uocant) firmari postulat. Vbi eñ ita non prospicitur, defluunt in eum quas corpus aceruat, superuacuæ sanies, quos Græci ichores uocant. Ex quarum uapore non solum capitis dolores nonnullis oboriuntur, sed etiam suffusorum, quos hypocheomenos uocant, symptomata. aliquibus uero & comitialis conuulsio. Horum itaq; omnium uniuersa uictus ratio ad frigidius potius humidiusq; mutanda est. Quod autem in uentrẽ confluit, id uomitione ac uentris solutione expellendum est. Stomachus uero cibis quidem quotidie prius quàm bilem contrahat, firmandus. purgetur uero medicamentis ex maiore interuallo, absinthij coma, & compositione ex aloe, quam picran uocant. quippe hæc quod altius in tunicas bilioſi uentris se recepit, expurgat: absinthio parum id præstare ualente. Est enim absinthio uis tantum detergendi, adstringendiq; ac talis quæ (ut sic dicam) sordes tunicarum uentris detergeat, non siquid altius in eo imbibitum est, foras extrahat atque expellat, sicut aloe. Quæ autem post hanc uẽtri extrinsecus admouentur unctiones, eæ modice adstringentes sunto: ut melinum, mastichinum, & nardinum, & alia id genus. Ac æstate quidem potius melinum, hyeme nardinum, uere mastichinũ. Nam id medium est inter melinum & unguentũ nardinum. hoc enim calfacit, potissimum cum amomum liberalius immistum habet. illud refrigerat. Est autem opulentis mulieribus & quod præstantius nardino unguentum sit: nempe soliatum: præterea quæ spicata uocant: quæ uentrem & roborare possunt, & calfacere. Si uero non modo caput calidam saniem uentris partibus transmittit, sed etiam uenter ipse calidam intemperiem habeat, utique qui frigefaciant tum cibo tum potione semper uti conueniet: atq; eam qualitatem in his pro temporum anni ratione intendere uarie, ac remittere: nusquam tamen ad contrariam peruenire. id quod in ijs qui medij temperamenti erant, fecimus, hyeme calfacientes, æstate refrigerantes. Ad eundem modum si utraq; pars frigida intemperie sit affecta, semper calfacientibus tum cibis, tũ potione, tum unctione utendum est: uarie tamen ea pro temporum ratione intendenda remittendaq; sunt. Porrò difficilis connexio est quoties uel in calidum uentrem frigida & pituitosa sanies defluit, uel in frigidum calida. Atq; harum duarum alteram semper expertus sum magis ad curandum rebellem, nempe in qua frigidi pituitosiq; succi in calidum decidunt uentrem. Pessimus uero is status est, cum homo ea compositiõe naturaq; est, ut nec uentrem facile solubilem habeat, nec uomere ex facili possit. Corrumpuntur enim pituitosi humores, si diu sint in uentre morati: adeo ut & ipsum erodant, & simul uitiosos interim halitus ad caput summittant. Nam si pituitosus succus à capite in frigidum natura uentrem decurrat, facile his succurritur, si mane aliquid simplicis medicamenti sumpserint quod dia trion pipereon dicitur. Sed & piper solum ad exactum contritum leuorem aquæ mistum bibere his licet. Ad quem usum meli us stomachoq; aptius album piper est. Porrò absinthij potio his est aduersissima, ut quæ pituitosum succum ipsorũ uentri affigat, cum detergendi uim non habeat, quæ adeo sit æstimanda. Sed nec aloe ualde his conducit: cum ei bilioſi trahendi humoris facultas sit: eoq; excogitata salubriter est compositio quam picran uocant: quę acrimonia caloreq; eorum quæ in se habet, crassos & lentos succos dissecat ac deterget: cuius generis cinnamomum est. Verum assidue uti hoc medicamẽto non licet, sicut dia trion pipereon, aut dia calaminthes: quibus etiam si quotidie utatur quem frigidus uẽter infestat, nihil incommodi ex his sentiet. In totũ ergo ad aloes drachmas centum, reliquorum cuiusq; conijciuntur drachmæ sex, quæ ipsa quoque sex sunt

sex sunt. Atq; hæc est picra quam Romæ omnes præparant. Ego uero etiam alias duas compono: atq; in altera, eorum quæ calfaciunt, plus: in altera minus conijcio. At plus quidẽ reliquorum immiscebimus, si de aloes solius pondere detrahemus, sic uti illius drachmas octoginta, reliquorum cuiusq; addamus sex. Minus uero, cum aloes modũ augebimus, uiginti drachmis adiectis: sic ut centum uiginti eius drachmis cæterorum cuiusq; adijciamus sex. Miníme uero latet & quod in penuria cinnamomi ponẽdum pro eo sit optimæ casiæ dulplum: quam aliàs ea esse uirtute nonnulli putant, ut nihil ab inualido cinnamomo absit. Nam à generoso etiam talis casia longe superatur. Verũ sicut in boni panis inopia, uel uilissimo uescimur: sic in cinnamomi penuria, exquisitissima utemur casia. Ac in quibus quidem uẽter aut frigidus est, aut etiam temperatus, cæterum ad frigus propensior: ijs aptum medicamentum est quod dioſpoliticon uocant. Quod ipsum quoq; dupliciter consici assueuit. ijs qui aluo sunt adstricta, nitro qđ Bernicarium uocant, cum cumino, ruta, & pipere, pari põdere admisto. pro ijs qui soluta sunt, dimidio. Conuenit nanq; ab hoc medicamẽto & pituitam extenuari, & spiritum flatulẽtum expelli. Grauis autem nec facile tractabilis complexio est uentris, qui intemperanter calidus sit, cum frigido capite. Quæ enim in uentrem defluit pituita, dia trion pipereon ac dia calaminthes eget, etiam cuius modo mentionem fecimus dioſpolitici. Os autẽ uentris ab ijs quæ calorem accendunt, offenditur. Ergo in ijs qui ita sunt affecti, id agendum, ut pituitã dissoluere detergeasq; ijs quæ haudquaquam calfaciunt: quod genus oxymeli esse nouimus. Iam lubrica atq; ad curationem difficilis cõnexio est ubi tales partium affectus coierint, in quibus os uentris (quem stomachum uocant) imbecillum est ac nauseosum, uenter autem ipse retinetur. Quippe quæ hunc lacessunt, stomachũ omnia subuertunt, ita ut in summo eius cibi natent, & nauseam subinde excitent. His necessario incidit ut cibum parum belle concoquant. Quòd si contra illis ea quę stomachum firmant, exhibueris: etiam in tertium quartumq; diem ipsis uenter sistitur. Huiuscemodi igitur hominibus unicam uictus rationem conuenire animaduerti: nempe ut primo loco olera cũ oleo & garo, aliaq; quæ uentrem mollire solent, sumerent: post iustum autem cibi modum, aliquid eorum quæ stomachum roborent, acciperent. Ea sunt mala & pira & punica. Quippe aliqua sũt horum generum quæ citra acorem adstringant. Ipse autem qui affligitur, omnibus seorsum usu exploratis, quod miníme noxium iucundissimumq; inuenerit, eo utitor. Non multũ autem de horum singulis est sumendum: sed quantum (ut dixi) imbecillitatem stomachi reficiet. nam eiusmodi horum usum uentrem soluere, experientia comperi. Atq; in totum magis qui ita sunt affecti desident, si quid adstringens post cibum sumpserint, q̃ si eo prorsus caruerint: propterea quòd os uentris iam robo ratum, & trudit deorsum quę in summo natant, & cum his unà quæ in toto superiore sunt uentre: tũ uero ipsũ ciborũ momentũ intestina quoq; excepũ seruant, ipsa quoq; impellẽtia quę à superioribus acceperunt. Videtur eñ ipsa tum impellendi, tum expellendi uis, etiã si à sede ipsa aliquid sursum impulerit, ipsum motum longissime tueri: quamuis præter naturam sit eiusmodi in animalis corpore transitus. Cęterum ita se habere ut dicimus, cuiuis intelligere licet, si quod sæpe nobis accidit, ad memoriã reuocet. Nam mordax interim humor in loco aliquem sedi uicinum receptus, ad expulsionem sui nos irritat: quem tamen cohibere propter ciuilia negocia coacti, nec ab his expediti eum expellimus, & facta conuersione eius, caput inde dolere sæpenumero sentimus. Optima igitur ratione tametsi lubricantes cibi stomachum innatant, austera sumpta ubi superioribus uentris partibus robur addiderint, principium deorsũ ferendi ijs quæ in eo continentur, suppeditant. Id ferendi principium intestina tum excipere, tum ad imum usq; extum seruare solent. Atq; cum satis de his hactenus sit dictũ, ad aliam inęqualem cõpositionem transire par est. quę nulli dictarũ in malitia cedit: utiq; in qua reties calculũ gignunt, aut tophos, quos græce πώρους, aut quomodocũq; aliter uocãt. totus uero corporis habitus gracilis est. hi nanq; medicamenta uictumq; quę extenuare possint, requirunt. At ea gracili corpori sunt inimicissima: adeo ut quidam qui propter renum uitium usus his fuerat, ubi digitos deterius moueri sentirec; sensit, & ut ipse locutus est, ueluti cauum quiddam sonantes: communicauit rem medicis, primum in Campania, ubi ipse agebat. hi, tãquam eo affectu laboraret qui paralysin, id est resolutionem neruorum minaretur, medicamentis quæ ex euphorbio & limnesi (quam etiam ἀλλαχην uel ἄλλαχον Græci uocant) utebantur. Vt autem affectus ei in deterius cessit, & symptomata cum uehemẽti dolore ad superiores partes semper ascenderent: mihi, qui id temporis in Campania forte eram, rem indicauit: opemq; rogauit. Ego uero eum ex ijs medicamentis quæ memorauit, siccatum, in hunc affectũ uenisse intellexi. Quærentiq; qua maxime uictus ratione siccitati suę citra renum noxam mederi quis posset, ptisanæ cremorem excogitaui, & pisces tũ saxatiles, tum qui in alto mari degunt, aliosq; in quibus nihil esset glutinosum. Simili modo & ex uolatilibus quæcunq; similem carnem habẽt. Porrò multæ ex montanis uocatis uolucribus, tali sũt temperamento. Quas nanq; in urbibus conclusas caupones qui eas uenditant, humido ac copioso nutrimento impinguant: aduersissimę his sũt. Optima uero ijs qui ita sunt affecti, caro est ut ex auibus, perdicum, proxima attagenarum, & sturnorum, & merularum, & turdorum. Quòd si montanarum auium copia non est, de ijs quæ in agro uiectitant, & gregalibus columbis qui in turribus nidificant, sumere licebit. Itemq; passerculos qui similiter in turribus nidificant. pyrgitas Græci uocant

cant. Sunto autem in æditis locis eiusmodi turres. Ita nanq; & gallinis & gallinaceis qui in corte aluntur, uti licet. Lac uero sic affectis reliquorum quidem animalium est prohibendum: unum uero asininum concedendum, propterea quòd cæteris omnibus est tenuius. Ac ut uno uerbo dicam, mediam esse conuenit inter extenuantem impinguãtemq;, uictus eorum rationem. Particularem uero quæ his cõueniat materiam, tum in ijs libris scripsimus qui suntde ciborũ uirtutibus editi, tum in eo in quo de euchymia & cacochymia præcepimus. Adeo superuacuum est hoc loco pluribus morari: cum id tantum dixisse sit satis, de toto horũ corpore nutriendo curam habendam per eam quam supra comprehendi uictus rationem, ubi de eo sermonem feci qui quiduis potius sufferre uoluit, quàm pice illini. At si obesus sit quem calculus infestat, audacter huic tenuem uictum iniungito. Eadem & ijs qui articulorum uitijs laborant, cõuenire præcepta censebis. Quippe ipsi quoq; medicamentis arthriticis podagricisq; ebibitis, si carnosi, & crassi, & pingues sunt, nullum sentiunt incõmodum. sin graciles, non modo totum corpus, sed etiam pedes ipsos, interim uero & manus, si hę quoq; prius male habebant, in grauissimum statũ siccando perducunt. Scire tamen licet podagrica hæc antidota multum à nephriticis distare, non in eo modo quòd crassos glutinososq; succos attenuent, uerum etiam quòd calfaciant & siccent. Nam calculosis quæ ualde calfaciant, dari nullo modo conuenit. Quoniam uero dictum abunde de talibus omnibus est in opere quod de medendi ratione conscripsimus, præterea in ijs libris quos de medicamentis edidimus: (qui ipsi duplices sunt. qui priores ordine sunt, de medicamẽtis simplicibus. qui posteriores, de compositis) profecto nec omnino nihil, nec prolixius meminisse de his conueniebat: propterea quòd eiusmodi corpora inter ea quæ exactam sanitatem habent, & quæ iam ægrotant, medium statum obtinent. siquidem ea pars artis quæ instantem morbum declinat, (prophylactice Græce dicitur) affectis ad hunc modũ corporibus consulit. Nemini enim ex ijs qui corporis habitum inculpatum habent: aut medicamenta bibenda, aut tenuante uictu utendum cẽsemus. Sed qui pro naturali imbecillitate aut corporis totius, aut partium quarundam, ex leui causa læduntur: hos ad prædictæ prospicientis partis uictum traducendos censemus, atq; à suspecto sũmouendos: quem tamen nemini esse noxium uidemus eorum qui naturali corporis bono sunt habitu, & modice laborare non grauantur. Verum qui ex leui causa afficiuntur, ita ut magnis morbis assidue uexẽtur, ueluti comitiali, uertigine, (quod scotoma Græce dicitur) capitis doloribus, item alijs in quibus caput subiectis partibus symptomatum occasio est, quarum sunt dẽtes, gingiuæ, columnella, uno uerbo omnes quæ in ore & faucibus sunt partes, ad hæc aures, & oculi, & stomachus, & uenter, & spirandi partes, nempe summa arteria quę larynx dicitur & aspera arteria, & pulmo, & thorax: his uictus communis scopus est, caput ipsum ante omnia & quàm accuratissime minus opportunum ad uitia reddere: mox etiam afflictis partibus prospicere: modo tamen ne ignoretur hoc ipsum quoq; alia determinatione egere, utiq; hac, Non omnes quæ læsæ sunt partes, esse roborandas. Optima uero determinatio est quæ ex usu earum petit. quippe oculorum & aurium permagnus est usus. Iccirco decidentibus in has à capite excrementis, deriuatio per uicinas partes (paracheteusin Hippocrates uocat) molienda est, ac ad nasum potissimum trahenda quę in has partes feruntur. Sin ad nasum non sequuntur, in os ipsum: utiq; per ea quæ pituitam eliciunt, (apophlegmatismata Græci uocant) sicuti ad nasum tum per ea quæ sternutamẽta mouent, tum quæ eius obstructiones aperiunt. Oculis uero ipsis robur adijcies, si ficco collyrio quod ex phrygio lapide componitur, utare, ac sic palpebris specillo inducas, ne oculi membranam intus contingas. ita nanque mulieres quotidie faciunt cum stibio oculis gratiam conciliant. Ad aurium uero robur, uel glaucium solum super cote tritum cũ aceto, mox tepidũ per specillum blande insusum, aut etiam per instrumentum illud quod publice in usu est, & oricularium clysterem, Græce ὠτόγχυτα uocant. ubi uero satis firmatæ sunt, ita ut nihil in has confluat: assidue instillandum optimi nardini unguenti aliquid, id olim duntaxat Laodiceæ in Asia præstantissimum fiebat: nunc uero & in alijs sit urbibus. Robur autem auribus uel magis afferet, ijsdemq; proficiet collyrium quod diaglaucium, propterea quòd glaucium recipit, uocant. præterea diarhodon, & crocodes, & nardinum, & quod δι' ὄινου Græce dicitur, præterea ex unguentis ea quæ Romæ opulẽtis mulieribus conficiuntur, quæ foliata & spicata uocant. Quòd si larga fluxio & sanies assidue in aures à capite feratur, & exulceratio iam facta sit: sanè exulcerationi Andronis medicamento & similibus medebere. Inter autem id agẽdum, auertere materiam ad nasum & os debebis: quo facto iam comprensis uteris. Veluti autem ex ijs quæ à capite defluunt, identidem læduntur aliqua eorum quæ illi subiecta sunt: sic ex iocinore, & renibus, uel liene, in alias partes quæ ipsis sunt imbecilliores, morbi incidunt. Siquidem demonstratum in ijs commentarijs est qui sunt de naturalibus facultatibus inscripti, singulas partes trahendi facultatem habere proprij sibi ac conuenientis succi: quem alterantes adsimilantésque abutuntur ad nutrimentum. Rursus aliam facultatem habere qua quod superuacuum est, expellere in uicinum desiderent. Ac siquidem ipsa quæ uicina particula est, corporis habitum firmum habeat: quod sibi obtruditur, utique non admittit, facitque ut in ipsa solum quæ primum affecta particula est, dolor usque subsistat. Sin imbecillior sit quàm illa unde excrementum mittitur: admittit illa quidem: cæterum ipsa quoque ad imbecilliorem quampiam à se rursus transmittit: atque hæc rursus ad aliam donec in eam procũbat, qua imbecillior nulla sit reliqua. Atq; ad hunc quidem modum, quorum nulla uictus sui cura est, alius alia parte assidue uexatur. Qui nihil colligunt superuacui, ijs manent imbecillæ partes semper in tuto. Cuius rei euidentissimum argumẽtum est, quòd aliqui sex mensibus pluribus ue infirmis partibus laborant: cum si sola imbecillitas ipsa id efficeret, perpetuo laboraret infirma pars, ceu cui ægrotatiõis causa nunquam abesset. Nunc quoniã perpetuo non laborat, manifestum est aliud quippiã interuenire quod eius affectus gignẽdi sit occasio. Quod certe aliud nõ est quàm quod uel quantitate uel qualitate redundat. Atque hoc ipsum quod redundat, aut per totum colligitur corpus, uocant que eum affectum Græce plethoran. aut in parte aliqua principe, sed quæ alioqui natura sit imbecillior. Id uero aut in ipsa manens, aut se in imbecilliorem quampiam natura recipiens, noxam ingerit. Illud ergo ante omnia considerandũ definiendumq; est, propter ne semetipsum perpetuò laboret membrum, an propter aliud quod prius ipso sit affectum. Atque extrinsecus quidem nonnunquam imbecillæ parti noxa incidit ex eo quòd refrigerata, aut contusa, aut uulnerata, aut lassata est. plurimum tamen ex uictus ratione, quæ redundantiã uitiosum ue succum contrahit. Attendere itaq; magnitudini naturalis infirmitatis membri conueniet, hac prius discretione usum: ac tenuiorem quidem homini uictum quàm prius exhibere: tum idoneam exercitationem iniungere: cauere uero nequid ab externis causis noxæ incidat. Postea si ab his nec ipse gracilis fiat, nec imbecilla eius pars affligatur: insistendum eidem uictus rationi est. Sin autem aut omnibus membris fiat gracilis, aut male afficiatur quod uitioso est habitu: mutare talem uictus rationem debebis: utiq; si affligitur, duorum alterum faciens, aut uictum hominis in tenuiorẽ mutans, aut certo anni tempore purgatione utẽs. Ac alijs quidẽ una quotãnis purgatio uere incipiẽte satisfacit, alijs altera quoq; post hanc autumno est opus. Ac si sanguinis quidem abundantiam corpus accumulauit, mittendus is est. Sin uitiosum succum, ua cuandus hic medicamento est quod superantem humorem purget. Quòd si ex tenui uictu pars afflicta leuatur, sed corpus emaciatur: picatione utendum, sicut antea est comprehensum, ad extenuati habitus refectionem. Sanè pessimus corporis status est & ille. Sunt enim qui genitale semen copiosum calidumq; gignunt, quod eos ad expulsionem sui proritat: postquam & uentris os illis resoluitur, (quod stomachus nõ à medicis modo, sed etiam ab alijs hominibus uocatur, ita ut à ueteribus Græce καρδίαι) & ipsi toto corpore nõ solum relaxãtur, imbecillique fiunt, sed etiam sicci, graciles, pallidi, cauisq; oculis cernuntur. Quòd si propterea quòd ex concubitu sic uexantur, ab hoc se retrahant: nõ modo capitis molestiam, sed etiam stomachi offensionẽ fastidiaq; sentiunt: sed nec ex continentia magnopere iuuantur. Accidunt enim ipsis per nocturnas imagines nõ minora incõmoda ijs quæ à cõcubitu senserunt. Horũ cum quidam mordax præcalidumq; semen inter emittendum sentire non solum se, sed etiam mulieres cum quibus rem haberet, referret: suasi homini abstineret à cibis qui semen genitale augerent: sumeret autem non cibos modo uerumetiam medicamenta quæ id extinguerent, (quorũ tradita nobis materia est in ijs libris quos de alimentis, itemq; quos de simplicibus medicamentis cõscripsimus) tum uero exercitationibus uteretur quę supernas partes potius exercerent, cuiusmodi est quæ parua pila & quæ folle fit, & quę per alteres: à balneo uero lumbos totos ungeret unctione quapiam frigida. Talia sunt & crudũ & acerbum oleũ, quod ὠμοτριβὲς & omphacinum uocant, & rosaceum, & melinum, utiq; quod ex eiusmodi fit oleo. Ipse uero crassioris substantię unctiones nõnullis compono, ne facile à corpore defluant. Est aũt compositio earum ex cera & aliquo eorũ quæ refrigerẽt. Primum autem ubi ceratum quod à medicis Græce κηρωλαῶον dicitur, feceris, dein in mortario manibus affatim subegeris, infundes refrigerantem succum, quem etiam quàm maxime cum cera sic permiscebis, ut unitas fiat. Succorum uero id genus descriptam materiam habes in simplicium medicamentorum libris. Quorum obuij maxime facillimeq; parabiles sunt et semper uiui, & solani, & umbilici ueneris, & psylij, & polygoni, & tribuli, & portulacæ. hæc uero succum nõ remittit, nisi dum in mortario tunditur, adfusum sit humoris quippiã qui tenuis aquosæq;, non lentæ & crassæ substantiæ sit, qualis uuæ immaturę est, & rosarũ. Verum hi ætate, reliquorũ non pauci etiam alijs temporibus habentur, ueluti lactucæ: qui ipse quoq; ex refrigerãtibus est. Quin etiam lini semen si in aqua coquas, refrigerantem cremorẽ efficit. Porrò gymnastarum quempiam uidimus ex ijs qui athletis præfuerat, qui athletę cuiusdam renibus plumbi laminã superposuit, quò nocturnis imaginibus careret. Idq; cum è plebe cuidam qui sic esset affectus, indicarẽ: adiutus gratias egit. Alter uero cui carnis natura imbecillior erat, nõ tulit plumbi duritiam. huic ergo suasi earum quas supra dixi herbarum aliquas substernere, ac cũ ipsis molles amerinæ frondes, & rutæ. sensit que illico ex his fructum. itaque usus deinceps assidue est. Quin ubi amerinę semine assidue uesci suasi, etiam ob id gratias egit, sicuti etiam pro ruta. Ac talium quidem materia tum in opere de simplicibus medicamentis, tum in libris De ciborum uiribus tradita est. Nuncillud uisum est sermoni necessario adijciendum, cauendas esse unctiones frigidas quæcunq; ex papauere mandragoráue fiunt. Neq; enim horum quippiã admouendum: neq; etiã cum in summo uirium sunt, herbæ ipsæ substernendæ. nam sicuti prædictis, ita his quoq; substratis uti licet. Quin rosas experiri cuidam suasi: sensitq; ex his substratis leuamẽ citra ullam renum noxam.

Sed & aliud excogitaui ijs qui ita sunt affecti non A insalubre, ueluti ex ipso usu comperi. Quippe experientia normæ uice semper habenda est eorum quæ excogitauerit: nec scribendum pro utili quic quã est, quod nõ sis expertus: nisi tamẽ hoc ipsum testeris, non esse tibi adhuc expertum. Quid ergo est quod à me excogitatum magnæ esse utilitatis sum præfatus? Nempe seruare oportere qui hoc corporis uitio urgentur, quando maxime genitalis seminis abundantiam quod excerni postulet, collegerint: ac die quopiam postquam boni succi cibis in cœna se modice impleuerint, ad somnum conuersos, cõcumbere. postero die cum satis dormierint, ac surrexerint, linteo fricari quoad rubor per cutim appareat. mox aliqua ex oleo frictione modice uti: tum exiguo interposito tempore, pa- B nis aliquid bene fermentati, & furno cocti, ac puri, ex uino misto gustare: atq; ita ad opus consuetum redire. Medio tamen tempore frictionis ex oleo, & panis gustandi, siquis locus in uicino sit, in eo ambulare, excepto si hybernum frigus sit.

Tum enim intus manere satius duco. Non dissimilem roborandi per cibum stomachi rationem & grammatico cuidã quem comitialis spasmus assidue urgebat, suasi: ac mirifice cõtulit. Maxime uero in fidutiã ueni hominis iuuandi, ubi didici tum spasmos incidere cum diutius à cibo abstinuisset: magisq; si dolor interim iráue interuenisset. Quin etiam habitum corporis eius contuebar: sciscitanticq; de hac ipsa re, stomachũ assidue bili urgeri est fassus. Omnibus uero qui hæc legent, cõmuniter C illud suasum uelim, præsertim qui tametsi medicinæ artis sunt ignari, cogitationem tamen habent exercitatam, ne ueluti uulgus, ita ipsi quoq; pecorum ritu uictus ratione utantur: quin potius usu explorent quinam ipsis cibus potusue sit noxius, quæ præterea quantaq; dimotio. pari modo & de uenere obseruent num noxia sibi innoxiáue sit: tum ex quanto interuallo utentibus noxia innoxiáue sit. Nam sicut retuli, nonnulli immodice læduntur. Alij citra noxam usu eius ad senium usq; sufficiunt. Verum hæc ambo genera rara: nempe eorum qui magnopere læduntur, & qui nullum sentiunt incommodum. Totum uero quod in medio est, id cũ maioris minorisq; discrimine ad magnum hominum numerum se extendit. quorum D qui non rudes sunt, sed ratione probe exercitata, (non enim quorumlibet est hæc nosse) ijs suadeo obseruent ex quibus lædi se iuuari ue sentiãt. ita enim fiet uti in paucissimis medicorum opera indigeant quoad in sanitate sunt. Hactenus prodideram, cum amicorũ quispiam toto opere perlecto, unum omnino restare licebat, quod superius à me relictum, post erat dicendum, nempe medicamentum quod ex malorum succo cõficitur: quod tum ad appetentiam excitandam ijs quibus ea languet est utile: tum ad concoctionem ijs qui parum feliciter cibos cõcoquunt: & in summa uentri robur cõciliat. Laudato igitur homine: quod admonuit, apposui, & compositionẽ ipsius, quæ ad hunc modum se habet: Accipies succi malorum cotoneorum quæ dulciora maioraq; sunt, ac minus acerba, quæq; nostrates in Asia Græce struthia uocãt, sextarios Romanos duos: quibus mellis optimi tantundem miscebis, aceti sextarium unum & semissem, hæc cum super prunas modice coxeris, & spumã detraxeris, immittes gingiberis uncias tres, piperis albi duas. dein rursus in simili igni recoques, donec mellis crassitudo existat. qua utiq; crassitudine stomachica medicamenta præparari solent. Hoc uero medicamẽtum etiam ijs quibus inualidum iecur est, salutare in primis est. Illud uero latere non debet, ieiunis id maxime dandum esse, mediocris mystri modo: quanquam nec si à cibo sit sumptum, quicquam lædit. Commode quoque dabitur etiam si prius pransus quispiam ante cœnam id sumpserit. Maxime tamen tempestiue id duabus horis aut tribus ante cibum obtuleris. Quòd si id adstringere magis uoles, etiam ex cotoneorum succo conficias. Cæterum sicui uenter intemperie caloris laborat, aut etiam bili quouis modo abũdat, huic afferri & piper & gingiber debebit, ac succus malorum cum aceto & melle tantum ad præscriptam crassitudinem coctus dari. Qui uero medio temperamento uentres habent, ita ut nec biliosum excrementum, nec pituitosum congerant: ijs piperis & gingiberis dimidium eius qui prædictus est modi, sat erit: ita nimirum, ut sit piperis uncia una, gingiberis una & semis. At quibus frigiditas temperiẽ uitiat: ijs quatuor gingiberis, piperis tres aut duas et semis uncias inijcies. licebit & cum ad medium modum præparaueris, in ipso usu piper addere. Atque ad hunc modum ijs quibus in diuersis mẽbris pugnantia temperamenta sunt, consulendum censemus. Quibus uero in una qualibet similari instrumentali ue parte imparitas temperamenti uisitur, de his alio opere agetur.

Claud.

CL. GALENI ARS TVENDAE SANITATIS NVM AD MEDICINALEM ARTEM SPECTET AN AD EXERCITATORIAM LIBER AD THRASYBVLVM,

IVNIO PAVLO CRASSO PATAVINO INTERPRETE.

NON alia ò Thrasybule de proposita à te quæstione ex tempore disserui, alia uero in præsentia hisce commentarijs traditurus B sum: id emẽ prorsus haud ignoras, me semper eadẽ de eisdem asserere, neque quicquam tractãdum suscipere, cuius neque methodum didicerim, neq; in ea me aliquandiu exercuerim. Inuentionis igitur initium non in hac sola nunc proposita cõtemplatione, sed etiam in alijs omnibus fuerit, ante cognoscere, quidnam est id, quod quæritur: huiusmodi uero notitia gemina est. aut enim solam rei notionem, aut essentiam quoq; percipimus: sed quo hæ discrimine separentur, ampliter in libro de demonstratiõe proditum est, ubi & alias omnes methodos explicauimus: quin & iam in præsentia ex ipso usu patescet. Hoc enim in dubium reuocato, C utrum medicę artis, an exercitatricis pars, ea facultas sit, quæ salubris uocata est, teq; meam iccirco hac de re sentẽtiam efflagitante, cum plerunq; ad medicos gymnastasq; de hoc ambigẽtes te accessisse diceres, te mihi prius respondere dignum censui, quam cuiusq; istorum nominum medicinę uidelicet, exercitatoriæ, & salubris notionem habeas, ne forte de alijs rebus tu narrationem cupias, ego de alijs tibi sermonem faciam, atq; ita ad nomen tantum, non ad rem ipsam nostra dígerat oratio. tu quidẽ ad hoc subticuisti, me existimans de omnibus omnia dicere debere: sed non ita rei ueritas habet. multa enim sic non unum proposuisses: primum quid est medicina, secũdo, quid exercitatoria, tertio, post hæc, quid salutaris facultas, aut & id ipsum, quod potissimum quæritur, ad utram D prædictarum artiũ ista pertineat. atqui istud ipsum quartum non ita simpliciter debere proponi affirmabam, ad utram duarum artium reduci deberet, sed ita statim addendo, an propria, an domestica, an pars esset, aut quomodocunq; aliter quispiam dicere uelit: futurum enim & inde aliquod inueniendi quæsiti principium. nanq; si ita perfecte proponatur, ac per Iouem interrogetur: nunquid ad medicinã an ad gymnasticã pertinet salubris: cum trium quoque illorum nominum significatum exposuerimus, medicinæ uidelicet, gymnasticæ, & salubris: post hæc etiam quartum explicare oportebit, domesticum quid significet, & quæ sit eius dignoscendi ratio: sed hoc proprium quidẽ ipsius propositi est: at medicina quid sit declarare, quid gymnastica, quid salubris, nõ est ipsius propositi propriũ. in his tamen conuenire necesse est: quare cum unum id, qd' & tu proposueras, explicare tũc uelles, cumq; te in respõdendo trepidantẽ hesitantemq; uiderem, uitrũ quendam inter philosophos in rationali speculatione uersatos non ignobilem sermonibus nostris fortuito occurrentem respondere uolui, quod ille cum prõpte fecisset, & ad omnia probe respondisset, facile (ut nosti) proposita quæstio enucleata fuit. Atq; tunc confestim ex sermonum illorum artificio, & quòd expectatione celerius quæsitum inuentum sit, magnam te uoluptatem percepisse cognoui: & postea tu me semper magnopere precatus tandem non admodum propmtum ad hos sermones scribẽdos impulisti atq; coegisti: neq; enim unum id propositum tantummodo exquisite discussum literis cõmendandum esse putabã, reliqua uero omnia perinde examinare tempus non supererat. Quã ob rem quod ipse in me ipso facere consueui, id satis erga uos amicos fore putaui: si uiam ostenderẽ: quã quis ingrediens nõ id solum, sed etiã reliqua omnia proposita explicare ualeat. Vocatã emẽ à philosophis rationalem cõtemplationẽ quicunq; satis diligenter tractauerit, quodlibet iste quæsitum æque discutere poterit: at sine illa propositorum commentarios euoluere, nihil aliud est quàm operam atq; oleum perdere, cum neque distinguere sciat, quæ uere in ipsis, quæ falsò dicta sunt, neq; omnia inibi scripta memoria complecti ualeat. cæterum quoniam semel propositum, cuius paulò ante mentionem fecit oratio, declarare aggressus sum, iã incipiendi tempus aduenit. Si quis à quopiã interrogatus quid sit medicina, artem eam esse ęgrorum curatricem, sanorumq; conseruatricem respondeat, nónne per Iouem iste, quòd controuersum est tanquam manifestũ accepisse uideatur, medicinę partem, salubrem esse pronuncians? quemadmodum è contrario siquis medicinam laborantiũ tantum curam habere cõfirmet, alio modo & iste id, quod in quæstione uersatur, pro concesso accipiet, à medicina salubrem abstrahens: ita & exercitatoriam si quispiam sanitatis seruatricem statuat, quæsitum pro comperto habuerit: quẽadmodum & qui boni habitus eam opificẽ tradat, diuerso modo & ille ambiguũ pro certo asseueret. siue enim quis artis definitionem, siue descriptionem reddere tentat, quod dubium est, neque confutare, neque asserere sine demonstratione ausit, sed aliunde

ex con-

ex conceſſis incipiens demonſtrare conetur. nun A
quid igitur ita medicinam definire melius fuerat,
eam uidelicet eſſe, cuius finis eſt ſanitas: gymnaſti
cam uero, cuius finis eſt bonus habitus, atq; huiu
ſmodi deſcriptiones principia inueſtigationis in
ſtitueret? at ſic etiã gymnaſticæ ſalubrem, tanq; ni
hil ſit dubium, detrahemus, medicinæ uero adhuc
obſcurum & quæſitũ attribuemus. nam ſi ſanitas
artis huius finis eſt, forſitan poterit eam in defini
tionem ſermo aſciſcere, nõ præſentis cuſtodiã, ſed
creationem adeptionemq; abſentis, eius finẽ eſſe
conſtituens. hinc enim inductionibus utenti in u
tranq; partem argumentandi facultas ſuggeritur:
nam ſi eiuſdem artis officiũ eſſe, quod prius non
erat, efficere, incolumeq; quod factum ſit, conſer
uare, oſtendere uoluerimus, ædificatoriam, naua B
lem, fabrilem, atque ferrariam memoria repete-
mus: quòd ſi ad aliam opus facere, ad aliam id in
tegrum inuiolatumq; ſeruare pertinere declare
mus, textoriã, ſutoriamq; in exẽplа adducemus,
& ad has coriorum diſſectoriam, neruorumq; ſu
toriam (ſic enim eam uocãt, quæ fracta calciamen
ta reſtituit) adijciemus: ſiquidem alterius eſſe uide
tur artificis ueſtem facere, alterius eandem dilace
ratam integrare: quemadmodum & calceum face
re ad coriorum diſſectorem ſpectat, fractum au
tem emendare ad neruorum ſutorem. uerum in li
bris meis de demonſtratione probatum eſt ad de
monſtrationes ſcientiam gignẽtes inductiones ad
hiberi non oportere: quare quicunq; in illis uerſa
tus fuerit, huiuſmodi uiam aſpernabit, & alteram C
meliorem ueſtigabit: qui uero in illis ſeſe non ex
ercuerit, alterutrã, quam uoluerit, partẽ tuendam
ſuſcipiens totum diem altercandi materiam habe
bit. Medicæ nanq; arti ſanitatis creationem non
ſeruationẽ cuſtodiãq;, gymnaſticæ uero bonum
habitum finem eſſe ſtatuentibus, alia rurſum diffi
cultas non exigua ultra prædictas exoritur. coge-
tur enim puto aliquis quemadmodum ſanitatis,
ita & boni habitus, artem unam ſeruatricem, alte
ram opificem conſtituere: id ſi fuerit, duas alias ar
tes neceſſario diſquiremus, unam medicinæ ſani
tatis conſeruatricem, alteram gymnaſticæ boni
habitus cuſtodem: cumq; duplex ſit bonus habi
tus, ut alibi oſtenſum eſt, utrius ipſorum gymna
ſtica effectrix erit diſtinguere admodũ difficile ſue D
rit: nunquid naturalis, an athletici boni habitus?
non ne iam conſtat, duas alias nobis artes quæren
das eſſe? atq; ita omnes ſex numero fuerint, tres fi
nium effectrices, tresq; ſeruatrices. tribus enim fi
nibus poſitis, ſanitate, bono habitu naturali, bono
habitu athletico, ad hunc numerum artes aſcende
re neceſſe eſt. uerum enimuero cum diuerſis arti
bus opus ſit, eo quòd boni habitus inter ſe & à ſa
nitate differant: ita & gemina ſanitas cum ſit, una
ſecundum habitum, altera ſecundũ affectionẽ ap
pellata, geminas & artes eſſe neceſſe fuerit: neque
enim plus ſanitatem ſecundum habitũ, minus ſa
nitatem ſecundũ affectionem bonus habitus ex
cellit. Huiuſce rei notitiam perfectam habueris
iſtorum cuiuſq; diligenter naturã contemplatus,
contemplaberis autem ad hũc ſanè modum. ægro
tantium alicuius, eorum, quos ſæpius uideris, ti
bi in mentem ueniat, qui grauiter morbo labora
uerit, proxime uero cõualuerit: iſte emaciatus cõ
ſumptusq; eſto, et ad motiones imbecillus, ut alijs
ipſum ferentibus egeat: iſte medelam planè am
plius morbo iam ſolutus non requirit, ſed refectio
ne ipſi uiribusq; opus eſt, ut robuſtus pariter ad
naturales actiones obeundas euadat, & externas
iniurias illeſus ſuſtineat. nihil enim dubij eſt, quin
ita affectus, ut modo afficitur, nunc primum ægri
tudine liberatus æſtum, frigus, uigilias, cruditatẽ,
aliud ue quicquam ferre nõ ualeat, ſed quantum-
uis leui noxa pulſatus, utpote nondum tutum fir
mumq; ſalubrem ſtatum adeptus, in ægritudinem
ſit relapſurus. cũ uero ſtabilior atq; in habitu fue
rit, nondum tamen in bonum habitum euaſit (hãc
enim particulam, bonus, accipiens, tũc bonus ha
bitus efficietur) ſed iam mẽdoſa affectio inutilisq;
eſſe deſijt. non poſſe enim ſatis pro uitæ cõmodis
exerceri, ac facile quibuſq; iniurijs uiolari, men-
doſa inutilisq; affectio eſt: quòd ſi neq; actiones
impediantur, neq; ſit iniurijs facile corpus obno-
xium (talis uero eſt ſecundum habitum ſanitas)
non amplius mendoſa eſt, atq; ad humanas actio-
nes inutilis, ſed illud laudabile atq; perfectũ non-
dum adepta: adepta uero tunc fuerit, cum non ſo-
lum haud debiliter operabit, ſed robur præterea
quoddam inſigne acceperit. ſanitas nanq; ſecun
dum habitum inter ſanitatem ſecundum affectio-
nem & bonum habitũ actionibus media eſt: nam
ſanitas in affectione debiles actiones producit, bo
nus habitus firmiores: ſanitas autẽ in habitu non-
dum quidem firmas, non amplius autem debiles.
atq; ita manifeſtum eſt, cum medio ſit in habitu ſa
nitas, ipſam in totam uitã magis, q; ſanitatem in
affectione, licet ſummam uirtutem non habeat,
conducere. ſolo enim bono habitui ea cõceſſa eſt.
atq; tu ſecundum ordinem quendam iſta cogita:
primum actionis noxam, quod in morbo fit: alte-
rum extra noxam quidem poſitum, ſed propter
imbecillitatẽ inutile, quod in ſanitate ſecundũ af-
fectionem cõſiſtit: tertium imbecillitate liberatũ,
non tamen adhuc robuſtum, quod ſanitas in habi
tu poſſidet: quartũ ceu quædam actionum uirtus
bonus habitus, & ſummitas, ipſarũq; perfectio ex
quiſite bonus habitus eſt. Ars igitur ad ſalubrẽ ha
bitum hominem perducens altera utiq; ab ipſum
conſeruante fuerit, ſemel ſcilicet hoc conceſſo, di
uerſorum finiũ artes eſſe diuerſas, & ſingulorum
geminam, effectricem unam, alteram conſeruatri-
cem. ex quo patefactum eſt finis notione uniuer-
ſam præſentem quæſtionem comprehendi. quo
circa & quæcunq; diffinitiones à fine conſtituun-
tur, non exiguas ambiguitates pariunt. Itaq; me-
lius forſitan fuerit ad ipſam artis eſſentiã tranſeun
tem illam inquiſitiõis principiũ facere: quid igit
eſt medicina? ſalubrium inſalubriumq; ſcientiam
quis eſſe reſponderit. uerũ & iſte nimis audacter
ſalubre

ſalubre, tanquam ſcilicet medicinæ partem acce- A
piſſe uidebitur: unde contrariæ factionis nonnul-
los ægrotabilium tantũmodo ſcientiã medicinam
eſſe dicturos exiſtimo. at iſti primũ ignorant con-
trarium omniũ unam eſſe ſcientiam, & quicunq;
ægrotabilia nouerit, hunc & ſalubria non latere
neceſſe eſſe. iſtud uero eorum captu maius omitta
tur, & ſecundum eorũ, quę ignorant, explicemus,
quòd uidelicet fortaſſe conſequitur, intra medici
næ definitionẽ non neceſſario quæſitũ includi: ſi-
quidem alicui æquiuocationem diſtinguenti, po-
ſtea medicinam corporum ſanitate fruentium, no
tarum indicantium, cauſarum facientium ſcien-
tiã eſſe demonſtrare licet, non tamẽ iccirco ipſam
etiam conſeruantia tradere atq; complecti, con-
tra atq; propoſitũ poſtulet. Quam ob rem huiuſ- B
modi ſophiſtica adducentes, neq; quod quæritur,
exacte percipere uidentur, neq; quodnam ſalubre
ſignum appellemus, quod ſcilicet ægrotantibus
adueniens futuram ſanitatem portendit, neque
cauſam, quæ corpori ægro adhibita ſanitatis eſt
procreatrix, qualia ſunt uniuerſa remedia, neq; q
corpus ſanitatis præditum ſalubre uocamus: quo-
rum omnium nulla cum propoſito præterquam
nominis ſocietate iunctorum medicus notitiam
habet. etenim ſanorum cuſtodiæ, medicus ne, an
gymnaſta præſideat ab initio nobis propoſita quę
ſtio fuit, quemadmodũ pauloante declarauimus,
huiuſce queſtionis iudicium in finis exploratione
uerſari dicentes: ſanitas enim an ſimpliciter medi- C
cinæ finis ſit, ipſam abſentem acquirentis, an præ-
ſentem conſeruantis nihil refert, neq; ſi acquirere
quidem medicinæ ſit, conſeruare aũt gymnaſticę.
ſic & de gymnaſtica proponi in quæſtionem po-
terit, num bonus habitus aut ſanitas eius finis ſit,
aut horum alterutrius creatio, ſiue cuſtodia. Pe-
riculum enim fuerit, ut proxima demonſtrauit ora
tio, ne, ſi unam tranſeamus, ſeptem circa humanũ
corpus artes conſtituamus: primã & manifeſtiſſi-
mam & penè ſolam controuerſia carentẽ, eam ſci-
licet quæ morbos expellit: duas alias, unam à ſani
tate ſecundum affectionẽ ad eam, quæ eſt in habi-
tu, ducẽtem: alteram in ea conſeruantẽ: duas item
alias circa bonum habitum pariter ſeſe habentes,
effectricẽ unam, alterã, quæ conſeruat: præter has
etiam duas circa bonum habitum athleticum uer D
ſantes. ſimpliciter enim alterũ naturalem bonum
habitum appellamus: nõ ſimpliciter autem eum,
qui nõ naturalis eſt, athleticum inquam, ſed cum
adiectione ſemper. quẽadmodum & Hippocrates
inquit nonnunq; ſic loquens, Affectus athleticus
non naturalis, habitus ſalubris melior: interdũ ue-
ro ſic, In his, qui corpora exercent, habitus ad
ſummum boni periculoſi. At de athleticis gymna
ſticiſq; uocatis corporibus nunc te intelligere o-
portet, non de illis, qui quomodolibet exercẽtur,
ut de fodientibus, remũ pellentibus, metentibus,
aut quippiã aliud ex naturalibus hominũ officijs
præſtantibus: ſed de illis, quibus id ipſum ſtudium
eſt, ut athleticis uiribus cõtra aduerſarios exercen
do ſeſe muniãt. quare aũt huiuſcemodi affectio na
turalis non ſit, alio loco expoſuimus. ex hac igitur
oratione quod optime ad præſens negociũ facit,
id ipſum eſt, quod proxime diximus, circa huma-
num corpus ſeptẽ artes futuras, quodq; altera eſt
exquiſite bonum habitũ efficiẽs, altera cõſeruans.
quòd uero gymnaſtici boni habitus ſummitatem
fugere uereriq; oporteat, ab Hippocrate clariſſi-
me teſtatũ eſt: ſed ſimpliciter boni habitus, qui ſe-
cundum naturã eſt, ſummũ nõ ſolum uitare non
conuenit, immo totis uiribus ad ipſum niti decet.
itaq; omnes circa corpus noſtrum artes nouẽ fue-
rint: quarum ſeptem quis laudare poterit: reliquas
duas potius uitioſas artes appellauerit: qualis &
illa eſt, quæ cõmotica Græce dicitur: Latini cõpti
uam uocant. Has igitur, ſi placet, dimittentes ite- B
rum ſeptem reliquas enumeremus, omnium pri-
mam, quam morbos pellere dicebamus, alias uero
deinceps, duas circa ſanitatem in habitu, duas cir-
ca bonum habitũ, duas circa ſumme bonũ habitũ.
iam ſanè patet, ſiquis circa corpus artẽ unum ha-
bentem finem ſtatuat, eum ad ſeptem uſq; artes ac
cedere neceſſe eſſe, nihilq; aliud hunc finem eſſe,
quàm ſanitatem. Sed melius forſitan fuerit exqui
ſitiorem de artibus ſermonem facere, illud in pri-
mis, quod nemo ignorat, memoria repetẽtem, im-
probas artes apparens bonum unicuiq; eorũ quæ
ſunt, artes autem uerum bonum cõparare: ac de-
inceps dicentem: ſi uocata comptiua adulterinam
pulchritudinem conciliat, hæc utiq; ars uitioſa a-
dulatrixq; fuerit, alteraq; circa legitimã ueramq;
pulchritudinem uerſabitur, quæ in uegeto colo-
re, carnis moderata copia, membrorũq; congrua
coagmentatione cõſiſtit, quę naturalẽ bonum ha
bitum conſequunt. ſed de gymnaſtico bono habi
tu alibi ſeorſum uerba feci: nunc aũt fortaſſe de eo
dẽ per capita loqui melius fuerit, id ſermoni prin-
cipium ſtatuentẽ. Siue enim ſecundũ naturã ope-
rari unicuiq; membrorum idem, quod bene uale-
re, eſt: ſiue id neceſſario naturalem corporis appa
ratum conſequitur, ipſumq; bene ualere nihil eſt
aliud, q; ſecundum naturam inſtructum eſſe: iſto-
rum utrumuis ſanitatem conſtituens, (nihil enim
noſtra intereſt) ſequentem orationem ita animum
aduertẽs accipito, nunquid naturali cuiuſq; mem
bri apparatu, an eius opera indigemus. mihi pro-
fecto ita perſuadeo, neminem membrũ ignauum
officioq; proprio carens habere uelle: neq; igitur
cæcutientes oculos, neq; nares odorari nequeun-
tes, neq; crura torpentia, neq; aliud quodpiã mem
brorum, aut nihil penitus, aut deprauate agens ha
bere cupiat: nullo enim eorum omnium, quibus
egemus, imperfecto egemus, neq; domo, neq; cal
ceo, neq; ſcamno, neq; ueſte, ſed ſimul egemus, &
perfecto egemus. Itaq; infirme debiliterq; ambu-
lare non petimus, neq; obtuſe cernere, uel audire,
neq; aliud quicq; deficiẽs mancũq; expetimus. qs
enim coloris bonitatẽ, carnis molem, aut abſolute
corporis pulchritudinem, robur ue, imperfectas di
cupiat? quocirca ſi actionem non deprauatam,
ſed

sed perfectam eligimus, multo minus corporis A
structuram, unde hæc profluit, mendosam labantemq; uotis exposcemus: atq; ita cum horū alterutrum sanitas sit, nullus proculdubio mutilā sanitatem, sed q̄ fieri potest absolutissimā firmissimāq; exoptauerit. Igitur si aliud quodpiā bonum habitum à perfecta sanitate quis autumet, aliā sanitati, aliam bono habitui artē præficito: sin unū atq; idē utrunq; est, unā & utriq; artem præsidere necesse est: at quomodo unū idemq; bonus habitus atque absoluta sanitas fuerit? primū si apparatum huiusce causam, eundem & boni habitus esse crediderimus, secundo ex ipsa essentia id percipiemus: bonus siquidem habitus nihil est aliud q̄ bene se habēs habitus: habitus aūt affectio stabilis est: quare cuius est habitus, eius est etiā bonus habitus. amB bo uero ad aliud sunt: dicitur itaq; aliquis grāmaticæ habitū habere, alius arithmeticæ, geometriæ alius, alius astronomiæ. & rei cuiusq; cum affectio bene adhærens altiusq; defixa fuerit, habitus nominatur. nihil aūt in præsentia referat affectionem aut habitudinē appellare. quamobrem si & eius est bonus habitus, cuius est habitus, alicuius aūt habitus est, alicuius ergo & bonus habitus erit, & eiusdem, cuius habitus. at nobis in præsentia non de geometrico, musico, aut grāmatico, sed de salubri habitu sermo proponitur. cum bonū igitur habitum dicemus, non grāmaticum, musicum, aut geometricū, sed salubrem habitū dicemus. Atqui statim id ipsum nonnulli negligunt, & boni habitus sanitatisq; nomina idem significare arbitrantC cum tamen sanitatis nomē, affectionis cuiusdā nomen sit, boni uero habitus nomē non affectionem simpliciter, sed quod in ea optimū permanēsq; est, manifestat: quandoquidē eius affectiōis, quam sanitatē dicimus, optimus habitus est bonus habitus. non igitur (idem em̄ iterum atq; iterū inculcare necesse est, cum quis multorū inueteratā ignorantiam stirpitus euellere cupiat) nō inquam affectionē, nō structurā, nō actionē, boni habitus nomē significat, quēadmodū neq; simpliciter habitus: sed habitus quidē solā ipsam permanentiā stabilitatemq; affectionis ostendit, bonus uero habitus nihil ei plusq; bonitatem adijcit: igitur ex hoc nomine habitus, & ex hac adiectione bonus compD onitur, quam omnibus, quæ laudamus, apponere cōsueuimus, quæcunq; probe & in summa sua integritate cōstituta sunt. quid igitur appetimus, aut quid nostro corpori inesse precamur? nūquid salubrem affectionē id ipsum solum? an id ipsum idem est, ac si quæras, num infirmas ædes ac propediem ruituras expetimus? aut ultra usum, cuius causa structę sunt, elegantissime quoq; cōpositas, & q̄ longissimo tempore duraturas? nemo profecto reperiatur, qui nō integre, & nō longi temporis spatio sanitate frui percupiat. quin etiā nulla omnino ars est, quæ sibi id, quod deterius est, ac breuis temporis, proponat, sed quod in eadē materia est ualde optimum, atq; longissimo temporis curriculo permansurū. id sanè omnibus actiuis artibus propositū est. neq; etiam finis planè aliud quidpiam, q̄ propositi consecutio fuerit. atq; iam ex dictis apertū est, artis circa corpus uersantis finem esse unum: propositumq; unum: siue propositum hoc quispiā integritatē nominet, siue bonū habitum, siue sanitatē, siue naturalē corporis structuram, siue naturalem actionē, aut affectionem, aut structurā, per quam integre atq; absolute has naturales functiones obimus, nihil in præsentia distinguere opus est. Siquidem unū mihi ostendendum proponitur, omnes uidelicet artes propositū finēq; appetere, finem uero uniuscuiusq; rei unum esse, qui nihil aliud sit q̄ secundum illam substantiam bonum. in uite igitur non aliud quidem finis est, aliud uero bonum, neq; aliud, præter id, quippiam ars uitium cultum tradēs speculatur. itidem & ars oleas excolere docens olearū naturæ perfectionem sibi propositum statuit. uerū enimuero una quædam res est humanū corpus: & quædam quoq; huiusce proculdubio perfectio est, quam & præsentem custodire, & absentē reuocare alicuius artis officium est. huius aūt si alterū quendam inferiorem finem cōstituam, antedictus nos excipiet sermo: erit em̄ hæc boni habitus, illa summe boni habitus, alia salubris habitus, & quarta insuper ars salutaris habitudinis opifex, & præter has athletici boni habitus effectrix quinta: q̄ si alijs quidem artibus fines inducere, alijs aūt eos conseruare permiserimus, non has modo uerū etiā alias totidem circa corpus artes uestigabimus, constituemusq;. Ex quo efficitur, neq; multa corporis bona esse ponenda, neq; aliam eiusdem opificem, aliam uero custodem artem esse statuendā: potenti sanè omnia per capita contemplari non pluribus opus est: qui uero id facere nequeat, neque adhuc omnia, quibus ante male imbuta fuerat, ex memoria deleuerit, longiore, puto, oratione indiget. illa sanè cōfutanda sunt, q̄ non unum sit corporis bonū, sed omnia hæc, sanitas, robur, & pulchritudo, quodq; ars una id procreare possit, altera conseruare, & quęcunq; alia ab his oriētia non nulli perperam decreuerūt: atq; in primis unū esse corporis bonū primarie & proprie dictū, ad quod reliqua omnia referunt, explicare melius est. alia nanq; corporis bona uocata, nōnulla ut partes illius dicuntur, alia ut causæ, alia uero ut fructus quidam. quemadmodum enim pulchritudinem iucundus color, congrua caro, membrorum cōmoderatio, & alia quædam integrant, quidni & corporis bonum ex sanitate, robore, & pulchritudine absoluatur? itē quid prohibet ipsius corporis bonum esse sanitatem, sed ueluti fructum quendam eius pulchritudinē & actionem? quid obstat præterea primū corporis bonum actionē esse, eius uero causam sanitatē? neq; per alia exquisite sanescet corpus, per alia robustū aut pulchrū euadet. statim uero id etiam exacte salubre est. Quare & ex hoc una circa corpus ars esse concluditur: eadem em̄ facientes simul & robusti ad agendū erimus, & uisu pulchriores, & salubriores, meliorisq; habitus

bitus efficiemur: quēadmodum contra, siquæ in A
corpus noxa inciderit, & actionum firmitas labascit, & pulchritudo marcescit, et bonus habitus uitiatur, sanitasq; ipsa uiolatur: hæc enim omnia merito simul augentur, simulq; decrescunt: naturalis etenim actio naturali corporis eget apparatu, a quo rationē causæ erga ipsam habente producit: quocirca illud in primis fieri nō potest, ut istorū alterū adsit alterū uero absit. ambo præterea simul augent atq; decrescunt. cumq; in melius proficiūt, hic bonus habitus, illa robur appelleť. eadē nanq; ratione robur actioni, qua bonus habitus sanitati cōparatur. utrunq; enim ab utroq; producitur, siquitq; alicuius bonus habitus est, ita & robur. naturalis nanque siue apparatus siue affectionis uirtus quædam est bonus habitus, actionis uero naturaB lis uirtus robur est. idem aūt est uirtus, perfectio, & cuiusq; rei bonū, quod illius primū atq; simpliciter bonū nominat. ambo sanè et propter eadem deteriores melioresq; redduntur: bonus nanq; habitus salubris, ut antedictum est, affectio nominatur. siquis item debiliter operetur, roboris infirmitas imbecillitasq; dicetur. pulchritudo præterea priora, posteriora deformitas, necessario comitat. Hęc planè omia simul crescūt, simul minuunt, & pficiunt simul omnia, simulq; delent. quodq; istorū unū, quicqd fuerit, statim & reliqua omia lędit: cōtrà qd iuuat, pariter & omnia iuuerit. atqui ex dictis iam unam circa hæc omnia artē necessario uersari eluceſcit: quod istorū aūt princeps simpliciterq; corporis bonū sit, nihil in presentia attinet diC cere. Sed ne id quoq; sermoni deficiat, subiungā: corporis bonum absolutissimū atq; primariū, quo egemus potissimū, actionū perfectio est, quod sanè uim roburq; defectiue enunciantes nominant: siquidem eos oportebat non uim simpliciter, sed actionū uim, neq; robur simpliciter, sed actionum robur nuncupare. deinceps uero post hoc nō simpliciter, neq; per se corporis bonū: sed quoniā in primis & per se huiusmodi bono ad sui creationē actionum robur indiget, sanitatis est bonus habitus, quem & ipsum iterū curte nominātes cauillationibus ansam prębuere: sanitatis enim bonū habitū cū dicere debebant, nō ita, sed absolute bonū habitū uocant. hūc necessario pulchritudo sequiť aliud quoddā ab illis & tertiū corporis bonū. quaD re corporis bona æque ac animæ neq; unius generis sunt, neq; similiter omia dicunť, sed unū quidē ut primū atq; per se, alterum tanq; illius causa, tertium uero ut necessario consequens. igitur cuius horū trium ars corpus gubernans primarius opifex est? num sanitatis, an actionis, an pulchritudinis? supra enim iam patuit, etiam si istorū uni tantum, quodcunq; malis, profueris, necessario cunctis tribus profueris. exempli causa si actionem iuuabis, & sanitatē & pulchritudinē necessario iuuabis, quādoquidē ea sine causa ipsam producente consistere nequit, pulchritudo uero necessario subsequiť. item si sanitati proderis, illico & actiōi & pulchritudini proderis: etenim utraq; ab ea profluit. qui uero pulchritudinē creat, iste proculdubio & sanitatē ante creauerat, si eam, itidē & actionem. Verum quod primum ab artifice fiat, sermo noster uestigare cupiebat: atqui iam ex supra positis manifeste ars sanitatē efficere uidetur, hanc naturalis pulchritudo actioq; sequatur necesse est. quod enim primū artifex cum fecerit, acquiescit, id eius planè finis est: at naturali affectiōe, per quā agimus, restituta conquiescit, ea uero sanitas erat, quam cum induxit, nihil ultra circa actionē pulchritudinem ue laborat. accedunt enim hæ uel inuito artifice, ipsisq; aditū intercludere, cum semel sanitatē creauerit, prorsus nequit. ipsam planè sanitatem impedire in ipso artifice positum est. q̄ si ipsam corruperit, naturales actiones, aut pulchritudinē corpori adipisci nullo unq; pacto ualebit. Artem itaq; corpus tuentem, qualiscunq; sit, circa sanitatem omnium primam atq; per se negotiari asserendum est, deinceps accidit, ut de actione pulchritudineq; curam habeat. neq; uero propterea hę ignobiles imperfectęq; sunt, sed perfectę cumulatæ atq; summæ. Quomodo igitur plura sint corporis bona, quomodo unū, quodq; nō omniū æque ars corporis curam habeat, sed unius per se, ex accidenti aliorū, abunde disertum est. At modo supereſt discutiendum, quare in nulla materia ars una finis effectrix, altera conseruatrix reperiatur: statimq; ab initio neq; illorum exemplum, qui in hac fuere sententia, neq; rerū præterea ipsarum naturam ipsis fauere declarabo. si alterius enim artis est calceum conficere, alterius labefactatum resarcire, nondum tertiam hic artem cōseruatricem nobis ostenderunt: pariter & in uestibus, si alterius quidem artis est, eas resarcire, alterius aūt conficere, quęnam & in his tertia sit ars conseruatrix, explicare nō poterunt. in nostris profecto corporibus uniuersimq; in his, quæ à natura reguntur, effectrix utique natura est textoriæ coriarięq; proportione respondens. uitiosum aūt corpus instaurant agricola & medicus, qui & ipsi uestes sarcienti & ueteres calceos instauranti similes sunt. uestē autem calceum ue in conclaui reponendo custodire, ne aut à quopiam surripiatur, aut à muribus erodatur, id neq; ullius forsitan artis sed solius est diligentiæ. q̄ si horum conseruatricem artem esse quidam uelint, tales apud homines artes sunt imperatoria, reiq; pub. gubernatoria, & præter has, si placet, ostiariorum, cæterorumq; custodum. ut enim ne inter hostes, aut prorsus ne inter sceleratos homines ferasq; bestias uersaremur, ædes ciuitatesq; construximus, & muros circundedimus, imperatores ac principes creauimus. sed non istarum similem sanitatis conseruatricem artem conquisiuimus: sed eam, quæ (ut puto) in humanū corpus aliquid agens nō ex accidenti, sed per se incolume ipsum ualensq; constituat. at proxime dictæ singulę non ipsæ per se sanitatē custodiunt, sed eò quia homini non iugulato, neq; à fera discerpto sanitatem seruari, quemadmodum & uitam, contigit: quocirca ex quodam antecedenti, nō primo

neq; ex sua ipsius ratione harum utraq; artium sa- A
nitatem conseruat. Igitur sanitatẽ præcipue ex sui
ratione conseruans quibus continebitur? ut mea
quidem fert sententia neq; illis, quæ non necessa-
rio corporibus nostris adhærẽt, neq; illis, quę nul-
lam in partem necessario corpora nostra permu-
tant: Sed illis, qbus, uelimus nolimus, corpus no-
strum utitur: & eorum illis, quæ iuuare aut office-
re ualeant: in ijs inquam & circa hæc tuendæ sani-
tatis artẽ uersari arbitramur. in gladios enim, aut
feras, aut laqueos, aut rupes non necessario corpo
ra nostra incurrũt: sed in ambiente aere duplici ra
tione uersantur, & quoniã corpori undiq; circum
fusus est, & quoniã per anhelitũ ducitur. somnus
uero atq; uigilia, quies item & motio in horũ nu-
mero ponitur. necesse nanq; est, aut dormire, aut B
uigilare, quiescere, aut motu exerceri. perinde esu
rimus & cibum capimus, sitimus ac bibimus, aut
inter hæc medij agimus. cubilium aũt discrimina
ac uestimentorum nõ omnia necessaria sunt. ebur
neis nanq; pedibus lectulus aut grabatus ignobi-
lis nihil sanitati prodest aut officit, neq; utilitũ aut
sumptuosarum uestitũ usus: nõ uitrea uasa, aut au-
rea, aut argentea, aut lígnea possidere, non formo
sorum seruorũ aut deformiũ turbæ dominari, aut
seruis planè carentẽ ipsum sibijpsi ministrare. ista
mehercule prodesse nobis uel obesse ipsorum ra-
tione atq; primario, aut ex accidẽti neutiquã apta
sunt. at calidus aer aut frigidus, esca & potus, re-
quies & motio, uigiliæ somniq; suis ipsorum uiri-
bus necessario corporibus nostris utilitatẽ aut no C
xam afferũt. uestimentũ quidem lacerũ hyeme ac
leue, graue aũt æstuosumq; æstate lædit quidem,
sed non ex necessitate, ex accidẽti uero frigore &
calore diuexat. Hæc itaq; quæcunq; per se lędẽ-
di iuuandiq; potestatem habẽt, sanitatis custos spe
culatur. at quomodo, quaue ratione? posteaq; sa-
tis abunde corpus inanitũ est, sensilisq; nocumen
ti discrimen impendet, alimentum sumere iubens.
postq; ultra modũ exaruit, atq; hinc iam noxæ pe-
riculum instat, potũ accipere præcipiens. item &
corpus exercens, cum nostri moderatricẽ faculta
tem robustã præstare, excrementaq; angustis mea
tibus intrusa eruere uoluerit, quietem uero impe-
rans, cum exercitatione corpus lassari, aut supra, D
quàm cõueniat, digeri senserit. aluũ præterea du-
cens, cum suppressa est: nimis aũt citatã cohibens.
aliaq; in hunc modum omnia agens. & in summa
id ante oculos habens, ut in corpore exactè sano
ac ualido nihil nouare audeat: cum uero aliquãtu-
lum moderationẽ trãsierit, cõtinuo, qđ deficit, pri
us q; latius malũ serpat, resarciat, perinde ac si sub-
tegminis fila ex aliqua ueste non simul omnia, sed
singulo die singula excidẽtia, qui huic rei præest
assidens illico reponat, adeo ut huiusmodi corre-
ctio atq; emendatio multorũ notitiã præ exiguita
te subterfugiat. talem medius fidius & benealen
tibus præfectũ artificem esse opus est minime cu-
iusq; differentiæ ac noxæ obseruatorẽ iuxta atq;
emendatorẽ. Verũ si ex toto integrũ illęsumq; cor

pus duraret, taleq;, quale ipsum ab initio creator
fabricatus reliquit, nequaq; correctore eguisset.
at nunc cum diffluat semper, atq; dispereat, aliquo
præsente obseruatore indiget, qui & quod dissipa
tur, quantũ qualeq; sit, cogniturus est, illicoq; tale
ac tantũ uicissim reponẽs instaurabit. insitũ humi
dum dilabitur, tantundẽ humoris, potũ exhibẽs,
irrigato. calidum digeritur, tantundẽ caloris addi
to. aridũ consumit, iam alendi instat occasio: ut se-
mel dicã, quod discutit atq; euanescit, ingeri pau-
latim atq; reponi, anteq; in multorũ notitiã ueni-
at, opus est. Igitur quẽadmodum si duo sint dolia
multis in locis foraminibus terebrata ambo æque
ab initio plena, pariterq; per illa spiramina hac atq;
illac perfluentia, horũq; uni quidã semper assidens
tantum uicissim ingerat, quantũ elabit: alterũ ue-
ro, anteq; ualde inanitum est, nemo custodiat, po-
stea quispiã repente superueniens semel totũ im-
pleat: clarissime cõstat doliorũ istorum primũ, ne-
que inaniri, neq; repleri, alterũ uero ambo hęc pa
ti à multis inspectantibus testatũ iri. ita quoq; in sa
nis ægrotisq; corporibus res habet. utrunq; enim
uitium ars una modo uno emendat, quod deficit
scilicet instaurans, in quanto uero non in quali e-
mendationis differentia uersat. Atqui secundum
quantũ in his, quæ fiunt, differentia ad unã artem
pertinet, q; si alterius artis esse debeat, prorsus qua
litate differat, oportet: q; si propterea geminũ esse
correctionis modũ arbitraris, q; ab uno dolio mul
tum prius effluxerit, q; artifex custos accesserit, al
terum custodẽ semper astantẽ, quæ sua bona for-
tuna fuit, nactũ plenũ conseruatur: haud recte sen-
tis. neq; enim alia ars unũ subtegminis filũ, quod
exciderit, reponit, alia, tria aut quatuor aut quin-
genta: neq; alia ars parietis particulã ruentẽ fulcit
cõmunitq;, alia magnã eius partẽ collapsam resti-
tuit. Subtegmẽ stamini intertextũ uestẽ facit. num
igitur præter hæc uestis pati, aut præter hæc emen
dari potest? opus planè est, siquid uestis damni fa-
cere debeat, aut stamẽ, aut subtegmẽ, aut utrunq;
pati, unamq; esse emendandi uiam, quę subtegmẽ
semper stamini implicet, quo eius ab initio cõpo-
sitionem imitetur. Sed singulares actiones multis
imponunt, uniuersale contẽplari nequeũtibus. id
enim rationalis methodi munus est, quã neq; didi
cerunt neq; pertractarunt isti, qui quotidie de pro
positis blacterantes disputare audent. satis eñ, si
quidem eam nouissent, ipsis foret, discipulos do-
cere, nõ infinita proposita, sed unũ discutere. nam
qui eam rite percepit, nõ amplius infinitis eget, si-
bi ipsi omnia recte diuidere ualens. at eam metho
dũ ignorãs, præterq; q; ea infinita perpẽ dicta sint, haud dignoscit, per multorũ adhuc propo
sitorum, quæ nõ audiuit, inops est. uerũ hæc stri-
ctim obiterq; aduersus eos dicta sint, qui quotidie
in proposita discipulis audientibus edisserũt, neq;
ipsi, quid dicãt intelligẽtes, quousq; imperiti inex
ercitatiq; in hac iudicatoria methodo fuerint. nã
hoc loco quo inter se artes distinguẽdę sunt? sin-
gularibus ne actionibus an uniuersalibus? an non

ita

ita, sed propositis finibusq;? aut neq; his, sed mate- A
rijs, instrumentis, principijs, & contemplatione?
quæ minime considerantes de his nugantur, quæ
penitus ignorant. Igitur & nos forsan melius fue-
rit, postq; semel id certamen conficere polliciti su-
mus, quàm breuissime poterimus antedicta repe-
tere iterum à singularibus actionibus incipientes.
Est igitur quędam singularis actio, qua utentes o
culorum palpebras consuimus, altera uero huius
minime absimilis, per quã suffusiones detrahimus,
aliæ quoq; tertia & quarta, neque inter se ulla ex
parte, neq; harum similes sunt, per quas cõfractũ
os de capite excindimus, sed in alia corporis par-
te utpote humero atq; cubito in aduersum tenden
tes atq; confirmantes deligamus: ab omnibus ue-
ro alijs actionibus longo interuallo ea dissentit, B
quæ circa herniã fit, manuaria operatio: à qua illa,
quæ circa uarices: ab omnibusq; simul antedictis
uesicæ calculi extractio, atq; horũ multa scalpello
absoluimus: at oculum sublinire, articulũ in pro-
prium situm reponere, cataplasma alicui membro
superdare, fistula quam cathetera Græci uocant,
rite uti, cucurbitulã affigere, sine scalpello quidẽ
omnia præstantur, sed inter se longissime & à pro
xime dictis euariant: quemadmodũ & uenam sol-
uere, & arteriam secare, cutẽ scarificare, & hydro-
picos perforare inter se & à modo positis distant.
atq; hæ quidem ac præter has aliæ infinitę manua
riæ actiones per se fiunt: medicamentis aũt uten-
tium porrò alterum genus est, & ab seipso, & ab
enarratis discrepans. liquidem ueratri potio, cibo C
rumq; esus nulla societate participant: neq; inedia
clysterijq; usus, neq; frictio & lauatio: ab his uero
longius distant ulcus eluere ac purgare, & medi-
camentum liquidum, item & aridũ imponere: ge-
stari præterea, deambulare, luctari, scamoniũ, aut
mulsam bibere. quorum omnium neutiq; similis
est pulsatus arteriarum caloris q; dignotio, quam-
uis extremis manibus agamus: quemadmodum
(ut reor) & humorum abscedentibus sedibus con
tentorum perceptio, aut tumorũ hydropicorum,
aut gangliorum, aut atheromatum, aut meliceri-
dum, aut steatomatum (ut Græcorum nominibus
utamur, quando Latina deficiunt) neq; enim eo-
dem digitorum iniectu, aut eadem motione & tra D
ductione & pressione, sed nonnunq; longe diffe-
rente in modo enumeratis utimur. Quamobrem
periculum est ne totũ diem absumamus nihil ali-
ud q; actionum differentias recensentes, adeo ipsa
rum numerosa multitudo est. Verum ex his abun
de quis nouerit, quanta illi erroris nebula caligẽt,
qui per singulas actiones artes esse distinguendas
arbitrentur. nullus igitur adeo fatuus, adeoq; atto
nitus est, qui à medicina modo propositas actiões
diducat, & aliã quampiam artẽ singulis ipsis præfi
ciat aut herniæ dissectoriam (ut nunc quidam no-
minant) aut calculi detractoriam, aut perforatoriã
(quam paracentetícen uocant) Etsi enim q; maxi
me hunc hernię dissectorem, illum perforatorem,
alium calculi detractorem nuncupent, omnes ta-

men istos cõmuni nomine medicos appellãt, per-
inde ut eos, puto, qui à qbusdã mẽbris, quorũ prę
cipue curã gerunt, uocitant: hos nanq; ocularios,
auricularios, dentarios (ita dicere liceat) medicos
nominãt: nõnullis à materia nomina indiderũt ci-
barios, & medicamentarios, aut per Iouem, etiam
herbarios uocantes: quidam præterea & nonnul-
los medicos uinidatores, & ueratridatores appel-
larunt, q; eos crebro talibus remedijs utentes con
spexerunt, omnibus enim (ut reor) hominibus ra-
tionalis disciplinę principia naturaliter insita sunt:
cognoscuntq; hi quidem magis, illi uero minus,
quid idem sit in actionibus, quid diuersum. id nan
que, cuius causa fiunt, idem est, sanitas uidelicet a-
pud omnes cõmunis intentio. modus aũt non o-
mnium unus, sed in numerũ ingentem excrescit.
Verum enim uero si quispiã (ut facit Plato uniuś
cuiusq; modũ & in uniuersum propositũ unũ esse
in arte statuẽs, deinde in species differẽtiasq; ipsã
diducẽs, rursus illas partes singulas artẽ appellãs)
perinde & ipse aliquã cibariã & medicamentariã
& manuariã uelit artem appellare: nihil sanè fue-
rit, quod ipsi uitio uertam. Ita etiam si modo pro
positas singulas partiens, ut dictã in ea, quæ assu-
muntur, euacuantur, & bibuntur, & exterius inci
dunt, istorum singulis propriam quandam artem
præficiat, neq; istum accusauerim: iterum si hæc
quoq; eadẽ multiformiter, usq; ad particularia par
tiatur, minime ipsum impediam, quin in his, quæ
assumuntur, aliam medicamentorũ artem esse di-
cat, aliam ciborum, aliam potionũ: quin etiam per
singula istorũ huius illiusq; cibi, huius illiusq; po
tus, atq; huius illiusq; medicamenti propriam esse
artem dicere concesserо: uerum si has inter se ar-
tes quẽadmodum arithmeticã, exempli causa, ab
oratoria, aut hanc ab ædificatoria & fabrili differ-
re autumet, non amplius illud concesserо, cũ istæ
nullum cõmune propositũ habeant, paulo supra
uero enumeratis unum cõmune propositum sani
tas scilicet. quemadmodum igitur in oratoria, quę
una est ars, aliam quidẽ exordij, narratiõis aliam,
argumentationũ perorationumq; aliã esse artem
dixero, si mihi solum id unũ unius esse artis ea si-
ue species dixeris, siue partes cõcessum fuerit: ad
eundem arbitror modum, & in medicina res ha-
bet. aliam enim artem manuariã dixero, aliam ci-
bariam, aliã medicamentariã: unum id modo mi-
hi seruetur, harum omniũ unum esse propositum.
propter quod unius esse artis particulæ cogunt:
res enim dissimillimas id iungere, atq; cõnectere,
cogereq;, ut in unã omnes artem cõspirent, mani-
festo uidet. excindit aliquis, aut abijcit putrescen-
tem particulã, alius aũt reficit, carnẽq; in cauo uul
nere procreat: cõtrariæ quidẽ res, totaq; (ut aiunt)
diametro distare uidebunt, actiones eñ longe dif-
ferunt, ipsarumq; effectus contrarij sunt: ille enim
eorum, quæ sunt, aliquid perdit, iste uero nouã ali
quam substantiã gignit: sed neutri id ipsum per se
proponitur, aut illi quicq; destruere, aut huic ge-
nerare: quẽadmodũ neq; urere aliq̃d, neq; secare,

neq; aliud quicq; ipsum propter se facere quispiã aggreditur, sed tanq; sine hoc sanitatẽ assequi non ualens, ad quam omnes diuersis tamen itineribus ingredientes properant, ob cõmune utiq; propositum omnes medici uocati, sed propter actionis, aut materiæ, aut membri differentiam, hic manuarius, iste medicamentarius, ille ocularius appellatur: manuarius ab actione, medicamẽtarius à materia, ocularius à mẽbro: cum eñ quę curanť, mẽbra, nõ parũ inuicẽ differãt, curatoresq; ipsi actiõibus, ac materijs diuersis utanť, ideò nonnulli ab actiõibus alij à mẽbris, à materijs alij cognominãtur, ocularij, manuarij, ac medicamentarij, uniuersimq; omnes à fine medici. Supra eñ explicatum est omnes artes in subiectæ substantiæ bono uersari, eiq; operã dare: quare in singulis artibus unũ quoddam primũ bonum reperiť. cęterum q; quispiam palpebras, exempli causa, bene suens perperàm medicamenta propinet, alius medicamentis optime utens rationẽ uictus non rite præcipiat, in hoc alius egregie uersatus manus nõ bene exerceat, si diuersas propterea ac penitus separatas artes opinemur, statim sanè nõ tres modo, uerũ etiam trecentas sic artes statuemus. iste nanq; fistula perite utitur, ille clysterio, alius uenã secare est idoneus, arteriã alius: deinde cum aliquis hęc omnia insigniter administrãs inuentus fuerit, rursum omnes illæ artes in unam coibunt. atqui utrunq; uitiosum est, aut propter artificũ inscitiã artẽ unam in multas discerpere, aut propter eorundẽ excellentiam multas in unam coniungere. prior nanq; sermo neq; orandi, neq; numerorũ, neq; terrę metiendæ, neq; canendi, neq; aliam quãpiam illustrẽ artem unam esse concedet, quas multi tractantes propter earũ magnitudinẽ totas cõplecti nequiuerunt. secundus aũt artes interdũ nullius cognationis participes in unam aceruabit. nam si idem homo arithmeticus simul grammaticus atq; philosophus fuerit, poterit quispiã unius artis has omnes esse particulas existimare. Itaq; ne agentiũ multitudine, sed propositis consideratis artes distinguamus, neq; in singulas actiones, sed in uniuersas inspiciamus. cõmune enim quiddã in singulis cuiusq; artis actionibus inuenies, per quod cẽtuis longo interuallo distare uideanť, nihilominus tamen eas unius esse artis particulas nihil impedit. uestes igitur texere nihil aliud est, cẽ subtegmen stamini implicare: num igitur istud aliud est cẽ sueret neutiquã, uerum & in suẽdo subtegmina staminibus intertexunť: nam si & ab initio statim quispiã sine textorio opere aliter subtegmina staminibus innectere uoluisset, aut eo modo, quo nunc lacera indumenta sarciunt, aut quo cistas, aut sportulas, aut retia fabricantur, nihilo secius uestimentũ, sed multo longiori tempore cõfecisset: finẽ itaq; non simpliciter coniectantes, sed celerius ad ipsum peruenire studentes hanc per telas conficientẽ artem excogitarunt non uniuersim, sed ex parte à supra positis differentẽ. idẽ & in medicinali arte contingit: innumera sanè (ut ita dixerim) singularia sunt, sed generale quoddã opus omnibus cõmune est. nam & corpori aliquid ut superuacuũ detrahens, aut aliquid, quod deficiat, adijciens, unũ uterq; in uniuersum præstat, corpori scilicet naturalem modum cõparans, qui nihil aliud est, cẽ sanitas, perinde uero & calfaciens & refrigerãs, & siccãs ac madefaciens. Quẽadmodũ enim si ab initio nos confestim animal creare potuissemus, nõ alia quapiã ratione eius primã formationẽ instituissemus, alia uero emendationẽ adhiberemus: haud secus, postea cẽ neutrum horũ nos primi efficimus, sed natura est primaria animalis opifex, iterumq; egroto sanitatem cõparat, nõ alia profecto ratione fœtui, alia in præsentia in lucem edito alimentũ suppeditat: quinetiam similiter nunc operať, alit, digerit, excernit, omniaq; (ut semel dicã) in præsentia (ut prius) eadem ratione ministrat. Medicum aũt naturæ esse ministrũ, primariamq; esse naturę artem, ac rite celebre esse dictũ illud, Natura in omnibus auxiliatur, naturã morbos iudicare, naturas morborũ esse medicatrices, à priscis sapientibus abunde tradita quid ego iterũ superuacue repetãť? quod enim in præsentia utile est, in memoriã reuoco, nõ unius artis esse opus facere, alterius uitiatũ corrigere, sed eiusdem. q; si non eiusdem, at supra medicinam ostendimus nõ artis uestes facientis ęmulam quicq;, quod prius nõ esset, procreare, sed artis laceras tritasq; uestes sarcientis assimilẽ. explicauimus item conseruationẽ esse duplicẽ: alterũq; ipsius genus, sub quo & præsens de tuenda sanitate tractatio reponiť, parum labefactata corrigere: idq; multos subterfugit, tanq; sit à curatiuo differens genus. Cæterũ idipsum alicui finem esse putare, domum extruere, aut uestem, aut uas, aut sanitatem facere, hominis est nõ potentis actionem fini præuiam ab ipso fine distinguere, quandoquidem non domũ extruere ipsius ædificatoriæ finis est, sed domus, quẽadmodum neq; uestem texere, aut nauem coagmentare, aut grabatũ aliorum ue unũquodq; fabricari, sed ipsum opus, quod quiescentibus iam à labore artificibus, adhuc permaneat. atq; ita effectiuæ artes ab actiuis tantũ differuntur: actiuę nanq; cum ab agendo desierint, finis quoq; una à desijt. nihil itaq; in saltatoria præter ipsam actionẽ ostendere possumus, ut in fabrili grabatum, in ædificatoria domũ, in medicina sanitatem. non igiť ædificatio, quemadmodum saltatorię saltatio, ædificatoriæ finis est, sed domus res ab actione diuersa: itidem textorię neq; textura, neq; texere, neq; uestis confectio, aut generatio, sed uestis: pari ratione neq; productio, neq; generatio, neq; correctio sanitatis medicinæ finis est, uerum hæc omnia actio quædã artis cõmunis est, quemadmodum particulares erant secare, urere, articulos & extrema, quæ Græci cola uocant, in aduersum trahere, effingere, deligare, et supra has etiã, atq; cõmuniores manu operari, medicamẽto uti, & rationem uictus præcipere, uerum sanitas ipsa finis est, quem iam quiescente artifice demonstrare ualemus, quare neq; sanitatem custodire, aut uitiatam

uitiatam emendare, aut prorsus amissam recupera re finis est: sed omnia hæc actiones sunt, finis aũt est sanitas. at cõmunem generalẽq; supra omnes hasce particulares actionem alius sanè alio appellat nomine, omnes tamen unum idemq;, sed alio modo significant, & qui sanare dicit, & qui sanitatem facere, & qui sanitatis effectionẽ, & qui sanationem: hi quoq; idem, quod ꝓxime positi, dicũt, & medicationem morborũ dicentes, aut curationem, aut ægrorũ medelam, aut medius fidius mederi, aut morbos extirpare, aut sanitatem morbo pulso inducere: item omnia, quę conueniant, facere, dicentes, & qui morbificas causas se expellere aiunt. nemo enim istorũ finem, sed quæ finem precedit, actionẽ dicit, perinde atq; si circa corpus ars quædam actiua saltatorię histrionicæq; similis uideretur. Verum enimuero posteaq; multis rationibus artes nõ ex particularibus actionibus esse iudicandas assertum est, sed in uniuersales ac proximè ad finem esse recurrẽdum, deindeq; illarũ ipsarum fines distinguere esse tentandum, in sequenti disputatione ea est difficultas excutiẽda, nunquid de ipsarũ materijs eadem sit ratio habenda. Itaque materia una pluribus artibus subijci, unaq; ars per multis uti materijs uidetur: quando quidẽ lignum nauium artifici, & carpentario, & machinarũ structori, & ædes fabricãti, infinitisq; alijs materia est: creta quoq; multarũ est artiũ materia, & lapides, aliaq; uniuersa. at medicæ artis, una cum sit, infinitæ materiæ sunt, & corpus ipsum sanitatem accipiens, & cibi ac potus, & medicamẽta omnia, & uocata dięte mata. hæc igitur medicorũ materiæ: corpus aũt tanq; id ex quo finis, aut in quo. cõstat igitur non ex materijs artes esse iudicandas: neq; eñ si quispiam alias cõmunes materias, utq; aliquis dixerit, per accidens, alias uero proprias atq; propinquas singulæ arti subijciens, quatenus corpus nostrum naturale est, physicæ scientiæ subiectum esse dicat, quatenus sanitatis capax, medicinæ, quatenus euectionem, id est bono habitu prędituum exercitatoriæ, propterea alio quopiam, cẽ fine artes distinguit. nam corpus aliquod salubre dicere eius, qui iam finem cognoscat, officium est. Neq; etiam si quis præceptis artes disiungat, aliunde, cẽ à fine potestate sumit initiũ: propria nanq; cuiusq; artis præcepta finis cõstituit atq; dijudicat. igitur hæc artis propria sunt, quæ dignoscens aliquis ad finem assequẽdum proficit, siquidem grãmaticæ, musicæ, fabrilis, & aliarũ cuiusq; artium quęcũq; præcepta aut finẽ ipsum modo, aut ipsum melius, celerius ue prębere ualent, hęc artis propria sunt. Itaq; omni ex parte ad finem properare ab eoq; artes iudicare præcipit ratio: propter hunc enim & cõmunibus, & propriis præceptis atq; principijs differunt: nam hæc & secundum artium fines euariant. quandoquidem sanitas finis est: hæc uero in calidis, frigidis, humidis, siccisq; consistit. in istis planè & materiæ & contemplationis circa huius cognitionẽ principiũ uersatur: sed dissimili ratiõe medicus philosophusq; id tractat. quod ipsum à scientiarum fine cognitum est atq; distinctum. neque ab ea semper finẽ oratio inuenit omniũ, quæ in artibus continenť, regulã atq; iudicem. nam cuiusq; artis cõstitutio inde sumit initiũ. Quis enim medicinam constituere properasset, nisi sanitatis bonum optauisset? aut ædificationẽ, nisi domum expetiuisset? aut textoriam, nisi uestem prius eguisset? quin & ars reliquas omnes cõstituens hinc & ipsa accepit initiũ. alibi uero à nobis ostensum est, quo quispiam modo proposito fine suã ipsius artem artificiose cõperiat. eumq; qui præsentem librum exacte intelligere cupiat, in illo prius uersatum esse necesse est: ita enim euidenter cognouerit, sub unam eandemq; contemplationẽ utranq; partẽ incidere, salubrẽ uidelicet, atq; curatricem. uerum si ego, quæ in alijs uoluminibus à me latissime explicata sunt, in hunc omnia librum cõferre uelim, Menemachi Menodotiq; libros me prolixitate superaturũ ignorarem. Cæterum artẽ circa corporis bonum uersantem prorsum unã esse ex antedictis (ut arbitror) satis declaratũ est, atq; ex dicendis in posterũ nihilo secius declarabitur, non tamen quo ipsam nomine appellare oporteat, adhuc manifestũ est. neq; enim forsan medicatiua, neq; exercitatoria, sed aliud quippiã appellanda est, forsan aũt & in totũ ars ista, quẽadmodũ & pleraq; aliæ, nomine caret, sed hoc paulo posterius speculabimur. Itaq; unum esse humani corporis bonum, quicquid illud sit, sicut aliarũ etiam omnium substantiarũ, esse uero & de ipso artem unam, siquid unq; aliud, & id quoq; uerum esse cõfirmo, necnõ & eandem utriq; methodũ inesse. una igitur circa humani corporis bonũ arte uersante in præsentia omnes eius particulas speculemur: nam sic & eius, quæ salubris uocatur, quæ sit potestas, prorsus dignoscemus, ut in hac etiam parte methodo aliqua utentes sectionem faciamus, genus artis corpus nostrum tractantis contemplantes. Verum non in sola ipsa cõtemplatione finem eius situm esse, sicut arithmeticæ, astronomiæ, ac physicæ, sed quiddã etiã & circa corpus ipsam facere, neminem præterit, q; neq; uero in ipsa actiõe desinat, quemadmodũ saltatoria, posteq; agere desijt, nihil ostendere ualens, & id quoq; omnibus constare arbitror. Igitur in cõfesso est eã inter esse actiuas aut acquisitiuas esse collocandã, posteq; neque inter actiuas neq; inter cõtemplatiuas inuenta est: sed neq; inter acquisitiuas numerať, qualis est ars illa, quæ retibus & hamo pisces captat, utq; in uniuersum dicã, qualis est uenatoria: aliquid enim eorum quæ sunt, istę capiunt, ac possident: nihil autem, quod prius non esset, ipsę faciunt. inter reliquas igitur effectrices humani corporis ars reponitur. istarum uero duplex officium est: aut eñ aliquod integrũ, quod prius non erat, efficiũt, aut ex parte uitiatum corrigunt. at quæ nunc quæritur, ars totum hominis corpus moliri nequit, sed per partes instaurare potest, perinde ut uestiũ ars sarctoria, neq; ad eundem, ut hæc, penitus modũ. natura nanq; & corpus fabricatur. & ipsum imbe

cillũ cõfirmat, ut ars ueſtiaria: ipſius uero naturę A lubris referaſ. ipſa quidẽ ſalubris quidnã ſit, iam
miniſtra eſt ars, quæ in præſentia ueſtigatur. cõce mihi manifeſte explicauiſſe uideor: aut enim tota
datur igitur, ut procedat oratio, nos ipſam correctiuam appellare. ſed aut multum ſubito corrigit, pars cõſeruatoria, aut ex illis tribus partibus una,
aut pauxillũ: quæ eius pars multũ ſemel corrigit, quæ in medio uerſaſ inter euectricen ſcilicet uocamedicatiua curatiuaq; nuncupetur: quæ uero pautam atq; analepticen: mihi reliquum nihil aliud q̃
xillum, conſeruatiua, eius ipſius quoq;, quæ mul- de nomine controuerſia eſſe uidetur, res ipſa aũt
tum ſemel inſtaurat, permagna eſt differentia: om- minime in obſcuro uerſari tantiſper, dum ſuperi-
nis em̃ quantitas in multitudinem innnumerabi- us declarata cõcedantur, ac fixa permaneãt. atqui
lem ſecari poteſt. at quia de ipſis dicere non eſt no- cũ ipſa ſtrictim atq; per capita recẽſuero, mox ad
bis in præſentia propoſitum, hæc ſanè pars dimit- nominum interpretationẽ me conuertã. Quemad
tatur, illa uero, quę pauxillum emẽdat, diuidaſ. At modũ igitur bonorũ ueſtimentorũ, ędium atq; cal
hæc quoq; inſignibus differentijs tripartito diſtin- ceorum, perinde & corporis unã quãdam artem
gui uideſ. aut enim exacte perfecteq; ualentẽ acci- eſſe cõſtituo: cuius duas has eſſe partes, unã effici
piens in hoc ipſum gradu cõſeruat, hanc aũt partẽ entem, corrigentẽ alteram: ambasq; haſce naturæ
euectricen, id eſt, boni habitus ſeruatricẽ uocant. B prius ineſſe, ſed ipſarũ alteri emẽdatrici ſcilicet hu
alteram eorũ, qui iam morbũ euaſerunt, refectri- manam artẽ opitulari, quæ & ipſa bipartito diui-
cem, quam ſanè & nõnulli recentiorũ medicorum ditur, in curatricẽ partem ſeu medicatricẽ, atq; in
analepticen, hoc eſt inſtauratricẽ appellant. inter alteram conſeruatricẽ, quæ & ſalubris uocaſ. ipſi
utranq; pars ea collocaſ, quæ ab ipſis proprie ſalu- us uero tres partes ſunt, analeptice, euectice, ac to
bris nominatur, cõmuni em̃ uocabulo & cõſerua- ti generi cognominis ſalubris. itaq; ſiue de conſer-
tiua ſimul & ſalubris dicitur. tres igitur hæ partes uatrice parte, ſiue de eius particula quiſpiã quęrat
conſeruatiuæ modo enumeratæ analeptice, ſalu- ad utram artẽ pertineat, an ad medicatricẽ, an ad
bris, & euectice, ſunt quidem omnes ab ea medici corporis exercitatoriã, totam rem prius (ut nunc
næ parte, quæ exigua uitia tollit, inter ſe aũt ratio- ego feci) perſtringentẽ ita deinde ipſum explica-
ne maioris minorisq; diſſentiunt. magis em̃ para re opus eſt. q̃ una corporis ars cum ſit, licet uolen-
caſtigat euectice, minus uero ſalubris, hac adhuc ti eam medicinã appellare: ſin hoc non placeat, ex
minus analeptice. quidã uero & quartam his parti ercitatoriam: ſin id quoq; diſpliceat, totã artem no
culam adiecerũt, quæ ab his propriè prophylacti- mine carere dicens unam eius partẽ medicinã, al-
ce, id eſt præſeruatoria uocata fuit, facultatẽ ei op- teram exercitatoriam appellato: ſi neq; id probas,
poſitam habentẽ, quę à morbo proxime liberatos C ſalubrẽ quandã artem curatiuæ ex diuerſo oppo-
recreat. Haſce aũt ambas ancipitis quodammodo ſitam, eiusq; partes (ſi uelis) diæteticã, gymnaſti-
eſſe naturæ inter contrarias totius artis partes ne- cãq; dicito. ſingula em̃ nomina ſi interpretabere,
mo ambigit, dico aũt inter eam, quæ magna uitia, ita uniuerſum, quod quęrebas, indeptus fueris. At
& eam, quæ parua diſſoluit. curatiua ſanè pars q̃ his auditis, quidã heus uir bone dicent, nõ quẽad
magna uitia, euectice aũt atq; ſalubris, q̃ parua di- modũ tu ſtatuere uolueris, ſed ut recte habet, no-
ſcutiat, id quoq; perſpicuũ eſt. in medio uero am- minũ partitio faciẽda eſt. Iterũ igiť iſtis ita reſpon
barum interſtitio inſtauratiua nominata atq; præ- deo, noſtrã non amplius de rebus eſſe cõtempla-
ſeruatoria poſitæ ſunt, ſi ad ſalubrem euecticen cẽ- tionem, ſed nominũ explanationẽ nobis eſſe pro-
cõparentur, non exigua uitia emendantes, ſi ad cu poſitã, neq; id nos etiã tergiuerſarii ac de nomini-
ratiuam, nõ magna. propterea & quicunq; ambas bus nõ his ſolũ, ſed & de aliįs omnibus illud in uni-
has partes neutras appellauerũt, haud male mihi uerſum pronuncio, nihil eruditũ in mediũ adduci
ſenſiſſe uiſi ſũt. ſed de his alia eſt habẽda oratio. In poſſe. ſed ſiue Aſſyriorum linguę uocabulũ ſit, ab
præſenti aũt cõtemplatiõe de cõſeruatrice artis hu ipſis Aſſyrijs res diſcenda eſt, cui nomẽ illud indi
manũ corpus gubernãtis parte tria diuiſiõis mem derunt, ſiue ſit Perſarũ linguæ, aut Indorũ, aut A
bra ſupponant, unum de corporibus ſecundũ ha- D rabum, aut Aethiopũ, aut omnino aliorũ quorun
bitudinem ualentibus, alterũ de his quę in habitu dam, illos percunctari oportet: nomen em̃ ipſum
ſana ſunt, tertiũ de bono habitu prædictis. primũq; per ſe ſolum prolatũ nihil indicat. meã igitur ſen-
inſtauratiuũ appelleť, nihil enim in præſentia cum tentiam accepiſti. cæterũ nonnulli aſſerũt ipſis no
illis de nomine digladiemur, ſecundũ ſalubre, ter- men aliquid ſignificare, unde huiuſce rei cauſa e-
tium euecticum, hoc eſt boni habitus conſeruati- go permulta Celtarũ, Thracum, Miſyorũ, Phry-
uum, duo priora in melius ducentia, in optimo ſta gumq; nomina colligens iuſſi ut à ſingulis rem ſi-
tu tertiũ conſeruans. His ita poſitis ab initio agita gnificatam manifeſtarẽt: quibuſdã aũt in ſola Gre
tę queſtionis meminerimus, erat aũt (ut exiſtimo) corum lingua id ſe poſſe facere dicẽtibus, hoc uo-
huiuſmodi, utrum ad medicatiuã, an ad gymnaſti cabulum, λιμένα (Latine portũ dicas) propoſui,
cam pars ſalubris uocata pertineret. nõ abſq; ratio illis uero locũ, quò naues applicãt, ſignificare af-
ne igitur inter initia ſermonis noſtri diximus, om- firmãtibus: at Theſſali, reſpondi, quod à nobis ſo-
nem quæſtionẽ ſub definitionẽ cadere: nam quid rum dicitur, ita nominãt. ſed iſti Theſſalicã linguã
ſit medicina, quid gymnaſtica cũ nouerimus, non ſcire ſe negabãt: tanq; illud ipſum cõfitẽtes, quod
amplius difficile fuerit inuenire, ad utrã ipſarũ ſa- ab initio dicebatur, nullũ nomẽ, cui rei inditũ ſit,
aliter poſſe cognoſci, niſi ab ipſis impoſitoribus

edoctus

edoctus fueris. cæterum aduerſus ita dementes a- A medicatio, exercitium, ac uictus ratio, una eſt æ-
lia mihi oratio ſcripta eſt: res ipſas uero diſcere uo grotis inutilis, duæ uero ſecundum naturam ſeſe
lenti, & præcipue ac maxime huic ueluti optimo habentibus. ægrotans nanq; in multis medicami-
operi ſtudenti, rerum præterea nomina mutuę lo- na, manuum operam, uictuſq; rationem poſtulãs,
cutionis cauſa percipere cupienti, uſum mutuum nulla ex parte exercitatiõe eget: exquiſite uero ſa-
interpretabor. neq; id in rerum omnium nomini- nus corpus exerceat, & certa quadam uictus ratio-
bus omnibus faciam: id nanq; enarratoriæ cuiuſ- ne utatur neceſſe eſt, ſed medicamenta, aut ma-
dam, aut grammaticæ peritiæ munus eſt: ſed atti- nus miniſterium non requirit. Salubris igitur
ca potiſſimum nomina, ſecundo & ionica me co- artis pars eſt gymnaſtice, abundeq; de utroq; præ-
gnoſcere fatebor, nonnulla etiam dorica atq; æoli cepit Hippocrates: quæcunq; de aeris natura, loco
ca: ſed in hiſce duabus linguis plura me ignorare, rum, aquarum, uentorum, anniq; temporum no-
quàm ſcire, in attica uero plura me ſcire q̃ igno- ſcenda ſunt, item de cibis, potibus, atq; exercitati-
rare concedam. quòd ſi tu & de nominibus loqui onibus accuratiſſime omnia perſcribens. ex iſtis e-
uelis, Homerus utiq; canit, nim uictus ratio, quam diætam Græci uocant, in-
Vir medicus multis alijs tibi dignior eſto tegratur, haud ſecus & de tempore, quantitate, ac
Dira uenena trahens, & pharmaca mitia fundens B qualitate non exercitationis tantum ſed etiam fri-
Multa ſalubria miſcens, & lethalia multa, ctionis copioſe diſſeruit. Plato etiam à parte totũ
Ditior eſt cunctis medicus mortalibus unus: cognominare uiſus eſt, non ſalubrem artẽ, ſed ex-
Vtpote arte medica languida corpora medicamẽ- ercitatoriam appellãs, cum quia exercitium bene
tis manuariaq; opera curante. An uero & alia ualentium proprium eſt, tanquàm nullo pacto ip-
tertia medicationis pars dietetica appellata (latine ſo ægrotis utentibus, tum quòd id ſolum modera-
cibariam dixeris) Homeri temporibus extaret, e- tore egere iudicauit: quandoquidem exquiſita ſa-
go nulla id coniectura aſſequi poſſum. Sed me ue nitate fruẽs corpus naturalibus appetitionibus u-
tuſtior, & quem magis Græcorum res noſſe ueriſi tens, neq; in quali, neque uſus tempore quicquam
mile eſt, Plato Philoſophus antiquos Aſclepia- ſumendis cibis erroris committet. ſed de hoc alibi
das hac medicinæ parte non admodum uſos eſſe ſermo habendus eſt. Quòd Plato autem aliã gym
aſſeuerat. Verum medicinæ tres has eſſe partes, ar naſticam ut artis corpus regentis partem nouerit,
temq; male habentia corpora curantem ab uniuer aliam uero, quam nunc homines celebrant, ex his
ſa Græcia iatricem, hoc eſt medicinam, appellari, quiſpiam comprehendere poterit: tibi enim eius
nemo ferè eſt, qui eat inficias. Gymnaſticę autem uerba ſubijciam, primáque ea, quæ in Gorgia ad
artis nomen, Homeri ſeculo nondum repertum e- C hunc modum ſe habent: Duæ res cum ſint, duas
rat, neq; quiſquam omnino gymnaſta (ſicut medi eſſe artes dico, unam animæ, quam ciuilem appel
ci nomen inuenies) uocabatur. quemadmodum lo, alteram corporis, quam & ipſam unam quo no
neq; etiam apud Platonem gymnaſticæ nomẽ fre mine appellem non habeo: ſed una cum ſit corpo-
quenter reperire licet: ſed pædotribam magis, q̃ ris curatio, duas partes nomino gymnaſticam u-
gymnaſtam huiuſce artis profeſſorẽ appellat. nam nam, medicatricem alteram. Hoc loco unam eſſe
paulo ante Platonis tempora gymnaſtarũ ars ex- artem corpus curantem, quæ duas principes par-
orta eſt, quo etiam tempore & athletarum exerci- tes habeat, lucidiſſime Plato monſtrauit. partesq;
tatio emerſit. priſcorum enim ſeculis uir quidam ipſius eſſe nominatas, totam uero nomine carere,
operarius naturalia munia exequens, uere bono in optimumq; reſpicere, qui & bonus habitus dici
habitu robuſtus in certamen deſcendens non lu- tur, ex hiſce declaratur. quorum ſingula in eodem
cta modo, ſed etiam curſu certauit, atq; etiam duo libro pauloãte explicauit: Corpus ſanè uocas ali
bus his, & iaculo prę terea, & arcu, & diſco, & cur quid & animam: quid igitur & iſtorum amborũ
ru alios ſuperauit: poſtea uero hæc diſiuncta ſunt, quendam eſſe bonum habitum nõ putas? ego ue-
qualemq; Homerus unum Epeum fecit ad cũcta ro aliquem apparentem bonum habitum, ſed nõ
quidem ſecundum naturam munia obeunda om- D uere bonum exiſtimo: quod autem dico, tale eſt.
nium ignauiſſimum, ſed ſtrenuum pugilem, cu- pleriq; ſe corpore bene habere putant, quos haud
ius artis in ſolis certaminibus uſus eſt, tales om- facile quiſpiam non bene habere ſentiat, niſi medi
nes euaſerunt, neque arare, neque fodere, neque cus, aut exercitatorũ aliquis fuerit. Et in ſequenti
iter facere, neque aliud quicquam pacis, ac mul- bus, optimum iſtos intueri: quod uero ſit iucun-
to minus belli opus egregie præſtare ualentes. diſſimum ab obſoniorum conditore, eóque, qui
Horum hominum bonum habitum in ſuperio- Græce commotes, latine comptor dicitur, ſpecta-
ribus uituperauimus, artemq; pariter gymnaſti- ri ipſe late declarat. Sed gymnaſticam illam, qua
cam ipſos inſtruentem: aliumq; bonum habitum inſtituuntur athletæ, graui quidem nomine deco-
laudauimus tutiſſimum iuxta & ad omnes natu- ratam, ſed flagitioſam artem, nondum eouſq; ex-
rales actiones maxime idoneum: cuius materiæ tra naturæ limites progreſſam, quouſq; eam nunc
effectiuæ ſimul & conſeruatiuæ duæ ſunt, & ſa- protulerunt, iam uero non optimum finem, ſed
lubris uocata uictus ratio, & exercitatio. quatuor abſolute uirium, quibus aduerſarij proſternan-
nanq; genere cum ſint omnes materiæ, à quibus tur, incrementum ſibi proponere incipientem
corpus noſtrum commutatur, manuaria functio in tertio de republica libro uituperauit in hunc

modum differens. Et per Iouẽ omniũ ferè potissimum, quandoquidẽ si ultra gymnasticam superuacua ista corporis diligẽtia producatur, nos occupat. nam & domui gubernandæ & militiæ & magistratibus in ciuitate gerendis incõmoda est: præcipuũ uero ac maximum, ꝙ ad omnes disciplinas, cogitationes, ac meditatiões capessendas difficilis per se est, capitis semper aliquas distẽtiones atq; uertigines reformidans, sapientiæq; studium eorũ ortus causam asserens. quare quicũq; istius artis exercitio tenetur, atq; in ea probatur, undiq; impedimentũ uirtuti obijcit: efficit eñ ut homo semper se ægrotũ opinetur, neq; de corporis habitu queri unquã desinat. Adhuc inferius euidentius gymnasticæ finẽ non uires aduersarios prosternentes, sed usum ad naturales actiões esse cõfirmauit ita dicens: Ipsas quidẽ exercitationes ac labores ad irascibilẽ naturæ partẽ respiciens, illamq; excitans subibit potius, q̃ uirium rationẽ habens, nec quemadmodũ alij athletę, corporũ roboris causa uictũ instituet, laboresq; adhibebit. Vndiq; igitur Platonis sententia perspicua est Hippo. mentem de huiusmodi gymnastica exquisite probantis, cuius gymnasticę finis est athletarũ bonus habitus: ipsam eñ tanquam ad omnia ciuilia negocia inutilẽ uituperat, qd̃ breui oratione ille cõplexus ita ꝓnunciat: affectiõe athletica non naturali salubris habitus melior est. ꝙ ipsorũ uero maxime excellens affectio, ad quã potissimũ properant, ad sanitatem periculosa est, quodq; id Hippocrati Platoniq; ignotũ non fuit, & alibi à nobis dictũ est. Cæterum quoniã semel de hoc non uere bono habitu, decq; uitiosa gymnastica sermonem instituit: & hæc iterum, q̃ paucissimis potero, perstringam. Cum in quadã moderatione sanitas sita sit, huiusmodi gymnastica intemperiẽ excessumq; molitur, multã & solidã carnem procreans, sanguinisq; copiam q̃ tenacissimi adaugens: neq; eñ uires tantum, sed etiã molem põdusq; corpori adijcere conatur, ut hac etiam ratione aduersarius opprimi ualeat. neque igitur amplius reperire difficile est, artem hanc omnibus naturalibus actionibus esse inutilem, & alioquí periculis obnoxiam. quod enim in omnibus ueris artibus maximũ studium est ad summum eius, quod appetitur, peruenire, id in ista pessimum est: cum eam affectionem, quæ ex sententia Hippocratis præter naturam est, tanquam naturalem adipisci contendat. Siquidem naturæ bona quò procedunt magis, crescunt atq; augentur, eò meliora euadunt: non naturalia uero tanto deteriora sunt, quanto maiora. unde istorum nonnulli repente obmutuerunt, alij sensum motumq; amiserunt, ac penitus attoniti facti sunt, mole ista præter naturam ac multitudine insitum calorem extinguente, liberumq; spiritui transitũ intercludente: quicunq; aũt ex ipsis mitiora patiuntur, effracto conceptaculo sanguinem uomũt aut expuunt. huiusce igitur boni habitus opifices, quorum hæc mirabilia sunt uolumina, quæ à corruptas aures habentibus in præsentia circumferuntur, iam prorsus ab hoc nostro libro ablegemus, siquidem tu quoq; charissime Thrasybule cognoscis, istos neq; dignos esse, ut à me responsionem accipiãt. quid eñ istis plus erit, qui heri aut nudius tertius præter naturam crapulari atq; dormire desierunt, ad tantũq; audaciæ peruenerunt, ut de rebus illis temere impudenterq; contẽdant, de quibus neq; illi facile pronũciare audent, qui iamdiu earum cohærentiam pugnantemq; naturam assequi studuerunt? quod nam isti profundũ eruditum graueq; præceptum condiscere poterunt? mirandum esset medius fidius, si cum neq; illi omnes, qui à primis pueritię tẽporibus in optimis disciplinis uersati sunt, boni huiusce contemplationis iudices esse ualeant: illi, qui sese in certaminibus ad uincendum exercuerunt, degeneres aũt & ibi uictoria caruerunt, repente gymnastæ effecti soli mentis acumine præcellant. uigilia nanq; cogitatioq; non rudis, magis q̃ somnus, perspicacem intellectũ reddunt: idq; ab omnibus ferè hominibus, quoniam omnium uerissimum est, adagium decãtatur: Crassus uẽter subtilem mentem non parit. forsan igitur puluis adhuc solus sapientiam ipsis comparauit. nam lutũ, in quo crebrius uolutati sunt, quis sapientiæ conditorem esse arbitretur, & sues cernens in ipso cõuoluí: at non in latrinis, inter quas quotidie uitã traduxerunt, par est ingenij solertiã procreari. at quí præter hęc nihil aliud ipsi agebant, omnẽ eñ ipsorũ uitam in hoc circo uersari cõspexi, aut edẽtium, aut bibentiũ, aut dormientiũ, aut uentrẽ exonerantiũ, aut sese in puluere lutoq; uoluentium. His itaq; dimissis (ueras eñ artes & nõ sceleratas cõtemplaturi in hunc sermonẽ incidimus) legitimæ gymnasticæ authores iam accersamus Hippocratẽ, Dioclem, Praxagorã, Philotimũ, Erasistratum, atq; Herophilũ, & quicunq; alij totã artẽ ad corpus pertinentem didicerũt. proxime uero Platonem loquentẽ audiuisti, eius nullũ esse proprium nomen. ne igitur totius artis corpus curantis unũ nomen quęrito, neq; eñ inuenies. Verum si forte de ipsa sermonem habere instituerís, contentus sis Platonẽ imitatus ita disserere: una cũ sit corporis curatio, duas eius partes appello, unam gymnasticẽ, alteram curatricẽ, sanorũ quidẽ gymnasticẽ, ægrorum uero curatricẽ. Sed illud magis cõsideratione dignũ, Platonẽ non salubrẽ artem curatrici in partitione oppositisse, quemadmodũ antedicti oẽs uiri fecerũt: quorũ unius (si placet) meminero, quoniã eius uolumina passim celebrãtur. Inquit igitur Erasistratus in primo de tuenda sanitate. neq; eñ medicus inueniri potest, qui sese ad tractanda salubria cõtulerit. deinde subiungit, crudităes eñ ab aliquo affectu ꝓuenientes & ipsarum curationes ad medicatiuorũ non ad salubriũ tractationẽ redigunt. deinde iterũ progrediẽs addit, si quod uero in corpore uitiũ extiterit, propter quod assumpta semper corrumpũtur, neq; in æq; malos succos, ac sunt priores, conuertuntur,

huiusmodi

huiusmodi affectionem medici est, nõ tuendæ sanitatis magistri dissoluere. item paulo post, Precipere de his, aut has discutere medicos nõ salubres decet. Videtur eñ iste nõ artem quãdam solum, perinde ut alij omnes, sed etiam eius professorem salubrem appellare, quemadmodum, ut censeo, et medicatiuæ professorem medicum uocat, ut artis corpus curãtis, cuius nullum propriũ apud Græcos nomen erat, in duas principes partes distributæ, sicut ipsas partes medicatiuam salubremq;, ita & earum professores medicũ salubremq; appellemus. eodem modo aũt & plericq; alij medici nominibus usi sunt. Cæterum, ut uidetur, Platonis temporibus nondum Græci aut artem ipsam, aut eius professorem salubrẽ appellare consueuerunt. neq; eñ Hippocratis liber salubris, salubris inscribit, sed alius de ratione uictus, alius de aquis aere & locis inscribitur: forsitan aũt (ut proxime retuli) neque sanis opus esse ratione uictus Plato opinabat, sed ipsis gymnasticam solam sufficere: neq; eñ instauratiuam partem, aut præseruatiuam ad gymnasticam fortasse pertinere existimat: medias eñ ipsas (ut dixi) collocatas utri uoluerís adijcere potes: ꝙ si ipsas medicatiuæ adiungas, exigua erit salubris portio de aere, aqua, locis, exercitatiõibus, cibisq; tantũ considerans: atqui neq; de cibis omnibus, sed de illis tantum, qui ad secunda fruentes ualetudine pertinent: Quinetiam fortasse cum aeris regionum aquarumq; notitiã medicus præoccupauerit, utpote curatiua parte ante constituta, nihil amplius de ipsis non solum medicis, sed etiã salubribus instituendis præter artem exercitationum rationem tradentẽ discendum supereat. Quãobrem neq; absurdum fuerit & à parte nomen habente totum appellari. uerum hæc de nomine est, non de re, disputatio. At si quispiam (quod & supra posui) id ipsum perspiciens nõ de re, sed de uocabulo institutum esse sermonem, me & de hoc aliquid dicere præcipiat, melius eos fecisse dixero, qui duas totius artis principes partes salubrẽ curatiuamq; appellarunt: quandoquidem in diuidendi methodis didicimus eiusdẽ generis res per oppositа membra partiri. exempli nanq; gratia de animalibus dicẽs alia esse aerea, alia aquatilia, si addat, alia rationalia, perabsurdum euidenter faciet: nam prior partitio ignea terrestriaq; adijci postulabat: hæc enim proportione aerijs, aquatilibusq; respõdent: secunda uero in diuidendo rationalibus irrationalia opponi requirit, ac eadem ratiõe mortali quidem immortale, fero domesticum, pedestri uolucre natatileq; opponitur: extremæ nanq; dementiæ est animalium aliqua immortalia esse dicere, aliqua pedestria, aliqua bipeda: ad eundem sanè modum in arte corporis præside siquis eam partiens inuenire partes quærat, ægros curantem medicatiuam, sanis cõsulentem salubrem appellabit: quin immo etiam melius, ut & nos antea diceba-
mus, ars corporis curam habens emẽdatrix cum sit, qua parte magna uitia corrigit, medicatiua ceu medicatrix nominabitur, qua uero exiguas noxas tollit, ideoq; præ exiguitate, num etiam corrigat, sensum subterfugiens, conseruatrix dicetur: quinetiam aptius à materijs has partes morbidam, siue ægritudinalem (ut ita dicam) unam, salubrem alteram appellaueris. ꝙ si rursus uelis salubrẽ ceu cõseruatiuam partiri (utroq; enim modo licere appellare dictum est) à subiecta ipsam materia in tria diduces, ut supra retulimus: in refectricem uocatam, & in salubrem secundum habitum, & in boni habitus effectricem: nam singulis dictis partibus propria materia subijcitur, uni secundum habitudinẽ ualens corpus, alteri secundum habitum, tertię bono habitu præditum. accidit enim ipsa corpora eodem cum partibus artis nomine appellari. quòd si secundum auxiliorum materias artem hanc salutarem, conseruatricemq; distribues, in quatuor partes secabitur, una siquidem in assumptis, altera in his, quæ fiunt, tertia in his, quæ euacuantur, quarta in forinsecus occursantibus uersatur. per hæc enim sanitas custoditur. pars igitur salubris artis in his, quæ assumuntur, uersans ciborum potionũq; ad sanitatis custodiam pertinentium scientia est: quæ uero in his, quæ euacuantur, sudores, deiectiones, urinas, in uniuersumq; omnia, quæ corpus nostrum excernere debet, considerat: quæ exterius incidẽtium est, aerem, aquam, salsuginẽ, mare, oleum, aliaq; huiusmodi omnia speculatur. at quarta pars artis, quæ superest, in his, quæ aguntur, posita, exercitationibus, appellatisq; Græce epitideumatis, hoc est, studijs, continet: insomnietas nãq;, & uigilia, somnus, uenus, ira, curæ, lauatio ex hoc genere sunt. atq; singulorũ enumeratorũ salubriũ quãtitas, qualitas, occasio dignoscenda est. Quãtula igitur salubris artis pars est de exercitationib. scientia? rectius eñ puto gymnastica ars appellabitur, quæ omniũ exercitationũ facultatis cognitio est. nam quæ ad palestram solũ pertinet, cognoscere, per quam exiguũ est, omnibusq; mortalibus minime utile. quandoquidẽ nauigare, fodere, metere, iaculari, currere, saltare, equitare, uenari, armis certare, ligna findere, baiulare, & agrum colere, omniaq; alia secundũ naturam facere, q̃ lucta exerceri, melius est. unde tibi iam intueri licet, nõ modo salubris artis quota sit portio gymnastica, sed etiã gymnasticæ minimã esse particulã luctandi studium, huicq; cognatum athletarum exercitium, & affectionis cuiusdam non naturalis effectiuum, uitiosamq; artem sibi præpositam habens optimum quidem boni habitus finem præse ferentem, sed omnia alia potius, quàm bonum finem producentem. At huius improbæ artis isti misere luctati repente scientissimi euaserunt. ueræ autem legitimæq; gymnasticæ Hippocrates & nuper cum ipso enumeratus illustrium uirorum cœtus magister est. Quemadmodum uero ad curatiuam partem pertinentia non rite omnia tradita sunt: perinde & de exercitationibus non uera omnia præcepta tradidere: uerum in præsentia per peràm de ipsis locutos castigare propositum non est, sed gymnasticæ nomen declarare: quòd scilicet hæc

cet hæc facultatum in exercitationibus positarum quemadmodum & medicamentaria facultatum in medicamentis repertarũ, scientia quędã est. ambæ enim hæ partes à materijs denominationem sortitæ sunt: sicut & aliæ, quas paulo ante recẽsui. Atq; hinc eos male sentire cõstat, qui in diuidẽda tota arte gymnasticã medicatiuę opponũt: illa nãque à materia, hæc à generali cõmunięq; actiõe appellationem habet. singulæ em̃ primę actiones hæ sũt, ueratro aut scãmonio exempli causa purgare, uenã soluere, os excidere, inediã indicere, cibũ exhibere, post has alię cõmuniores, ac iam uniuersales, medicari, manus opera uti, rõnem uictus instituere, omnibusq; istis cõmune mederi quẽadmodum, ut puto, iterũ actionibus circa sana corpora accõmodatis omnibus cõmunis est cõseruatio: ac quisquis per diuisionẽ medicatiuo conseruatiuũ opponit, cognatorũ oppositionẽ facit: utrunq; em̃ ab actione nominatũ est: quemadmodũ rursum à subiecta materia ægritudinale atq; salubre: ab auxiliorũ aũt materia medicamentariũ ac gymnasticum, hoc est, exercitatoriũ. illud em̃ ægritudinalis & medicatiui pars est, hoc salubris & cõseruatiui. Cæterũ hoc loco diligenter mentis acies excitãda est, ne gymnasticũ palęstrąq; præfectũ eundẽ nos efficere, totiusq; gymnasticę particulã quandã luctatoriam (ut ita dicam) cõstituere nos prætereat: quandoquidẽ & qui luctas oẽs & frictionũ singillatim oẽs actiões rite obire ualeat, iste panificí, coquo, ædificatori proportione respõdet, facere quidẽ panes, obsonia, ędes scientibus, minime tamen quid in ipsis optimũ sit, quid nõ optimũ intelligẽtibus, quãue facultatẽ ipsorũ unũquodq; ad sanitatẽ habeat, nõ dignoscẽtib. Itaq; ars, quę corpus humanũ curat, ut crebro ante repetitũ fuit, una est, aliæ uero huic materias cõparant: neq; n. alutarij cerdones, qbus calceatis, qbus sine calceis ambulare melius sit, nouerũt, sed neq; qbus calceari quidẽ melius est, quo tamen calceorũ genere uti debeãt, cõpertũ habent. id aũt Hippo. haud ignotũ est: cuidã em̃ arbylis lutũ calcantibus calceari pręcepit, non tamen ipse arbylas cõficeret. quemadmodũ neq; imperator galeam, loricã, hastam, clypeũ, gladiũ, aut ocreas conderet. pręterea neq; ędificator de excelsa aut parua domo quicq; nouit, aut de cõuersa ad occidentẽ, aut orientẽ, ad austrũ, aut ad aquilonẽ, neq; de frigida, aut calida, aut tenebricosa, aut illustri, aut de humili eius parte, siue superiore, aut de humida, uel sicca: quã utilitatẽ ista singula, quãue noxã afferant. perinde ut panifex cuinã purissimus panis, cui furfuraceus, cui multus aut paucus quóue tẽpore sit dãdus, ignorat, ipsos uero panes egregie cõficit. eadẽ rõne & coquus lentẽ, hordeũ, alicã, seu chõdrũ gręce, betã, aut aliorũ aliqd nullius ipsorũ uires cognoscens, esui tamen apta reddere peritus est. id genus artes materias oẽs arti corporis curatrici subministrant, quemadmodũ & istis aliæ, panifici quidẽ frumentũ agricola, furnum figulus, arborũ succisor ligna, carpentarius mensam, carpentario aũt ipsi rursum alius asciam, amussim alius, item alius ligna. at alutario cerdoni itidem cultrũ fabrilis ars, coria pelliũ cõcinnatrix, pedis effigiem, calopoda Græci uocant, carpentaria. ædium quoq; structori sculptores, lapicidæ, later figuli, & carpentarij, illi quidem lapides, isti lateres, hi uero ligna idonea præparant. oẽs igitur id genus artes mutua ope indigent, & perfectioribus materias, ex quibus finem suũ assequunt̃, suppeditant: & instrumẽta optima, per quę illas adornant, efficiunt. Omnibus his aũt ceu quædam architectonica ars corporis curatiua prędet: siquidem ædificatoriæ, ut tales quasdã ædes extruat, præcipit, calcearię calceum, panificí panem, culinariæ obsonium, alijsq; singulis, ut quæq; apta est, quid actura sit, imperat. Sed huiusce artis corpus curantis, salubris appellata pars est, cuius quadripartito diuisæ partis unius gymnastica particula est. ea igitur tot artium ueluti quędam princeps habetur, equestri sanè quando equitare oporteat, uenatoriæ similiter, & uniuersim cuilibet alij animalia captãti, cum ipsarum usus postulat modum occasionẽ, qualitatẽq; demonstrans: haud absimili ratione & fodientibus, & metentibus, & ligna cędẽtibus, & nauigantibus, & saltantibus, & quodcũq; aliud agentibus prędens ipsa dominatur atq; imperat. Vna quędam inter id genus artes & illa est, quæ in luctationibus uersatur. appellemus aũt eã, si lubet, græco uocabulo pędotribicam: hæc enim eorũ nihil intelligens, quę ad utilitatẽ noxãq; corporis faciunt, decentes, uarias, sternendi uim habẽtes, facilesq; ac minimo labore apprehensiones simul, ac motiones, haud minus, q̃ saltatoria, cõperijt. uerum hæc corporis curationẽ non usurpat: at ista pędotribica, nescio quomodo, præ nimia sensus hebetudine ueluti seruus attonitus in optimũ herum gymnasticam scilicet insurgit. Quẽadmodum si quis armatus miles, aut eques, aut sagittarius, aut funditor, aut iaculator imperatori aciẽ struenti, armanti, & in prælijũ educẽti, rursumq; recepti canenti pertinax aduersetur: insaniret enim & iste, si imperatorem ad priuatas actiones, puocans atq; lacessens, in ijsq; prestantior inuentus, aut cõmunicari sibi imperium dignũ putaret, aut suã ipsius artem imperatoriæ partem existimaret: nihilo secius arbitror & pædotriba insaniat, aut gymnasticam scire se, aut eius partẽ possidere persuasus, cum seruus tantum subiectusq; sit. ut em̃ miles artis imperatorię, sic pędotriba gymnasticę minister est. ipse nãq; quatenus exercet, exercitatorię, quatenus uero luctandi artẽ exercet, alterius cuiusdã professionis minister est, quam ego prostratoriam recenti uocabulo appello. non solum autem eos ita appellant, qui athletas exercẽt, sed etiam gymnastas: nihilominus secundum rei ueritatem aliud est ars pędotribica, quemadmodum sagittaria: prostratoria uero, qualis est imperatoria: at gymnastica, qualis est medicina: duabúsque artibus præpositis hæ singulæ deseruiunt. ita enim & alutaria, ut militi optimum calceum paret, ab arte imperatoria docetur: ut ad sanitatem uero idoneum struat,

struat, ab arte corporis gubernatrice admonetur. A nec non & culinaria salutare obsoniũ medico salubriq; cõcinnat: gustatui uero iucundũ ac uoluptarium, non amplius id arti cuipiam, sed adulationi potius cuidam finẽ sibi non sanitatem, sed uoluptatem proponenti. igitur & luctatoria id, quod ad sanitatẽ bonum est, salubribus & gymnastis uocatis adipiscitur: quod aũt ad affectionem athleticam pertinet, illi uitiosæ arti sæpius à me repetitæ, seipsam quidem gymnasticam appellanti, rectius aũt prostratorię nũcupatę, nanciscitur. Lacones uticq; & ipsam cabbalicen, ideſt uim sternendi habentẽ, nominant: eumq; magis cabbalicum, non qui robustior, sed qui magis in hac arte uersatus fuerit, nominant. Verum em̃ uero omnis bene institutа resp. hoc genus artis odit, ac detestatur, quæ B omne uitę robur uimq; prosternat haud in bonam affectionem corpora traducens. Ego itaq; plerũq; multis athletis, qui præstantissimi esse uidebãtur, quiq; multas in certaminibus coronas meriti sũt, me ipsum ualentiorem esse expertus sum: quãdoquidem in omnibus itineribus faciendis, in militaribus actionibus, magis præterea in ciuilibus, atq; rusticis negocijs inutiles prorsus reperiebantur. siquando uero & amico ægrotanti assistere ustu ueniret, in consulendo, prouidendo, auxiliando omnium erant ignauissimi: atq; hac ratione à suis quidem minime ingenio differunt. nihilominus tamen inter hos infelicissimi nullaq; unquam uictoria insignes repente se ipsos gymnastas nominant. deinde (ut arbitror) incõcinna barbaraq; uoce non minus, quàm sues uociferantur. nonnulli aũt ipsorum & de frictiõe, aut de bono habitu, aut de sanitate, aut de exercitationibus, uolumina scribere aggrediuntur: deinde illis detrahere contradicereq; audent, quæ nullo unquam tempore dicerunt, ut quidam proxime in Hippocratem in uectus tanquam non recte de frictione tractantẽ. uerum nõnulli qui aderant, medici & philosophi ad me uenientes, ut totam ipsis huiusce rei rationem explicarem, à me petiuerunt: quod cum fecissem, omnium primus Hippocrates hunc locũ optime tractasse uisus est. tunc gymnasta ille sponte nullo docente eruditus in medium repente prodiens, puerumq; exuens nos eum iussit fricare atq; exercere, aut de frictione exercitationibusq; tacere. deinde clamans dixit: quando em̃ unq; Hippocrates in arenam, quando in palæstram descendit, qui neque forsan rite oleum infundere sciebat: ad hunc sanè modũ iste uociferabatur, et alioquí neq; tacens audire, nec quæ dicebantur, intelligere poterat. at nos præsentibus quiete modesteq; dissere- bamus improbum illum hominẽ perinde facere, ut coquus ac panifex de ptisana ac pane disputare audentes, deinde clamitantes, quando Hippocrates in culina aut pistrino uersatus est: paret igitur mihi placentam, aut panem, aut iusculum cõdiat, aut aliquod ferculum sartagine coquat, atq; ita de inde de ipsis sermonem faciat. Cæterum fortasse dixeris, cur Hippocratem omnemq; ab ipso manantem sectam medicos nominamus, si non uniuersæ arti corporis gubernatrici, sed soli eius parti, quæ laborantibus opitulatur, id nomen indidimus: uidetur em̃ medicus totam artem cõplecti: ut neq; eam partem, quæ de exercitationibus est, negligat. Hanc huiusce rei fuisse causam suspicor, quoniam cum prima totius artis pars curatiua, q̃ & maxime urgeret, constituta sit: deinde per multum ocium cõseruatiua salubrisq; uocata ei adiecta fuerit, totam artem à præcipua magis parte denominari cõtigit, quemadmodũ & in alijs plerisq; fieri assolet. quandoquidẽ & geometras appellamus non circa planas solum figuras, uerumetiam circa solida uersantes, nullusq; his temporibus inuenitur, qui ut geometra, sic & stereometra nominetur: sed nomen defecit. ut etiam salubrium non corporum, non ciborum dico salubrium, sed uirorum ista sciẽtium ab Erasistrato medicis ex aduerso distinctorum, pariter et trierarchas ueteres Græci triremium principes nuncupabant: nunc uero omnes utcunq; nauales exercitus duces, etsi triremes nõ sint, eo nomine appellãt. huiusce rei quoddam simile circa medicinam atq; medicos euenit: à prima enim constituta parte ut & ipsa tota corporis gubernatrix ars medicina, ipse artis professor, medicus nominaretur, tẽpore procedente effectum est. quam ob rem neq; ab re nunc quispiã interrogatus cuiusnam artis pars sit illa facultas, quę C tuendæ sanitatis notitiam tradit, medicinæ respõdere poterit: latius nanq; fuso & amplificato uocabulo neq; adhuc partem, sed integrã humani corporis artem significante, Hippocrates, & omnes, qui hac tempestate florent, iure medici nomẽ inuenerunt, artisq; ipsius duas maximas partes cognouerunt, curatricem scilicet atq; salubrem: itẽq; salubris ipsius partem esse gymnasticam sciunt, quemadmodum à nobis supra dissertum est. Itaq; sicut Hippocrates, Diocles, Praxagoras, Philotimus, atq; Herophilus totam corporis præsidem artem, ut ipsorum testantur uolumina, callebant: ita sanè Theon, atq; Trypho uitiosam illam athletarum artem tractantes, quemadmodum item & ipsorum libri declarant, præparationem quoddã exercitium nominant: rursum aliud partitionem, aliud uero perfectum, item aliud apotherapiam: quæruntq; num secundum talem circuitum exercere athletam oporteat: an nõ oporteat, ambigũt: Quomodo ergo salubrem facultatem huius istorum artis partem esse intelligam: quando em̃ hæc neq; ueræ gymnasticæ pars, sed contra salubris facultatis illa pars sit, quid opus est de flagitiosa istorum arte dubitare: quę cum neq; artis corpus curantis ullo modo pars esse possit, cuidam prętera exercitationi præsidet, quæ non solum à Platone atq; Hippocrate, uerumetiam ab alijs omnibus medicis atq; philosophis contemnitur.

FINIS SECVNDI TOMI.



BASILEAE PER HIER. FROBENIVM
ET NIC. EPISCOPIVM.
ANNO M. D. XLII.

GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DE...

...ceris libri nouem. In quorum primo quam in principio desiderantur. Ioanne Bernardo Feliciano interprete.

...ra inuentum libri.

...& dissectionibus nostrae rei, cerebrum nervorum, cor arteriarum fontes ac initia esse indicat, quibus iam fundamentis sacris reliqua opere uidetur. prior in disputatio non nihil posterioris deest.

Rasis 2. continentis vsq. 1. c. 2. pag. 34 b. 2. huic locum citans, totam hanc historiam ponit, eq haec sunt verba.

In primo capite de expositione Hipp. et Pla. dixit. Quidam misere passus est fistulam in pectore pervenientem usq ad os, q erat in medio thoracis vius, et discooperiendo totum id q attinebat ei inveniri, q ibi erat corruptum. Un coactis fuit ad inciendum eam: sed long cor, vsq de ea erat, sup quem latebat cellula cordis. Cum q videremq hoc, dubitamq vehementer de expositione carnis corruptae sequi eum fuerit propositum nim ad conservandum patientem in tutum sup vero inanescens, et de salute ipsius: et oportune totum id, quod continuatum erat cum thoracc, putrefactum fuerat foeter. Dixit, inspiciebamq inde cor manifeste, sicut videremq illud, si esset discooperitum scienter in anatomia. Dixit et salutans de ipso infans, et exterata fuit caro in ipsoloco, in quo facta fuit incisio de thorace, dum repletus fuit locus, et continuata fuit pars ipsius cum parte, accendo medicum ad cooperiendum cor ad modum illius q genebat ante hoc capsa cellulae cordis. Dixit. hoc o tu magis mirabile in hoc, quam in aliis inuenib. pro quibus aperiebat inde pectus. Auic. hoc totum accepit a Rasi, ut supra lib. 4. f. 4. vsq. 3. c. 10. et sic incipit. Inqt Gal. fuit adolescens, fistulam in pectore suo, q iam genuerat ad os, et reliqua. Eadem uidetur esse historia, quam recitat Gal. lib. 7. de Anat. Administr. cap. 12. et 13 de puero Marylli mimocampti in palestra dicto q pectoris esse vulso vt pericardio perforato, cor nudum ac detectum habuit, et tandem tamen curatus fuit.

Cordis sinus inuente atrati sanguine repletos esse. cap. 5.

Sed et illis q continentur pectoris ossi adfuerat, compertum erat, vt ita manifeste inspicere cor licebat, sicut in aliis dissectionibus fit, cum dicta opera id denudamq. Ac puer quidem salvus euasit, cum partes circa pectus carne grassiorem, vt mier esse possent consolidatae, atq tegmenti operitum cordi esset vestita, eqmodi primis nempe mensibus erat. mirandum e, q denudato corde puer salutem inierit consecutus: quippe cum nihil amplius affectis illa mali attulerit, quam quondie in thoracem pustiones ac phlegmones continuant: neq, q cor circundat, tunica usquine aliq pericardium principium nidi quidem et Herophilus et multi alij medici dixerunt. Neq igr puer ille p tantum euthanasiae nempe lesionem vllam in epate passus, neq aliqo aliud tale, si vodem mo liberet dissectum. Sed quorsum haec dicta a me scitu? ne cor in utriusq; ventriculo sanguine nunc fuisse plenum eundem. Et id quat? ex eo sane, q si ipsum minueremus, sanguis quidem vsq ex Chrysippi sententia oporteret, ne nel spiritus primo expiarit, de ita sanguis ita seq q spiceremus, nel ne dio quidem seq quidem neq in cerebri ventriculis seqtur. Nam, vbi excisa calvaria erasam membranam detraxerimus, atq ita denudato cerebro minuerae quemlibet ex ventriculis vig aggressi fuerimus, neq nunc statim guttam in ipsis sanguinem, neq pa seq apparet. Ita q q in mortuo iam atrati nunq fit, nt in sinistro cordis sinu concretum sanguinem o reperias. In cerebri vero ipso nullo alio mo inuenies, nisi si eo nna cum calvaria collisa arteriae aliq aut venae, qm eo sanguine dimissae fuerint. Sic et bobus, q ad exortum dorsi medullae minueramus, sanguinem in aliquem ex anteriorib. ventriculis diffundi interdum reperi. Neq id mirum quicquam est, si posteriore ventriculo minuerato, et una cum ipsis multis ac magnis nasis ramulis, quando usq ad anteriores sanguis penetrarit. Posset et quandoq laqueo suffocato atrati sanguine ex minuta molem aliq venae, q in cerebro sunt, rumpentur. Cuiusmodi plerag etiam in quanis alia parte vicinis accidere, cum ex

sanguinis, nel ipsione vulnus eas aliquid fuerit. Tameesi enim in aqua suffocatum aial &, & similiter vulnus eas
sucurrerit. In oibs tn alijs morbis animalium generibus ni cerebri membrum sinus
inuenies. Sed de ijs, q in morbis apparent, ex abundanti pbabone dictum a me est. Redibo unde
aiala: ac ibi ordam denudato corde, ex eo sanguinem salua profundi, & solum si scalpellum in sinistrum ejus
sinum, nempe in si stilum, aut acum demiseris. Ac si mo id erat meandum, priusquam prius sanguinem oporteret,
ne subsequeretur sanguis: quippe enim foraminis angustia & parum ad moram temporis conferre posset. Sed & ita se
res. confestim n. simul cum eo & reliqui sanguis, qui nihil nihilat. Ut neq; si mi adhibendo scalpello admodum
acceleres, incidendum extrahere magnam id possis. Ona re plenum eo sanguine unum sinistrum perspicuum est.

Aduersus Erasistrati sectatores, q sanguis in sinistrum spiritus ptr naam & fluat.
cap. 6.

Nam, quod a Erasistrati sectatoribus dicitur, prius, quam denudatum fuerit, spm solum in ipso contineri,
ti fuerit denudatum sanguinem incidere, nihil aliud est, quam hominem oratio, q ad redargutionem impudenter
ogerint. Sed eorum tn nipudentiam redarguere ex facillimum est. Sin. in sinistrum spis ptr eam sanguis inci
sus est, ita, opinor nata res opa gsideri esse erat: ut et arteriae similiter & amplius palpitarent, sicut qn
spiritu ex ipso refrebantur, et quamplurimae eius operationes interirent, nempe enim fons ipsarum & amplius exta
et Erasistratus enim nitali. Chrysippo aiali spiritu plenum esse sinum unde asserit. Sed nulla ita lectio aial
excipas. id quod, qui a nobis dissecta noverit, minime licet. Omitto ts & paucis ex ijs, q & credebam, et in alie
ro quali mutuam comparatione facta, et in uno et eodem saepe euentu, quot et quales affectiones universum
corpus ex cerebri membrani mutilatione inuaderent. quid dico mutilatione? Immo si arte et, quam mutilaris,
quemlibet ex ipsius simb. compresseris, primo offenies, ni sine motu et sensu, spiritum et uocem priuatum aial colla
batur. Idem in eorum quos ipse, si mutilati fuerint, euenire conspicitur. Nam, dum fracta ossa excidimus, laminas,
& membranae cerebri appellantur, subijcere conamur, ne, si paulo molestius cerebrum ipse quispiam compresserit,
sensu et motu di nolentibus eos destituatur. Id a. si cor denudatum comprimamus, accidere & euenit. Cum ego
cio me olim cuidam promisse, ni, qa cor nehementer palpitans & digitis arteriebus, fabri forcipe ipsum comprehende
et, et neq; mire tamen aial neq; quantum ad sensum, neq; qtu ad motionis motum attinet, ulla laesione afficie
batur: sed magna uoce clamabat, et sine ullo impedimento respirabat, et ita intra nehementer mouebat. Solum. ante
quam motus ita intercepto corde offenditur, nihilq; aliud aial patitur: sed, quoad uixerit, et intra ita agitat et respira
bit, sicut cerebrum ita compressum fit, ita e contrario euenirent. possum quidem arteriae talem ni modum simul cum corde: sed
ullum intimum mouetur: et aial neq; respirat, neq; uocem emittit. tamen. ex his aliud quidam manifestum et declaratur,
neq; cor cerebro, neq; cerebrum corde ad propriam motionem indigere. Non tn ea de caa ea, q ex dissectis
apparent, a me ni pridem fuerunt commemorata, sed ut aialem spm in cerebri simb. gineri demonstrarem. Ona
re uel maxime reprehendi Chrysippo debet, q, cum sinceram quendam et purum esse spm nehit, qui principali arte
eo gineretur, eum & quemlibet in corde collocarit. Tameesi Chrysippum ni eo admittere aspiam potest, q modestie
tiam suam pudiciam, ni neq; cor nerorum esse originem cognoscere sibi uendicaret, neq; quicquam aliud,
ni & honorem hanc uenire. quippe cum dissectionis aialium mirandum se esse fateatur. Aristoteli n. et Praxagoras,
per id, q ni dissectionib. apparet, cor nerorum esse originem asserunt, crimini dandum merito est. Nam, q
ia multa ni dissectionib. exacte & perspexerint, ex scripti, q reliquerunt, animadvertere licet. Quod autem
casi nel prorsus caecutiunt, nel cum caeco colloquentem, ita de nerorum origine scripserint, illud nero &

prolixa oratio

II d
1073